


Hora Geneck


יהוה
LUX VERITATIS
Caroli Carafa Episco:
Aversani,
COMMENTARIA
de
Germania Sacra
restaurata et ad Annū
1641. Continuata,
Sub PP. Gregorio XV
et Vrb: VIII.
Regnantib9
Ferdinando II et III
Imperatorib9
decesserunt decreta
privileg: ex Cancel
Imper: emanātia.
Francofurti
1641.
Magistra vitae


VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA
IN ROMA





SACRATISSIMÆ
DEI MATRI
VIRGINI.

CAROLVS EPISCOPVS AVERSANVS in humillimam gratiarum actionem.

PAR erat, ut hoc qualecunque opus tuis ederetur in lucem auspiciis, quæ parens veræ lucis es, ut Te altrice viveret, quæ nobis vitam peperisti. Te patronam quæreret, ac vindicaret suam, quam ego ducem in periculis, in molestiis, in omni vitæ cursu sensi; cujus clientelæ beneficio, difficillimis temporibus inter tot itinerum difficultates, bello effervescente Germania, serpente ubique contagio, & conjuratas hæreticorum manus evasi, & pestis pericula declinavi. Quod vero tutius patrocinium, quã tuum, Virgo Sanctissima? quam Davidicæ turri simillimam sacrum cõcinit epithalamium: è qua mille clypei pendent, & omnis armatura fortium; quam terribilem etiam asseverat, ut castrorum aciem ordinatam, ne tu ri propugnatores mili-

tes, neve militibus contra hostiles impetus munita turris deesset. Isto etiam vel maxime nomine tibi debetur hoc opus, cum nihil sit eorum, quæ hic præclare, & cum virtute acta narrantur, quod per te gestum, perfectumque non sit. Tu propugnaculum Fidei, tu severa ultrix perfidiæ, tuo prope numine disciplina castrensis innititur, cui omnia fauste, ac fæliciter semper evenerint. Etenim quod hostes Religionis profligati sint, quod hastam abjecerint, ac spiritus detumuerint, non tam armis est factum, & auxiliaribus copiis, quam præsidiis tuis. Te te & ille ipse summa virtute vel corporis, vel animi præstans Imperator Ferdinandus semper Augustus Ducem belli præcipuam merito appellare solet; agnoscit videlicet fontem suæ gloriæ: animadvertit, unde tantum virtutis, ac fælicitatis emanet. Hinc illud maximum argumentum pietatis in te suę, quod te effingi jusserit in signis, & à vexillifero alte præferri, teq; suis copiis præesse dixerit, à te eum omnem bellicam gubernari, ac regi, à te magis arcano instinctu, quam Martiali tuba milites accendi, à te sibi porrigi opima spolia impiorum. Vidi egomet, vidi, & illă hausi lætitiam vel maximam, cum Teutones Palatiniani, Bohemi, Pannones, aliiq; quam plures non modo Imperatoriis, sed divinis legibus obsequerentur; reviviscerct pietas, Religio re-

floresceret, exhaustum est, me præsente, & gratulante illud Lutheri cœnum; squallet Calvinus, vere jam recalvaster; quasi resectis tot illius Hydræ capitibus extorsisti Virgo funestam facem ex Oecolampadii manibus, qui Christianæ Reipub. ipso nomine minitabatur incendium; tua vis Hussitas fregit; te reluctante, & obnitente Carolostadius metam sui consilii attingere minime potuit, qui in studio impietatis excurrebat audacior. Nimirum hæc sibi proposuit Ferdinandus ille tuus, cum in hostes tuo vultu notata signa conferret. Idcirco enim bellator classicum canebat ad pugnam, ut victor tibi pæana caneret ad laudem; idcirco arces hostium, ac muros evertebat, ut tibi excitaret aras, atque delubra; idcirco denique fulgurabat armis, ut tu coruscares vel gloria, vel prodigiis. Sentio me tot rebus, tanquam præclaris commemorandis, imparem esse: sed hac una spe sustentor; etenim confido fore, ut quæ militum acueris gladios ad pugnandum, eadem mihi stylum acuas ad scribendum.

SANCTISSIMO D. N.

VRBANO VIII.

PONT. OPT. MAX.

CAROLVS EPISCOPVS AVERSANVS
Summam, ac æternam fælicitatem.



Voniam gravaris, in alio quovis Templo Nationes gentium tuam Sanctissimam venerari Majestatē, sapientes tuæ vocis Oraculum sumere Principes ac Reges visibile Sanctitatis tuæ Numen adorare; quā in vera, solidæq; gloriæ Templo, quod ipse per summam virtutem cœlitus emissam cōstruxisti; non quidem partem angustæ illius, sed totam hanc immensam comprehendens Hierusalem: cujus amplitudo contermina est tuo dominio, quod tamen Cœlo, ac Dei ipsius dominio conterminum est: aspicias in hac Historia mirabilis ejusdem Templi partē non minimam; quam cum ego in Germania erigendi minister affuerim, ab alio fortasse nemine sincerior ejus, aut certior exprimeretur imago. Et quamvis timendum non sit, ne tua præclara, ac ferme divina gesta in ullo immensitatis angulo, aut Æternitatis sæculo obscura jaceant; cum penetrabili Spiritus sancti tuba Mundo aperiantur, tamen patiatur summa tua clementia, hoc opus in sanctissimorū Pedum vestigiis stabilire fundamenta, siquidem in hoc etiam non sine summa posterorum admiratione gloriosissima tuæ Sanctitatis acta, Dei non minus, quam veritatis voce exponentur.

COMMENTARIA DE GERMANIA SACRA RESTAURATA.



E Roma discedente ad obeundam Germanicam Nuntiaturam, talis erat Europæ status; quem breviter sine ira, & odio (quorum causas procul habeo) ideo referre volo, ut tractaturus de Germania Sacra Restaurata, cum faciliori Lectoris intelligentia possim assequi optatum finem. Pax in Italia regnabat, licet ob Vallem Tellinam semina belli jacta essent. In Germania pericula, & tumultus undequaque, nec victoria Pragensis potuerat extinguere atrox bellum; quod sacrũ, & non satis laudatum contra Hugonottos erat in Gallia; Hispania ob unitatem veræ, & Catholicæ Religionis summa pace fruebatur, quamvis illius Rex contra infideles, & hæreticos in aliis Provinciis orientalibus, & occidentalibus per suos Duces belligeraret. Polonos vexabant Tartari, Svvecii, & Moscovitæ, qui tamen domesticis dissensionibus non carebant. Anglia pacem intra, extra vero, contra Germanos bellum habebat. Danimarcha, & Norvegia, quamvis frigiditate aeris Septentrionalis insensibiles videbantur, attamen ignem belli, ut postea patefactum est, sub cinere fovebant. Turcicum Europæum Imperium, sub cujus clientela erat Tartarus Percopeus, Moldavus, & Transilvanus, gloriabatur de sua potentia, propter quam non apertum bellum in viciniis patiebatur, attamen molestabatur à Cosacchis, gente paupere, & collectitia, licet belligera, & animosa, unde maximum, & periculosum timebatur bellum. Romæ mortuo optimo Ponti-

fice Paulo Quinto, unanimi Cardin. consensu, die 13. Februarii fuerat electus in summum universalis Ecclesiæ Pastorem Alexander Cardinalis Ludovisius, qui fatale nomen pietatis, religionis, liberalitatis, nec non acerrimi hostis contra infideles, & hæreticos, Gregorii Decimi quinti assumserat, & quæ ad propagationem Fidei, & ad extirpationem hæresium, præsertim ex Germania diu animo conceperat, (præpeditus tamen Dei permissu, & hominum voluntate, ob non collatas, multo ante illi debitas dignitates) statim promovere conatus est, ut infra referemus. Eundem sacrum zelum, & ardorem quamvis implicitus multis bellis, & periculis habebat Ferdinandus Secundus, qui electus Cæsar Francofurti die 28. Augusti anni 1619. Occidentale regebat Imperium, vere pius, vere fœlix, vere Germanicus, Saxonicus, Cymbricus, Vngaricus, Turcicus, & merito nemini antecessorum Cæsarum, qui pronomen à magnitudine rerum gestarum habuerunt, secundus.

Ferocem Turcarum gentem, & Imperium regebat maxima ferocitate ferocissimus adolescens Osmanus, contra quem si Deus non extendisset manum suam, modo terribili, & in domo Ottomanica nunquam experto, majora forsitan intulisset Christianitati damna, quam non intulerant Solimannus, Selimus, Mahometes Secundus, & alii illius parentes. Timuit ideo invictissima Respublica Polonica, cum ei paulo ante mortem bellum cum sexcentis millibus armatis ferox Osmanus intulisset, cujus gubernacula regebat Sigismundus Tertius, Rex nō minus longo dominatu, & experientia rerum, quam summa pietate admirabilis. Eodem tempore finitimis populis Svvecis, Gothis, & aliis Gostavus; Danicis, & Norvegicis Christianus quartus imperabant; ille avidus gloriæ, fortis, & fœlix in bello, antiquæ Gothorū gloriæ restaurator sibi

nomen

nomen assumpserat; iste Dux potens,& prudens existimabatur,cujus tamen virtutem Germania, Lydius quasi lapis famę imparem declaravit. Iacobus I I. cujus Imperio sub nomine magnæ Britanniæ, Angli, Scoti Hiberni subjecti erant; licet tunc temporis à nonnullis ob propensionem ad litterarum, & pacis studia Indimagister appellaretur; velabat tamen,ut postea innotuit,summa prudentia. & politica his artibus impotentiam, ut sustineret existimationem, qua deperdita ut plurimum perire solent Regna. Denique in tota Gallia regnabat Ludovicus X I I I. religione, & pietate alteri Divo Ludovico non absimilis,& iure bellica dignus Henrici parentis filius. In Imperio vero Hispanico, cui nunquam sol occidit, mortuo paulo ante Philippo I I I. Sanctissimo Principe,successerat Philippus I V. ætate juvenis, expectatione magnus, verus Philippi II. nepos, & Caroli V. pronepos.

In hac rerum, & Principum constitutione sedes belli,& discordiarũ erat Germania,ad quam ex omnibus Orbis partibus concursus fiebat populorum,cum ex illa salus, vel interitus in negotiis sacris, & profanis expectaretur; hinc divisa reperiebatur, immo pro ea, tota Europa,in duas partes, in Cæsarianos videlicet & Palatinianos. Prioris caput erat Ferdinandus Cæsar, & cum eo Bavarus; Saxo, Electores Ecclesiastici, Liga Catholica, & alii Principes minores simul cum externis, Regé Hispaniarum, Rege Poloniæ, Infante Isabella Belgarum, & aliis collegatis cum Domo Austriaca, Posterioris erat Palatinus Federicus Quintus, cui adhærebat Elector Brandeburgicus, Palatinus Neoburgicus, Dux Bipontinus, Ioachimus Ernestus, & Christianus fratres Marchiones Brandeburgici, Dux Wittenbergicus, Mauritius Landgravius Hassiæ, Marchio Durlacensis, Princeps Anhaltinus, Civitates Imperiales confæderatæ, & Ansiaticæ; secreto vero Dux

Brunsvicensis, Magapolitanus, Pomeranus, & alii Principes circuli Saxoniæ inferioris. Ex exteris vero Anglus, Danus, Svvedus, Ordines cõfœderatarum Provinciarum Hollandiæ, Gabor, Turca; & quod maxime dolendum erat, etiam aliqui Principes Catholici.

Causa. & origo istarum discordiarum, præter solitam filiorũ Adæ dominandi libidinem, fuerat hæresis, Lutherana præsertim, & Calviniana, præter alias minoris nominis, quæ ita irrepserant, ut omnes Principatus præter Tirolensem. Bavarum, & Salisburgensem, potius hæretici, quam Catholici existimarentur; & tamen Germania ante annum 1517. erat unius labii, sed suis libidinibus Civitatem, & novæ Religionis turrim erigere voluere Germani majori scelere, quam Gigantum; hinc lateres novarũ opinionũ à Catholicis dogmatibus abhorrescentium, hinc bitumen cujusdam suadelæ mirũ blandientis in excidium paraverunt, ut sin minus solium Dei, Dei certe Vicarii sedẽ destruerent; sed cum opus aggrederentur, qui habitat in Cœlis irrisit eos, & Dominus subsannavit illos immissione dissensionis, diffidentiæ, & spiritus mendacii.

Commentaria hæc nostra insignes plurium mutationes Principum, Ducum, Heroum, & Rerumpublicarum claudent, & quomodo illa mala, quæ desperata videbantur, curata fuerint per obtentas celeberrimas Cæsaris, & Catholicorum Principum victorias, per noxii emissionem sanguinis, per maximam etiam sollicitudinẽ in hac „ nostra Nuntiatura apud Augustissimam Maje- „ statem octennio impensam, ac tandem per assiduos Archiepiscoporum, Episcoporum, aliorumque Prælatorum, ac Religiosorum non inutiles „ labores in eradicatione adeo inveteratæ hæresis collocatos, quæ ut facilius intelligantur, rem omnem altius, sed brevissime exordiar.

Malum, quod præterito sæculo, & præsenti usque

quæ ad annum 1629. miseram Germaniam afflixerat, exordium duxit anno 1517. Ex invidia enim, & indignatione, quod Ioanni Tetzelio, Dominicano commissa fuisset indulgentiarũ promulgatio, cœpit Martinus Lutherus, Ord. S. Augustini Lector ordinarius Wittembergæ, in immodicos quæstus, & abusus indulgentiarum invehi, non tamen in ipsas indulgentias, quas adhuc probabat, ut semper in timore, & tremore salutem operaremur: postea vero mentem magis renudavit in 95. propositionibus disputationis tantum gratia propositis. Verum multos decepit triennio integro simulata Lutheri humilitas, & erga Pontificem reverentia: nam Leoni X. scribens, se prostratum Sanctissimis illius pedibus, cuncta sua ei offerre, ut vivificaret, occideret, vocaret, revocaret, approbaret, reprobaret quodcunq; placuisset; interim Friderico Saxoniæ Duci gratus, invehebatur in vitia Cleri, & Magistratus, ut populo plausum faceret, tantoq; magis illius dictis fides adhibebatur, quanto evidentiora, & magis publica erant cleri vitia perniciosissima; Romam accersitus, diffidens suæ causæ, & timens personæ, in Germania judices postulavit; obtentoque Cardinale Cajetano, in Comitiis Augustanis corã illo, & Cæsareis Consiliariis, palinodiam dictorum, & scriptorum cecinit, professusque fuit se sequi Sanctam Romanam Ecclesiam, illam se dixit velle colere in omnibus præsentibus, & futuris temporibus: postea instante Card. ut in specie aliqua revocaret, & missa faceret quæ perturbationem causarent; respondit, se non meminisse alicujus, quod contra Sacram Scripturam, contra Sanctos Patres, aut decreta Pontificum foret, offerens se velle sua submittere judicio Universitatum, Basiliensis, Friburgensis, Lovaniensis, & Parisiensis: ac tandem à Cardinali ad Romanum Pontificem appellavit, Augustaque sese subduxit. Disputa-

Lutheranæ hæresis origo.

Appellat ad Universitates.

sputatur postea cum Eckio, & Lutherus Cæsari Carolo V. se, suamq; causam, frustra tamen, cõmendat; & à Pontifice longe aliter, quam ipse docebat, judicante, provocat ad Concilium, immo contra Pontificem scriptũ edit ad Cæsarem, & nobilitatem Germaniæ; nec satis se fecisse ratus, Ius Pontificiũ Wittenbergæ publice incendit: Scribit in Colonienses, & Lovanienses, editque librum de captivitate Babylonica, in quo Bohemos ab hæresi liberat, aliosq; Catholicos hæreseos insimulat. Accusatur anno 1521. Lutherus Wormatiæ, tanquam in Imperio publicæ pacis perturbator, sed eum defendit, & protegit Saxo, suadetq; ut sub fide publica evocetur non tantum Cæsaris, sed etiam aliquot Principum, qui pro homine fidejusserunt: mandantes tamen, ut interim in itinere nec concionaretur, nec scriberet, concionatus tamen fuit Erphordii cõtra Cæsaris edictum, Wormatiæ tamen modestior, libros à se scriptos agnovit, & ad illorum retractationem se paratum fore dixit; si testimoniis Scripturarum convinceretur: quæ cum obstinate dicerentur, Cæsar mentem suam incontaminatam declaravit, præcepitque ut reduceretur, quo fides esset integra, sed jussit moneri hominem, ut à turbis, & concionibus abstineret. Lutherus Alstadium à Saxoniæ Ducis custodia ductus, mox ibidem contra Parisienses, & contra D. Thomę Scolasticam Theologiam scribit, paulo post Sacram Scripturam in Germanicum idioma ad genium suum vertit, ac Carolostadium, Melanchtonẽ, Ionam, Seursium, Amsdorphium, aliosque dispulos nanciscitur, & instruit, scholas claudi jubet; in Henricum Angliæ Regem invehitur; se Evangelistam nominat. omnibus etiam fœminis munus evangelizandi concedit. Comitia Norimbergæ indicuntur; quo tempore jam Principes aliquot Lutherani errores fidei cum politicis miscebant, multaque jactabant

Comitia Wormatiæ.

ad

ad conflandam invidiam Pontifici, & Clero. *Zvvinglius in Helvetia.*

Interim in Helvetia Zvvinglius quidam eam gentem ad res novas concitare cœperat, cujus dogmata soli Tigurini sequebantur; alii vero in Comitiis Lucernæ habitis, cæremonias, & instituta antiqua inviolata servari mandarant. Zvvinglius mox ut manum calamo admovit, diversam à Luthero doctrinam edidit, aliam Carolostadius ab omnibus discrepantem, idem præstitere Anabaptistæ politicum Magistratum ejurantes. Lutherus dolore, iraque succensus, relinquens obscuriores disceptationes, librum de fœnore, & usura germanice evulgat, & Magistratus non parum sugillat, Principes, & Reges socios furum appellat: quæ prolixius prosequitur applaudente Luthero Thomas Muntzerus insignis populi irritator, præterea Lutherus apostasiam Religiosæ fugitivæ defendit publico scripto, omnibusque voto obligatis, viam carnis, & libertatis reserat, ac tandem in dictis Comitiis Norimbergæ, ubi de subsidio contra Turcas agebatur, Turcam decies esse meliorem, ac prudentiorem, quam Christianos Principes divulgat; hos vocat stolidos, fatuos, insanos, amentes, & moriones, quæ cum confirmasset Muntzerus, & Phiferus, jamque erumperent Buceriani, Melanchtonici, Pomerani, Zvvingliani, aliiq; quamplures votorum desertores duce Carolostadio, qui recenter & primus quidem meretricem suam duxerat in nuptiis: rustici saltantes, & bibentes cōjurarant; pauloq; post seditio rusticana adversus Magistratum exorta est in Algæa, ac fere in omnibus Svveviæ locis, ad Rhenum, in Alsatia, in Franconia, in Thuringia, in Salisburgensi agro, & alibi, quorum is erat scopus, ut Principes omnes extinguerent, & novam Religionem inveherent, seque à tributis liberarent; ducentas arces in sola Franconia demoliti sunt; sed cum sese nobiles strenue opposuissent invocatis Svvevici *Incensores belli rusticani anno 1526.*

fœderis auxiliis, eorumque Duce Georgio Truccesio, Ludovico Palatino, Conrado wittembergico, Antonio quoq; Lotharingico Duce, ejusq; fratribus, spatio trium mensium plusquam centum millia rusticorum interierunt. Muntzerus, ejusq; socii Mulhusii capti pœnam capitis subierunt. In Vrbibus etiam eodem fere tempore tumultuatum fuit, Francofurti, Moguntiæ, wormatiæ, Spiræ, & Coloniæ cives in Magistratum surrexerunt, leges, & fidem sibi ipsi præscripserunt, multisque in locis libertatem credendi postularunt, & impetrarunt; quibus omnibus fatebatur Lutherus se classicum cecinisse.

Tumultus Civitatum.

In publico hoc Germaniæ luctu Lutherus celebrat sacrilegas nuptias, abominaturq; Canonem Missæ, & passim ad omnes Principes scribit, ut illius doctrinã amplectantur. Primus ex Principibus Luthero publice voto eff.acto sacrilege adhæsit Albertus Brandeburgicus, Ordinis Teutonici Magister, ducens uxorem Dorotheam, Regis Danæ filiam. Illius exemplũ inculcavit Lutherus Alberto Archiepiscopo Moguntino, rogavitque, ut Episcopatũ in civilem Magistratum converteret: similia constantissimo Georgio Saxoniç Duci nisus est, sed frustra, persuadere. Principes tamen Lutherani anno sequenti habentes Comitia Spiræ, denegatis sibi Ecclesiis in palatio suo publice conciones Lutheranas haberi jusserunt, plebemque ad illas, indulgentibus Episcopis, invitarunt.

Apostasia Alberti Brandeburgici.

Quo tempore in eadẽ causa versabantur Helvetii, plerumq; plebeji à Conrado Pellicano apostata seducti. Badenæ disputatio erat instituta à Catholicis, & Sacramentariis, sed in illa Catholici triumpharunt; quare Helvetiorum pagi Decretum de constanti fide catholica ediderunt, ilique parere se velle dixerunt omnes, Tigurinis exceptis: paulo post tamen Bernates disputationem repetierunt invitis Episcopis, atque Cæsare,

re, quæ tandem illum finem habuit, ut præscriptis iniquis legibus contra Catholicos, & plausibilibus pro sectariis; missas, aras, & statuas aboleverint. Lutherus interim in Anabaptistas grassantes ferebatur; & sub specie illos arcendi universam Catholicam Religionem destruebat, illos Pontificiis comparabat, & magis Pontificios, quam illos, tecto tamen fine, laudabat, ne gravius Principes offenderentur: magna inconstantia, apud Papam fatebatur esse veram Scripturam, verum Sacramentum Altaris, veras Claves ad remittenda peccata, verum verbi ministerium, & verum Catechismum; immo illius suasu visitatio Saxonica fuit instituta, in qua, ut refert Melanchton, Lutherus multa correxit, doctrinasque conformes Catholicæ Religioni tradidit de libero arbitrio, de Pœnitentia, de doctrina Legis, & de aliis punctis, magis adulatione, quam serio scriptis.

Lutheri de Papatu testimonium.

Principes etiam Saxonici & Landgravius Hassiæ, sibi à Catholicis metuentes, quasi jam fœdus contra illos fuisset initium, militem cõscribunt, qui ut exauctoreretur, à Principib⁹ sacris Moguntino, Herbipolensi, & Bambergensi centum mille aureos extorserunt, illorum Diœceses, ni facerent, incendiis devastare molientes. Helvetii etiam supra modum Zvvinglianismo infecti, passim novam doctrinam admiserunt. Cum Turcam Budam cepisse ex Vngaria allatum est, totamq; Germaniam velle invadere, Ferdinandus Rex Comitia Spiram evocavit, in quibus tanquam Cæsaris Vicarius ab Imperio subsidia exigebat, sed Principes Lutherani ibi palam ausi sunt subsidia denegare, nisi libertatẽ Religionis impetrarent; quare Ferdinandus publico Decreto indulsit, ut in Fidei, ac Religionis negotio eo modo se gererent, quo Deo, & Cæsari facti sui rationem possent reddere, nihil tamen innovarent usque ad Cæsaris adventum, vel Concilii cele-

Primum Interim anno 1529.

celebrationem. Cum vero contra seditiosos & bonorum Ecclesiasticorum invasores Decreta fecisset, iis noluerunt Principes subscribere, adjunctisque sibi aliquot civitatum Legatis, protestati sunt, unde postea Protestantium nomen usurparunt. Syndici postea ad civitates suas revertentes, multitudine sociorum cõfisi, multa mutavere, sprcta Cæsaris, ejusque Vicarii auctoritate. Argentinenses exemplo Basiliensium, qui Senatores duodecim loco moverant, & imagines destruxerant, primi fuerunt ex civitatibus Germaniæ, qui Religionem mutarunt, & summa libertate sese Cæsari opposuerunt, quibus mox Francofurtiani, & Wormatienses adhæserunt, Cæsare, ac Ferdinando contra Turcas Viennam obsidentes impeditis.

Protestantes unde.

Argentinensium fœdus.

Argentinenses, ne punirentur, cum Tigurinis, Bernatibus, & Basiliensibus fœdus pepigerunt, quod ægrius tulit Imperium. Quare non destiterunt aliqui Principes illos monere, sed frustra: confirmabantur enim à plerisq; aliis Protestantibus, qui paulo ante Spiræ convenerant, & de fœdere contra Pontificios incundo deliberaverant; solũ illis impedimento erat diversitas doctrinæ inter Lutheranos, & Zvvinglianos, quam semel Marpurgi, & postea Svvabaci conciliare studuerant: nihilominus tamen postea inter civitates, & Principes conventum fuit, ut Pontificiis se opponerent, Cæsar etiam jus suum in eos exequi differebat, satisque habebat, si occuparet Protestantium cõsilia, & vires recideret sperans adhuc se posse pœnitentiam ab ingratis extorquere. Quare Comitia Augustæ indixit, omnesque solemniter ad rem Germaniæ componendam invitavit. Tunc prius Protestantes Principes suos adhærentes, & civitatũ Legatos Smalchaldium evocarunt, ut conceptum fœdus percuterent, & Confessionem in Comitiis Augustanis proponendam collatis consiliis cuderent.

Archi-

Architectus illius fuit Philippus Melanchton, semper in suis doctrinis varius, neq; tunc valde constans; fuit tamen Confessio tum Latine, tum Theutonice oblata Cæsari mense Iulio, qui eam Catholicis examinandam proposuit; Catholici eam non valde adversati sunt, sed doctrinas varias, quæ ad eam referri poterant, & eam explicabant, recitare non omiserunt. Ipsam Confessionem deinde modeste edita alia saniore refutarunt, quam Cæsar, & Catholici omnes probarunt, rogaveruntq; ut Lutherani cum illa sentirent; quod cum negassent se facturos, & jam metus ex talibus scissuris magis explicaretur, protestantur Lutherani, se non satis auditos, Catholicorum Confessionem esse minis plenam, tertio non satis intelligi, ac tandem ad Concilium provocarunt. Aliam deinde Confessionem obtulerunt Argentinenses, Memingenses, Lindavienses, & Constantienses; quam cum Cæsar pariter confutandam dedisset, puderetque ipsos Lutheranos suæ doctrinæ, sectas suas excusarunt, & novam, Lutheri, & Zvvinglianorum erroribus conflatam, Confessionem plasmaverunt. Cæsar vero cum Catholicis omnibus in Fide majorum constantissime se permansurum declaravit, & quamprimum sectariis occurrendū esse statuit; ideo Electores Coloniam in proximum Decembrem evocandos putavit. Landgravius, ut rebus suis, & sociorum consuleret, in sex annos proximos cū Tigurinis, Argentinensibus, & Basiliensibus fœdus percussit, ut mutuis se auxiliis contra omnem vim tuerentur. Saxoni deinde auctor fuit, ne Coloniam adiret. Imo, quo illum tueretur, rogat, ut Protestantes Civitates, & Principes Smalchaldium convenire patiatur. Smalchaldii XXII. Decemb. fœdus ictum est, non ut quempiam, ut dicebant, invaderent, sed ut se, suamque Religionem defenderent.

Offertur confessio Lutheranorum.

Inde litteris ad Cæsarē datis summopere eum abs-

absterrere conantur, ne Ferdinandum fratrem in Romanorum Regem eligi patiatur, & ne quid acrius de Religione statuatur; in quem finem Saxo filium suum mittit Coloniam, qui coram protestetur, & alios Electores abducat.

Anno 1531. *coronatur Ferdinandus.* Cæsar nihilominus pergens in concepta Electione Ferdinandum fratrem Regem Romanorum denunciari permittit, ac mox Aquisgranum coronandum deducit. Protestantes autem sub fine Martii rursus Smalchaldium conveniunt, acturi de Religionis defensione, & Regis Romanorum electione; atque ut utramq; causam oppugnarent, Daniæ Regem, Ducem Megapolitanum, Brunsvicensem, Pomeranum, Luneburgenses, Lubecenses ad fœdus suum invitarunt; sed illi tunc distulerunt subscribere, non tamen omnino detrectarunt. Hinc Lutherus libello edito fœdus illud laudat, sive contra Cæsarem, sive contra alium fiat.

Francofurti tamen iterum congregati Principes, & Civitates nonnullæ, causam Religionis à causa Ferdinandi Regis separare nitebantur. Cæsar vero hos, & illos per Guilielmũ Nassovium, Archiepiscopum Moguntinum, & Ludovicum Palatinum lucrari studebat. Lutherus interim scriptis contra Cæsaris Decretum Augustæ constantissime editum agebat magisque Principum animos exacerbabat, quando neque hanc Cæsaris mentem fuisse docebat.

Bellum Helveticum. In Helvetia quinq; pagi in Religione Catholica constantes à Tigurinis, ac Bernatibus vexabantur; nam annona excludebant, minas intendebant, & pacem pristinam corrumpebant; unde quinque pagi, Lucernates, Vranii, Svvicii, Vntervaldii, ac Tugiani, se ad bellum componunt: Tigurini vero longe potentiores socios ex inopinato invadunt, sed in insidias perducti, 1500. è Tigurinis desiderati sunt, & in iis Zvvinglius repertus est semivivus, qui paulo post exspiravit,

qua

qua morte adeo doluit Oecolampadius, ut & ipse vita defunctus sit. Decima septima Octobris rursus Tigurini quinque pagos aggrediuntur, & iterum magna suorum clade superantur; quod egerrime ferentes, auxilium Basiliensium, Mullusianorum, & Sangallorum adsciscunt, tertioq; prælium maximo impetu quinque pagis inferunt, in quo fugam etiam arripere coacti de pace agendum existimarunt, quam facile res Zvvinglianorum afflictæ admiserunt.

In Imperio Cæsar aliquibus Principibus permisit, ut Suinfurti cum Protestantibus convenirent & de pace servanda agerent, sed cum nulla spes concordiæ appareret, alius Conventus Norimbergæ indictus fuit. Ratisbonæ vero Cæsar omnes Ordines evocaverat, ut auxilia contra Turcas impetraret, quæ tamen obtinere nō potuit, nisi publica pax sanciretur, & usq; ad Concilium cuilibet immunitas Religionis sponderetur; quod ubi Cæsar concessit, obsequium, & officium contra Turcas recepit. Infæliciter interim fortunam suam tentaverat reparare in Dania Christiernus, alias pulsus, & hoc anno captivus, imo paulo post præsenti veneno sublatus. contra quem Ioannes Bugenhagius, quasi contra Catholicum, cum tamen Fidem deseruisset, libellum scripsit, ut plebis odium magis erga Catholicos concitaret. *Pax tentata.*

Mortuus etiam est Ioannes Dux Saxoniæ præcipuus Lutheri fautor, qui successorē reliquit filium Ioannē Fredericū, Luthero impense faventem, ad quē deinceps sua opuscula direxit, quod in causa fuisse putatur obstinationis Ioañis Frederici: nam Dux Georgius, cum illo agens, optimam spem eum reducendi conceperat, maxime ubi Legatus Pontificius Principes omnes Protestantes ad Concilium jam à Pontifice concessum invitabat: verū postea animadversum est Protestantes non solitū, & legitimum, sed suæ libidi- *Moritur Ioannes Saxoniæ Elect or.* *Quale Concilium*

nis

Protestantes. nis Cōcilium velle admittere, quod Pontificem reum faceret, & Lutherū absolveret, quod solis Scripturis sacris, & quidem ad abitum, explicatis inniteretur,

Angliæ periculum. In Anglia interim semina turbarum jaciebantur ob repudiatam Catharinam Reginam, amore Annæ Bolenæ, propter quam Rex Henricus VIII deperibat, inveniens aliquot sui Regni proceres, qui matrimonium legitimum vocabant, remq; Romæ discutiendā, ac pro Rege pronunciandam esse confirmabant; alii vero hinc Religionem mutandā, & Romanos rejiciendos sperabnat, atq; in hunc finem Argentina, & ex Gallia Doctores sectarios evocabant. In Belgio etiā Anabaptistæ, è Germania superiore profligati ad urbem Monasteriensem Westphaliæ, sub diversa specie congregabantur, asilū sibi statuentes, & technas fatales adornantes, quas tandem sub initio sequentis anni prorupta audacia detexerunt; mota etenim seditione forum occuparunt; Senatum loco moverunt; deinde bonis omnibus expoliatos urbe exegerunt, idē postea

Anabaptist. insania. exilium omnibus civibus & Lutheranis, & Catholicis, nisi ipsarum sectam agnoscerent, imperarunt, Regem sibi tandem Ioannem Leidensem sartorem præferunt, eiq; publicum thronum in foro collocarunt, futilemque Religionem sancientes, suos Apostolos Cosfeldiam, Susatum, Osnaburgum, & Warendorpium collegarunt. at urbem Episcopus obsedit, & obtinuit, dignaque pœna putativum Regem, & Apostolos castigavit.

Habebatur tunc conciliabulum hæreticorum Constantiæ, quo Buccerus Helveticos ministros, & Lutheranos evocaverat, ut sententia illorum de Cœna Domini conciliaret, hocque agebat, ut omnes verum Christum in Sacramento agnoscerent, quamvis alii illū in Cœlis, alii in terra esse dicerent. Lutherus interim ad Regem Angliæ,

jam

jam aliquo modo contra Pontificem commotum, scripsit librum de Missa angulari, in quo Chrisma, coronas sacras, Sacerdotium, Episcopatus & similia Ordinis Sacramenta, repudiavit, quæ tamen in Confessione Augustana agnoverat,

Non multo post sciens Rex Angliæ Pontificis de divortio improbato sententiam, totum se ab auctoritate Pontificis subducens, se ipsum supremum Ecclesiæ Britanniæ Caput constituit, sibi soli decimas, & alios sacros proventus persolvi imperavit, quod adeo gratū Germaniæ fuit, ut inde Principes Protestantes animos assumserint, Cæsarem, & fratrem ejus Ferdinandum oppugnandi. *Rex Angliæ mutat Religionem anno 1534.*

Landgravius enim Hassiæ, pactus cum Rege Galliæ, pro Vlrico Wittenbergensi, cōtra Ferdinandum Regem copias conscripsit, fugatisq; iis, quas Ferdinandi nomine Philippus Palatinus habebat, dum Ferdinandus contra Turcas ageret, Vlricum in suam ditionem restituit, pacemque certis conditionibus à Ferdinando impetravit. Ditionem autē ut obtineret Vlricus, & ut Landgravio Hassiæ faveret, statim post restitutionē, Religionem mutavit, pulsisque Catholicis, Concionatores Lutheranos recepit: quod Ferdinandus dissimulandum putavit, quia jam sperabat pacem hac occasione cum Saxoniæ Electore hactenus Ferdinandum repudiante paratio Moguntino ineundam, ut saltem ab illa parte non amplius impeteretur. Hac occasione Galliæ Rex se in amicitiam Germanorum insinuavit, cumq; jam in Italiam movere decrevisset, illorum auxilium imploravit, & vicissim operā suam adjecit: sed carissime illam amicitiam emit, nam inde in Galliam Protestantes suos errores deduxerunt. Summe etiam lætabatur de successibus Regni Angliæ, ubi omnia, jus, decusq; mutabantur, evertebantur cœnobia, spoliabantur templa, vinculis coercebantur Catholici, & præcipui extremo *Landgravius Hassiæ petit bello Regem Ferdinandum* *Tolerantia Ferdinandi.*



extremo ſuplicio afficiebantur, quare Germani partim Regis Angliæ, partim Regis Galliæ auxiliis fulti, impune, quicquid meditabantur circa Religionem, exequebantur, Pontificis Legato Petro Paulo Vergerio de Conſilio prolixius agenti irriſerunt, & rurſus Mantuam excludentes, in Germania Concilium idonearum perſonarum, ſepoſita Pontificis auctoritate, poſtularunt, inter idoneas perſonas Lutherum, Melanchtonem, Buccerum, Pomeranum, ſimileſq; ſycophantas reponentes.

Mentio concilii.

Interim Synodum Zvvingliani inſtituunt, & Lutherani cũ Argentinenſibus certã concordiæ doctrinam componunt, ut indoctum vulgus impoſturis decipiant. Principes poſtea ſeculares audaciores effecti, cum in quęſtionem vocarentur à Iudicibus Cameræ ob bona Catholicorum invaſa, eandem Cameram cum ſuis Iudicibus abrogare ſatagebant, ſuoſq; Iudices ſubſtituere conabantur, non alio fine, quam ut impune Catholicorum fortunas invaderent, & patrimonium Christi occuparent, exemploque Anglorum univerſos Catholicos extirparent, Hoc ut clam ageretur, Proteſtantes bis congregati Smalchaldii, ad Cæſarem, in Italia bellis Gallicis implicitum, Legatos adornarunt, per duos ſignificarent Cęſari, ſe non cum Gallo, aut Anglo conſpiraſſe, ut forte nonnulli deblaterabant, deinde Cameræ judicium abrogari, & pacẽ fæderi Smalchaldico conceſſam ad ſocios accedentes extendi petierunt. Sed Cęſar per Heldum, ſuum Conſiliariũ in Germaniam miſſum. Principibus renunciari juſſit, quam varie indies querelæ contra invaſores Eccleſiaſticarum fortunarum deferrentur, & quam præpoſtere Proteſtantes indies Eccleſiaſticos, præſertim monachos profligarent, apoſtatas reciperent, & varias turbas in Imperio concitarent.

Legatio Proteſtantium.

Reſponſum Cæſaris.

Inſinuabat inſuper, ne Cameræ judicium detrecta-

trectarent, cum illa solam justitiam præ oculis habens, doceret suum cuique restituere, quod quã conforme esset Evangelio, tantopere, ac toties inclamato, volebat Cæsar, ut Protestantes cõsiderarent. Hæc pia tanti Imperatoris monita spreverunt Protestantes, nihilq; aliud, quã profligationem inutilis, ut dicebant, Cleri moliebantur, Quod ut obtinerent, suamque avaritiam, & sacrilegia regerent in Pontificem invehebantur, illiusque mores, ac doctrinam execrantes debacchabantur, eumque, quasi neglecta Sanctorum Patrum Doctrina Alcorannum profiteretur, aspernabantur; Heldum meliora monentem vacuum ad Cæsarem remittentes.

Ioachimus Elector Brandeburgicus Lutheri quidem doctrinam admiserat, sed tamẽ Cæsari, & Ferdinando Regi, & quidem familiarius, quã alii Principes, addictus, nondum enim fœderi Smalchaldico nomen dederat, unice paci studebat, ratione cujus certas conditiones conceperat, in quas Saxoniæ Ducẽ, cæterosq; socios consentire volebat, sed frustra; nã illi temporis novam ansam belli arripientes, Henricum Brunsvicensem opprimere studebãt, ut ita Catholicos in inferiori Saxonia extinguerent, suumque fœdus magnis accessibus firmarent; itaq; à Cæsare, & à Ferdinando Rege decretũ contra Brunsvicensem postulant, addentes minas, nisi id impetrarent, se Goslarienses socios, actionem contra Brunsvicensẽ intendentes, non neglecturos. Interim scribam Henrici Brunsvicensis apprehenderunt; litteras, quas ad Moguntinum, Archiepiscopum, & ad Cæsar s Legatum deferebat, reserant, ac tandem exasperatis animis bellum intentant. *initia belli Brunsvicensis.*

Cæsar, ut illud præpediretur, aliquot mensium inducias concessit, voluitq; ut pacis ineundæ ratio inveniretur, sed indies crescebant odia, contentiones, & diffidentiæ; nã hæretici nil deviolentia. *inducia 15 mensium.*

lentiæ remittere, & Catholicis cedere ne in minimo quidem volebant. Obierat iis diebus Georgius Dux Saxoniæ Catholicus, qui hactenus Misniæ imperaverat, is hæredes scripsit fratrem suum Henricum, ejusque filium Mauritium ea conditione, ut in avita Religone manerent; sed statim mortuo Georgio, Henricus in omnia Misniæ, Thuringiæ, & Saxoniç oppida, quç Georgio paruerant, Lutheri dogmata invexit, quo tempore Lutherus ipse Lipsiã accurrit, & Catholicam Religionem sua auctoritate, atq; eloquentia abrogavit. Hæc Cæsar ægrius ferens, sed in Belgium evocatus, ut Gandavensium tumultus componeret, non nisi literis, & Legationibus Germaniæ Principes castigare poterat. Gandavũ ob similes insolentias excurrerat Rex Ferdinandus, cõsilia collecturus, qui Cæsari Comitia suasit, verum cum nec illis Cæsar posset interesse. illic Spiram evocatis Ferdinandum fratrem præfecit. Celebrata sunt illa anno seqventi Haganoæ ob pestem Spiræ grassantem, ad Cæsarem vero interim Smalchaldici, Principes Legatos submiserant, qui modestiam simulantes, vim deprecabantur, & rursus Iudiciũ Cameræ, quod solum illos cruciabat, abrogari postulabant. Eodem tractu temporis legatos in Angliam ad Regem submiserant, ut si forte vis aliqua à Cæsare ratione Religionis inferretur divergium obtinerent, quo Cæsar in Belgio detineretur, sperantes se sub Cæsare in Belgio detento, & Ferdinando cõtra Turcas occupato, posse impune in Germania dominari, & non solum Religionem quamlibet, sed quaslibet fortunas possidere.

Mutatio Religionis in Misnia.

Legatio potest. ad Cæsarem.

His spretis, Cæsar serio de restituenda Religione in Germania deliberare cœpit, si modo pacta à Gallo, & à Iuliacensi obtinere potuisset; illi enim inter se initio matrimonio novam tragœdiã contra Cæsarẽ moliebantur, nihilominus Cæsar hoc anno gravi Edicto proposito per omnes

mnes ditiones hæreditarias Germaniæ inferioris omnibus librorum Lutheri, aliorumque hæreticorum lectionem interdixit, qvod cum Smalchaldici ægrius tulissent, Conventum instituunt, suosq; Theologos Ionam, Pomeranū, Melanchthonem, Crucigerum, & Bucerum de corrumpendo Belgio consulunt, & certam doctrinā Angliæ non absimilem componere moliuntur, ut facilius cum Anglis, & Belgis, Gallisque convenirent. Verum post longas disceptationes concluserunt nō esse discedendum propter Anglos, aut Belgas, à Confessione Augustana quam tamen passim in omnibus deserebant, & ad Calvini potius doctrinam temere accedebant. Verū itaq; est, Lutheranos ab Augustana Confessione discessisse, nam libertatem arbitrii, Missæ Sacrificium, præsentiam Corporis Christi in Sacramento Eucharistiæ, operum bonorum merita in Confessione Augustana agnoverant, à quibus tamē Lutherus, & Melanchton ipse postmodum, deflexerunt.

Non omiserunt tamen Protestantes in proximis Comitiis Ratisbonæ librum edere, cujus auctor, aut saltem Corrector fuit Bucerus, componendis, ut videbatur, rebus accomodatissimus, sed cum nec Protestantes, nec Catholici ea, quæ proposita erant, reciperent, omnisq; disceptatio coram Legato Gaspare, Contareno in lites recideret concordia suum sortita locū non est. Cæsar ut Vngariæ suæ periclitanti consuleret, & Pōtifex veritus, ne Germani, neglecto Concilio jam indicto, aliqui deciderent, omnia in proximi Concilii sententiā reijcienda voluerunt. Protestātes tamē dū sibi cautū putarent, polliciti sunt se una cum aliis Imperii Provinciis auxilia contra Turcarum impetum collaturos. Hoc idem in binis aliis Conventibus Imperii Spiræ, ac Norimbergæ celebratis actum est, ubi semper ante belli Turcici subsidia, securitas sectarum po- *Pax tentata Ratisbonæ.*

ſtulata fuit; hoc enim modo Cæſar vel apud Turcas, vel apud hæreticos è ſuo jure decidebat.

Bellum Gallicum an. 1542. Acceſſit his malis Bellum Gallicū duplex, partim in citeriorem Hiſpaniam, partim in Lucemburgenſem agrum immiſſum, Hoc Carolus, illud Henricus Regis filius procurabant. Præter hos Vindocenſis Princeps in Attebates Carolo ſubjectos populos moverat. Guilielmus Lanceus Regis nomine Pedemontem invaſerat, & Lōgevallus in Germaniam miſſus cum Sicambris, & Menapiis Antverpiam pene invaſerant, Cogebatur Cæſar Germaniæ parcere, Vngariam deſerere, ac Belgio ſuo cōſulere, Ibi itaq; Duram, Iuliacum, Zittardiam, Hinsbergium, pluraque alia oppida ſubegit, quæ tamen poſtea à Duce Gulielmo recepta pacē maturaverunt, nō niſi ſequenti anno initam. Dum autem hic bellū ferveret, Principes Proteſtantes fœderis Smalchaldici bellum jam pridem intentatum Duci Brunſvicenſi intulerunt, eumque fortunis omnibus exutum coegerunt ad Cæſarem recurrere, cum tamen tunc temporis, quam maxime Turca in Germanos & Vngaros deſæviret, digladiantibuſq; inter ſe Chriſtianis limites ſuos egregie dilataret.

Comitia Norimbergæ, eorum que acta ann. 1543. Purgare ſe nitebantur Proteſtantes in proximo conventu Norimbergæ, quaſi magno iure Henricum Brunſvicenſem profligaſſent; talemq; expeditionem in experimentū ſui roboris trahentes, petebant Cameræ judiciū aboleri, quod omnino in cauſa Henrici reſpuebat; deinde Tridentinum concilium aſpernabantur; ac tandem niſi ad votum illorū reſponderetur, omne ſubſidium contra Turcas detrectabant. Pontifex itaque fervente undique bello, inchoatum concilium ſuſpendit, majorē Pacem expectaturus, qua Principes Proteſtantes nonnihil de ſua feritate remitterent.

Archiep. Coloniensis. mu- Rem Catholicam nō minus turbabat Hermannus à Weda Archiepiſcopus Colonienſis Elector hoc

hoc anno à parasitis nescio quibus persuasus, *tat Religio-* mutationem Religionis in sua diœcesi attentâs. *nem.* Quod ut facilius assequeretur, Bucerum Argentina evocatum, Bonnæ conciones habere jussit. ac non ita post Melanchthonē, Pistoriū, Sarceriū, aliosque illius farinæ homines admisit. His sese opposuit Ioannes Gropperus, Vniversitas Coloniensis, & illustre Cathedralis Ecclesiæ Capitulum, præcipue Coloniensis urbis Senatus, potius mori, quam antiquata Religione fœdari constituens.

Cæsar, ut his, aliisque malis in agro Geldriensi occurreret, Bonnā accessit, Hermannumq; Archiepiscopum ad resipiscentiam hortatus, saltē hoc impetravit, ut Bucerum, & socium Hedionē dimitteret; Bonnæ deinde lustratu suo exercitu, Duram per caduceatorem sibi tradi postulavit, re infecta illius expugnationem aggressus est. Deinde Iuliacum fere vacuum ingressus, Ruremundam deditione accepit.

Venloenses, & Zutphanienses moniti à Duce, *Pax cum Iuliut* rebus suis consulerent, Cæsari sese dedidere. *acensi initur.* Tandem de pacis conditionibus agi placuit. Impetratumq; est per illas, ut Catholica Religio inviolata retineretur, ut Cæsari, & Romanorum Regi Dux morem gereret, Fœderi Gallico, Danico, & Svvevico renunciaret. Ducatu Geldriensi, & Zutphaniensi se abdicaret.

Cæsar hac pace constituta, Lucemburgum recuperare voluit, aliaque loca in illa religione occupata è Gallorum manibus liberavit: deinde ad Coloniensis Archiepiscopi insaniā conversus est, ibiq; opportunum remedium adhibuit.

VVormatiæ interim Senat' Imperii habebatur, ubi rursus Protestantes Concilium Tridentinum respuerunt; sed absentibus aliis Comitia Ratisbonam rejecerunt, rogaruntq; Principes omnes, ut ipsimet convenirent Colōsēsis vero à Pontifice citatur, & Paulo post primæ citationi secunda

Captivitas Brunsvicensis. adjicitur Brunsvicensis autem dum sua recuperare contendit, à Landgravio una cum filio Carolo intercipitur, quod Cæsar ægrius ferens jura Pontificum servari mandat, ac serio rem cũ Protestantibus semper auxilia negantibus, nisi longe plura privilegia impetrarent, acturus cũ Turca pacem inire constituit. Moritur deinde Cæsaris bono Rex Galliæ: illi enim cum solis Protestantibus res erat futura.

Consilia Protestantium. Verebantur cum hæc fierent vim Protestantes, unde Francufurti convenerunt & de Concilio Tridentino non recipiendo de Brunsvicensis belli sumptibus, de Archiepiscopo Coloniẽsi non deferendo, ac tandẽ de mutuis contra Cęsarẽ auxiliis concluserunt, tanta Majore audacia, quia tunc de Palatinatu decidente à Catholica Religione ad Lutheran ſſmũ agebatur, & Palatinus recẽter sese fœderi adjunxerat. Nihilominus Cæsar ireiũ tentare decreverat, an disputationibus ac rationibus posset Protestantes convicere: at illi obduruerãt. Arma erga expeditui⁹ in Italia, in Belgio, in Burgũdia, & alibi milites pro Cæsare conscribitur. Pontifex suas auxiliares cohortes offert, & Helvetii Cæsari militare non detrectant. Protestantes vero periculũ veriti majores copias conscripserant, quibus Augustam, *Parantur utrinque copiæ.* & iter in Tyrolim, ut Italicas copias præpedirent, occuparunt, deinde Donaverdam totum suum exercitum ducentes, ibidem aciem instruxerunt *Cæsar imparatus.* contra Cæsarem adhuc Ratisbonæ imparatissimum subsistentem. Censebantur esse in armis pro Protestantibus 80 mill. peditum & equitum 10 millia, cum 130 tormentis bellicis, quibus Cæsarem è Germania commode potuissent acere; sed aliquot dierum mora Cæsari ferias fecit exercitum suũ coadunandi. Descendebãt ex Italia à Pontifice missi 10 millia peditum, equites levioris armaturæ 700: à Duce Florentino 200, & à Duce Ferrariensi 100: ex Hispanis, & Germanis

manis veteranis numerabantur sexdecĩ millia, sine milite, quem ex Belgio ducebat Buranus, qui summa interim fœlicitate, invitis hostibus, Rhenum transmiserat florentissimas copias, quæ ut in retrocedẽtes Saxones incidissent, facili negotio liberũ sibi iter fecerunt, & nõ multo post Cæsaris ad Ingolstadium se conjunxerunt, ut Protestantibus occurrerẽt. Buranus à tergo, Cæsar ipse à fronte vallum vallo opposuit, & majoribus tormentis expertus est suã fortunam non iniquam; nam parvo damno sui exercitus, ne passum quidem retrocedentis, mille, & nongentas pilas ejaculatas excepit; ac totidem fere repedẽs hostes recedere coegit. Saxo qui intellexerat Regẽ Ferdinandum ex Bohemia una cũ Mauritio Saxoniæ Duce in Saxoniãcontendere, omnino sociorum exercitum deseruit, ut domi suæ ardentes faces extingueret. Cæsari ergo cum solo Landgravio & oppidis cõfœderatis res erat; nã Palatinus, & wittembergicus sobrie bellum tractabant, Landgravius Laugingã, Bavariæ Ducis oppidum, occuparat; & jã Donaverdam properabat. Sed Cæsar Neuburgo dedito, ulterius progressus, obviã loca omnia, sponte sese dedentia, recepit. Occurrerunt cum clavibus Donavertani, Dilingenses, Langingenses, & Gudelfingenses, quorum præsidia Cæsar gratis dimisit, & tumultuarie cum civibus convenit. Saxo vero, & Landgravius per Brandeburgicũ pacis conditiones obtulerunt; sed Cæsar eas ut nimium superbas, rejecit, & Rotenburgum acceleravit. In itinere vero Dinckelspul Norālinga, Boffinga, & plura alia oppida Cæsaris clementiam implorarunt: Rotenburgenses ipsi obviam progressi veniam deprecati sunt. Inde Halã Svvevorum procedere voluit, Burano vero imperavit, ut Francofurtum subiugaret, & in Belgium reverteretur. Halæ Cæsari supplex accessit. Fridericus Elector Palatinus, qui provolutus ingenua veniã impe-

Buranus è Belgio.

Bohemi in Saxoniam ducunt.

Cæsar totam Germaniam subiugat.

Buranus Francofurtum capit.

travit; accessere etiã Vlmẽses,& certis legibus in gratiã recepti. Accurrit paulo post Dux wittenbergicus, cujus ditiones jam Hispani devastabant,ad Cæsaris clementiam,illamque expertus est quam maximam. Soli itaque Augustani cum duriores conditiones postulassent, remissi sunt, & Cæsar eo cum exercitu properavit,sed mox cives egressi,& suppliciter petentes veniã, admissi sunt. Postremo etiam Argentinenses venerunt, & se in pristinam Cæsaris clientelã restituerunt.

Coloniensis Cedit.

Cæsar tot victoriis illustris, adulta jam æstate in hyemem vergente,dum hyberna ageret, Coloniensem Archiepiscopum difficulter cedentẽ, postquam sacris interdictus esset, migrare præcepit,sodalesque ad novam electionem,Religionisque restitutionem procedere voluit; quod cũ impetrasset,& iam per BuranumFrancofurdiam occupasset, inter hyemis ocia de receptiõe urbiũ cũ Magistratibus agebat, certas cõditiones præscribens singulis: de restituenda etiam Religione per totam Germaniam deliberavit,sed frigidius.

Saxo Lipsiam obsidet.

Interim Saxo spoliis, & actionibus dives, etiam media hyeme Lipsiam, Mauritii Reguli oppidũ, obsedit: verum cum illud satis defenderetur, infecta re discessit, suaque munire cœpit; & quia ex Bohemia Ferdinandum,forte etiam Cæsarem inde verebatur,Blanditiis studuit Bohemos corrumpere,ut illos non hostes, sed amicos experiretur,quod cũ ei pro voto successisset, jamq; Bohemi Ferdinandi Regis Imperium detrectarent, neque amplius annona,aut milite Regi suo vellent prodesse;

Cæsar in Bohemiam.

Cæsar ineunte vere relicta Vlma, ubi hyemem egerat,per Norimbergam in Bohemiam cum toto exercitu contendit. Egram Bohemiæ oppidum cum advenisset, Bohemi mitius responderunt,neque Cæsar ulterius cum ipsis agere voluit,sed relictis Bohemis, quos per litteras satis monuerat, sinostrorsum in Saxoniam exercitum ducere constituit, nam

Saxo

Saxo Marchionem Albertum deceperat, & munitis suæ ditionis oppidis, inferiores Saxones, Bremenses, Luneburgenses, aliosque Regulos præpotentes in societatem pertraxerat. Celeritate itaque Cæsari opus erat, quam omni studio adhibuit, suasque copias ad ripam Albis duxit; vado quæsito, quod cum difficilius inveniretur, pontem ex navibus præparari mandavit, sed cũ naves deficerent, majori diligentia vadum perquiri jussit. Vicanus proletarius repertus est, qui vadum cognoscere se dixit, quem Cæsar bene donatum præire jussit, præeuntem sequuntur equites Vngari, post illos Cataphracti, singuli insessorem alterum portantes. Subsequitur cum ingenti omnium admiratione ipse Cæsar armatus. Hispani 10 mille mordicus gladium gestantes, cæterũ nudi, scaphas aliquot in citeriori parte ripæ solvunt, & pontẽ, ut peditatus transmearet, perficiunt: sed Cæsar, non expectato peditatu, prælium cum solis equitibus, & paucis Peditibus adhuc madidis inire iubet, tãta fœlicitate, ut non modo Saxones in fugam versos Hispani ad sylvam Locheranam usque sint persequuti; Sed continuatis præliolis, captus est etiã ipse Elector Saxonicus Ioannes Fridericus, & ad Cæsarem adductus. Quæ omnia miraculo sane adscripta fuere, nã & vadum die sequenti eodem loco amplius repertum est, nec sibi quisquam persuadere poterat, quomodo Saxones, tantis bellis exerciti, paucos equites madidos, vix integras bombardas gestantes, & quidem in proprio solo, sine commeatu, ac pabulo, viarum prorsus ignaros hac illac divagantes, non arcuissent.

Anno 1547 Elector [illegible] tivus.

Miraculosa Victoria.

Saxone capto Cæsar Wittenbergam primarium ditionis oppidum cum peditatu, qui tunc transmiserat, exercitum ducit; sed illi ut vitam Saxoni impetrarẽt se dederunt: deinde Saxonem ad se perductũ tradidit custodiendã, superataq;

tota ditione militem dimisit, ac primo Vngaros liberaliter remuneratos, quibus Ferdinandus Cæsaris frater cum paucis aliis turmis, & sex millibus peditũ in Bohemiam tanta victoria cõsternatam reversus est, instituta quæstione de seditione, Pragenses, aliosq; gravi mulcta condemnavit,

Bohemi castigant ur.

Cæsar interim Electorem vita donatum Electorali dignitate, omnibus oppidis, & agris ad Electoratum pertinentibus, spoliat; illaque Mauritio, ejusdem familiæ Regulo, liberaliter assignat. Electori tantum aliquot loca in Thuringia, quæ ad victum honestum sufficerent, relinquit. Cum Landgravio vero aliter paciscitur, certis cõditionibus, quas ipse Landgravius manu propria descripsit, & tradidit apud Halam Saxonicã, quibus ad libitum Cæsaris erat captivitate eximendus. Clientes omnes in verba Cæsaris jurare debebant, loca munita erant diruenda, tormenta omnia, & civitates quatuor Cæsari tradendæ, & Brunsvicensis erat restituendus; cæterum ejus vita Cæsaris servabatur Beneficio, & à perpetuo carcere absolvebatur. Hanc ultimam conditionẽ postea non sine molestia tulit Landgravius, nam facultas suæ captivitatis prorogãdæ penes Cæsarem manebat, quod quia nec ipse, nec patarii illius intellexerant, aliquarum turbarum caput extitit.

Conditiones Landgravio datæ.

Cæsar domita Germania, tormenta bellica in tantis victoriis parta, partim Mediolanum, partim in Belgium, partim in Hispaniam amandari jussit. Antequam vero è Saxonia recederet, Iuliũ Pflugium Episcopum Naumburgi è sua sede ejectum restitui imperavit; eumq; nulla alia mentione Religionis facta, Mauritio, Saxoniæ imposito, commendati præcepit. Bambergam deinde recessit, ubi Comitia Augustam convocavit, ut de rebus Germaniæ disponeret. In iisdem Comitiis una cum Saxone captivo, Landgravium enim

Restituitur Episcop. Pflugius.

vium enim Donaverdæ reliquerat, Principes omnes advenientes hilari fronte, quæ victorem decebat, recepit; ibiq; publice Mauritio Electoratus insignia contulit: de Religione autem, quod rursus mirabantur multi, & indignabantur alii, nihil actum fuit, nisi quod libellum conscriptum protulit, quo Interim continebatur, juxta quem omnes deberent vivere usq; ad Concilii Generalis certam definitionem. *Interim Publicatur Anno 1548.*

Excusant multi Carolum V. quod falcem noluerit ponere in messem alienam, & spiritualem jurisdictionem attingere; quod omnino fecisset, si certam doctrinam præcepisset servandam; neque hoc sine injuria Concilii fieri potuisse multi arbitrabantur; maxime cum non semel hac de re à Pontifice fuisset monitus. Arguebant tamen alii victoris facilitatem, quod melius futuræ obedientiæ non prospexerit, cum ex apertis indiciis potuisset colligere, fore aliquando Germanos refractarios, qui dudum contra Concilium protestati, illius auctoritatem contempserant, illudq; quasi illegitimum rejecerant. Excusabatur rursus Cæsar, quod inter duo mala minus elegisset; bello enim Germaniam diutius affligere non poterat, nam communis seditio timebatur: à Protestantibus vero aliud impetrare perarduũ erat; nam cum Saxone dudum sine arbitris de Religione egerat. In libello vero promulgato omnia erant Catholica, nisi quod qui ex sacris Ordinibus Apostatæ uxores duxissent, iis uterentur usq; ad declarationem Concilii, & qui sub utraque specie communicaverant, eumdem usum usque ad eamdem Concilii sententiam servarent. *Arguitur Cæsaris modestia.* *Libellus Interimisticus quid continuerit.*

Pro Cæsare faciebat, quod etiam Interimistici cum illud Decretum non ab omnibus receptum fuisset, Argentinenses omnino se excusabant, & non nisi cunctando ad novitates, ut dicebant, accedere se posse objiciebant, horrebant ad jeju- *Horrent hæretici libellum Interimisticũ.*

nia, ad dies festos, & ad restitutionem Ecclesiarum, sed à Cæsare ad Episcopum suum rem issi sunt. Constantienses Cæsari nondum reconciliati, difficiliores etiam se præbebant; postea tamen metuentes proscriptionis, qua innodabantur, effectum Domui Austriacę sese permiserunt, & ejectum Clerum receperunt. Idem fecere Lindavienses, Augustani, & Vlmenses Cæsare præsente: exauctoratis enim Magistratibus, & ejectis Prædicantibus, qui contradicere audebant, libello parere coacti sunt, cæteræ urbes omnes cunctando, aut nihil fecere, aut se facere velle finxerunt.

Saxones aliam formā edunt.

Cæsare jam in Belgium abeunte, negligentius Religionis res in Germania curabātur: Wittembergenses, & Lipsienses de voluntate Cæsaris, suique Principis, disceptātes aliquoties cōveniunt, & nonnihil ad Cæsaris scriptū sese accomodant, edita alia religionis formula in Mauritii ditione ab omnibus servanda, unde postea ab aliis dicti sunt molles Confessionistæ, fuitq; illorum Princeps Melanchthon, qui postremo longe aliā doctrinam à Luthero, imo ab ipsa Confessione Augustana dissonā, tradidit. Magdeburgenses duriores in parendo jā ante fuerant à Cæsare proscripti, qui jam magis illis offendebatur, quod

Magdeburgenses nolunt obedire.

Decretū Religionis Augustæ evulgatū repudiarent. Præerat doctrinæ apud Magdeburgicos Illiricus, & Amsdorfius, homines obstinatissimi, unde Rigidi Lutherani vocati sunt; quorū, quia exiguus erat numerus, is tota fere Saxonia, non multo post fuit proscriptus. Querebantur isti, quod libri Lutheri, & Confessio Augustana plerisq; in locis esset mutilata, & adulterata; cum tamen nec ipsi primi Confessioni vellent adhærere, sed fingerent doctrinā longius à Decreto Cæsareo alienā: cumq; in ea sententia persisterent, rursus prędæ cujuslibet exponuntur; monenturque Principes vicini à Cæsare, ut bellū inferant

Ma-

Magdeburgenſibus quacunque poſſent ratione. Georgius Dux Mechelburgicus, prædæ avidus, cōtra proſcriptos Magdeburgenſes primas duxit copias, matureq; Vancelebum oppidum invaſit; erumpentes deinde cives, militibus, & ruſticis mixtos, circumvenit, & à parte poſteriori aciei, ubi ruſtici erant diſpoſiti, illos aggreditur, ordines turbat, multoſq; cives cum impedimentis omnibus intercipit. Re autem bene geſta, continuo multi ſe compararunt ad militiam, Mauritius Saxoniæ, Elector Brandeburgicus cum Alberto patruele, & Henricus Brunſvicenſis; multi etiam ex nobilitate inferioris ordinis libenter nomen militiæ dederunt, putantes contra Mechelburgicum militem conſcribi; Addidit ſuum militem Clerus Magdeburgicus: & quia periculum erat, tum ne Bremenſes, necnon totius Germaniæ civitates omnes, Cæſari, ejuſque decretis paſſim repudiatis, facta ſeditione populari, ſe opponerent; tum ne cōſcripti milites à diœceſi Magdeburgenſi ſtipendium exigerent: in Comitiis Auguſtanis anno 1550. inſtiterunt cum Clero ipſi Principes, ut ratio alendi milites haberetur, eligendique hominem, qui ſummæ rei inter tot accurrentes Duces præeſſet: ne milites ad hoſtes diſſenſione tranſirent, vel à diverſis Ducibus ſcripti minus parerent.

Dux Mechelburgicus oppugnat proteſtantes Magdeburgicos.

Quare Cæſar, & Ordines Imperii Mauritium Saxoniæ Electorem, qui jam ante ſeſe huic rei immiſcuerat publico nomine ſummæ belli præficiunt, ac in bellum decernunt 60000. aureorum menſtrua; ita tamen, ut quod ex publico ærario ſumptum fuiſſet, intra certum tempus reponeretur.

Expenſæ communes imperii.

Cæſar præterea Principibus ſignificavit, brevi Concilium Tridenti reſumendū; hortatuſq; eſt omnes, & maxime ſacros Principes, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbates, ut ante biennium de emendatione conſcriptas formulas ſtrictiſ-

Inſtantia Cæſaris pro obſervantia.

Excusationes variæ. fime obſervarent. Quilibet tamen ſe excuſavit apud Cæſarem, rogavitque, ne offenderetur, ſi minus factum fuiſſet. Proteſtantes enim querebantur eſſe ſolitudinem in ſuis Eccleſiis: deinde vix reperiri tales miniſtros, qui hanc formulam velint docere, vel ſecundum illam vivere, cum periculo deſerendi uxorem, ſi forte duxiſſent. Catholici vero, Sacerdotum penuriam, Magiſtratus negligentiam, multorum etiam Eccleſiaſticorum impuram vitam accuſabant.

Hoc tamen nec repreſſo tumultu, Mauritius duxit in Magdeburgicos, fabricatis aliquot munimentis, quibus civibus egreſſum, ac commercium prohiberet: ſed Magdeburgenſes eruptione facta ſemel ipſius milites percuſſere & ſecunda eruptione turmā equitū, quam ducebat Mechelburgicus, invaſerunt, ipſumq; Ducem Georgium intercipientes Magdeburgū abduxerunt. Hanc tamen cladem Mauritius alia deinde clade rependit, multis ex civibus cæſis. Verum cum obſidio in longū extraheretur, & magis calamo, ac conviciis, quam cladiis ageretur; Mauritius cum Brandeburgico Electore certas pacis conditiones Magdeburgicis proponentes ad deditionem hortati ſunt: at cives audaciſſime illas rejicientes ſuperbe deditionem denegarunt; quare Mauritius acrius in eos invectus verbis, factis vero modeſtiam ipſam referebat; ita ut non parva colluſionis ſpecies prudentioribus appareret. Argentinenſes paulo ante obſtinatiores per litteras Cæſarem ſalutaverant, & clementiam implorantes, cum Decreti formulam deprecarentur, ad Epiſcopum remiſſi fuerant; cui cum Sacri- *Argentinæ reſtituitur Miſſa.* ficium Miſſæ in urbe Argentinenſi permiſiſſent, ac nonnulla templa reſtituiſſent, videbatur ſperata pax ſucceſſura: ſed ea ipſa die, cum primum Sacra celebrarentur, tumultus excitatus fuit, quem Catholici in Magiſtratū, qui populum ad inſolentias accendebat, conjiciunt. Magiſtratus

vero

vero sese à tali noxa liberum declarat; & vel cum innato contra Catholicos odio multa ab ipsis illata opprobria in sucs dissimulat, Bipontinus Argentinensium vicinus, ægrius tulerat hoc Cæsaris de Religione mandatum, indictamque formulā discerpebat, & sicuti antea, ita nunc quicquam de Religione mutari non permittebat. Faciebant hoc ipsum Lubecenses, Hamburgenses, Bremenses, & Luneburgenses, qui quamvis initio non adeo graviter questi, aliquid cessissent; nihilominus hoc anno ad exemplar Magdeburgensium, antiquā libertatem recuperare studuerunt. Nec deerat qui dubitaret, quin multa Mauritii Saxoniæ Ducis instinctu fierent. Quomodo enim Magdeburgenses oppugnare aliosq; corrigere poterat, qui nihilominus Cæsaris mandata æstimans, audebat contra præcepta publice prævaricari, & de tam audaci facinore impudenter gloriabatur. Huic ingenio nihil facienti à Cęsare præscriptā formulā, adscribebatur pacis comercium cum Magdeburgicis per Heideccū, eisdem familiarem, institutum, in quo quamvis Magdeburgenses essent valde liberales, sponderentque supplicem erroris sui deprecationē, perpetuam erga Domum Austriacā observantiam, Cameræ reverentiam, Decreto Augustano obedientiam, Cæsaris quocumque tempore præsidii admissionem, & promptam solutionem quinquaginta millium aureorum; tamen multi de sinceritate promissionis dubitarunt; nec immerito, quando Mauritius inconsulto Cæsare Hassicæ ditionis populum in suam fidem per jusjurandū adegit, quando milites exauctorari quidē jussit, eos interim permittens rursus sub Mechelburgico cōduci, ne obducto etiam suo, quod adhuc retinebant milites, nomine. Verum apertā aversæ suæ mentis erga Cæsarem fidem fecit, quando cum Rege fœdus ferire non erubuit: quod quamvis recte factū esset; tamen ex importuna intercessione

Refractarii decretorum.

Suspecta liberalitas Magdeburg.

Suspectus Mauritius.

ſione pro Landgravio, ex diuturniore manſione, militis conſervatione, & præpoſteris ad Cæſarem reſponſis, facile colligebatur aliquid minus ſinceri affectus latere in Principe, propter quod vocatus latebras quæritaret.

Erupit tandem ille affectus omnino hoſtilis, quando primo vere anni 155[illegible] Mauritius copias ſuas, & Magdeburgenſium (quas aliquando ſcripſerat Cæſari apud ipſum non ſatis ex animo hyemare, ob non ſoluta ſtipendia) eduxit; eaſq; Regis Galliæ, Ducis Mechelburgici, nec non Alberti Brandeburgici graſſatoris publici copiis univit, & ex inopinato Cæſarem aggreſſus eſt. Præferebat Mauritius Germaniæ libertatem, cujus Rex Galliæ ſeſe vindicem venditabat. Rex Galliæ uno tempore, quo Mauritius Erfordiam, Eisfeldium, Franciam orientalem, & Rheni partes ingrediebatur, paucis admodum renitentibus; cum maximis copiis Tullum, Virdunum, & Metim Imperio ſubtrahebat, Lotharingiam occupabat, & Argentinam ambiebat. Auguſtam venerat Mauritius, & à civibus admiſſus, mox Senatum exauctorat, & univerſæ fere Germaniæ exactiones indicit. Vlmam etiam tentaverat, ſed illa bono milite munita obſidionem, ac devaſtationem agrorum ab Alberto Brandeburgico eo tempore immiſſam tulit. Progreſſus Albertus Norimbergam, agrumq; ſimiliter depopulatus, poſtea urbē obſedit. auctus deinde copiis, Bambergenſibus, Herbipolenſibus, aliiſque Provinciis incendia, devaſtationes, ac cædes minitabatur, niſi imperatas ſummas auri ſignati prompte perſolverent.

Regis Galliæ irruptio.

Mauritius interim Linzium ad Ferdinandum Regē excurrerat, ut ſpem pacis injiceret, & gratiam ſi qua eſſet reliqua, aucuparetur: in reditu vero, cum Ferdinandus Rex minus ad votū reſpondiſſet, ſtatim Oenopontum, ubi Cæſar tunc morabatur, cū hoſtili exercitu cōtendit, ſuperatiſq;

tisq; Alpibus, Fiessam, Rutum, & Erenbergam occupavit. Verebantur Patres, qui Tridenti Cōcilio intererant, ne & Tridentum duceret. hinc postquã Electores sacri, aliiq; Germaniæ Episcopi recessissent, Italiam reliqui repetierunt. Ipse Imperator Oenoponto discedens, Mauritiũ veritus, Saxonem liberans, Villacum, inter montana munitum oppidũ, petierat, & fratri Ferdinando actionem Passavii indictam reliquerat. Mauritio igitur quamvis nonnulli suaderent, ut Cæsarem prosequeretur, satis se fecisse ratus, quod Saxonẽ liberasset, & Cæsarem cum Tridentina Synodo fugasset, jam inter victorias de pace sollicitus, Passavium ad indictum diem descendit, ibique cum Ferdinando, multisq; aliis utriusque Religionis Principibus congregatis convenit; sed disceptationes in longum extendebantur: neque enim facile erat tot abusibus unico commercio occurrere. Mauritius à sociis pendebat, Ferdinandus à Cæsare absente. Cæsar consultus rem majoris momenti existimabat, quam ut à tam paucis decerneretur. Interim Albertus Brandeburgicus cum Mechelburgico, & Heideccko Mauritii Vicario Francofurtum obsederant, illudque tormentis majoribus oppugnabant. Cives vero, & præsidiarii nihilo segnius se defendebant; jamque Mechelburgicum Ducem tormento bellico prostraverant, tantumq; metum Alberto incusserãt, ut is deserta statione Francofurtensi, Rhenum trajiceret, & Moguntinenses, Spirenses, ac Wormatienses devastare mallet, quam Francofurtensi obsidioni intendere.

Dissolvitur Concil. Trident.

Alberti vastationes.

Rex Galliæ à Mauritio propter commercia instituta offensus, postquam apud Argentinenses nihil profecisset, rogatus à Principibus Rhenanis Wormatiæ congregatis, pedẽ referre incipiebat, ut Lutzenburgenses invaderet: inde enim Martinus Rossemius Belga exercitũ in Campaniam Galliæ provinciam paulo ante duxerat nomine

Rex Galliæ petit Argentinam.

Repetit Galliam. Cæsaris,ut Regem Galliæ è Germania revocaret; prævidebat enim Rex Galliæ parvam in Germanis constantiam, ac fidem, quæ paulo post in ipsum esset signa productura.

Mauritius enim semel atq; iterum tentata pace Lintzii incepta, non desistebat à commercio, Galli fidem habens suspectã, ne universam Germaniam occuparet, & Turcam ad occupandam Vngariam (prout jam fama erat) provocaret.

Transactio Passaviensis. Passavium itaq; revertens,tandem in has conditiones utraque pars consensit: Vt confœderati Principes ante 12. Augusti discederent ab armis. Vt nec Cæsari, nec Ferdinando, nec Germaniæ miles dimissus noceret; ad eundem diem Landgravius liberaretur, & interposita cautione de servandis i s quę Halę Saxonũ pacta fuerant,arci suæ Rheinsfelsianæ relinqueretur.Res Landgravii cum Nassovicis intra biennium deciderentur. Intra sextum mensem de ratione componendæ Religionis dissidia deliberaretur. Interim quilibet suo viveret jure, pacẽ coleret,nec aliquis Religionis causa ulli periculo subjaceret.Ad Cameram etiam Augustanæ Confessionis professores admitterentur.OttoniPalatino suę ditionis possessio relinqueretur;damna illata tempore belli utrinq; tollerentur, vel ratio compensation s iniretur. Galliæ Regis arma,utpote ad Imperium non pertinentia,privatim Cæsari committerentur. Proscripti, ac rei,etiam illi, qui Galliæ Regi militarunt, si intra bimestre se militia abdicaverint,ad veniam reciperentur: eadem pax Albertum Brandeburgicum comprehenderet, si ab armis discederet,& copias dimitteret; sin minus, tam ipsum,quam reliquos hujus pacis violatores hostium loco essent omnes persequuturi.

His ita compositis, Mauritius exercitũ suum, prout condixerat, in Vngariam dimisit, cui ut damnum compensaret, & in gratiam rediret, ipsemet præesse voluit.

Cæsar

Cæsar etiam, & Ferdinandus Rex privata odia publicis utilitatibus remittere constituerunt. Albertus tamen ab armis discedere noluit; sed pristino more in obvias debacchatus ditiones omnes Rhenanas, maxime tamen sacrorũ Principum, igne, ferro, ac sanguine pene ad exterminium fœdavit. Elector Moguntinus profugerat in Alsatiam, Spirensis in Galliam, wormatiensis latibulum alibi sibi quæsierat, omnesque de Clero patriam prædæ, & latrociniis reliquerant. Albertus vero ulterius progressus, Argentinensibus præsidia sua obtulit, urbisq; fidem postulavit; quam ut denegarunt, nihil circa urbem intactum reliquit: deinde Treverensem ditionẽ adiit pari insolentia grassaturus. Aberat à præcipua urbe Elector cum sodalibus omnibus, Cæsaris vero apud Lutzenburgum Legatus decẽ cohortes peditum adduxit, ut nomine Imperii urbem Treverensem propugnaret, sed à civibus exclusus recessit; & accedens Albertus cum suis non gravate intromissus fuit, qui tandem etiam hic spoliata urbe, ac ditione, in Lotharingiam Regi Galliæ militaturus contendit: nam intellexerat Cæsarem Oenoponto movisse, & conflato ingenti exercitu Augustam pervenisse, ac recta in illum patriæ hostem ducere. Neq; omnino falsa erant quæ dicebantur; Cæsar enim ægerrime ferens totius Germaniæ depopulationes, non poterat omittere, quin pro viribus injuriam ulcisceretur, & graviora mala præpediret. Itaq; cum Metim voluisset obsidere, & Alberti Brandeburgici copias in finibus Lotharingiæ reperisset, nõdum in Franciam admissas, sed cum Rege ratione præteriti stipendii disceptantes, atq; ideo Regi Galliæ suspectas eidẽ Alberto Brandeburgico reconciliationis spem injecit; ad quã cum multi proscripti, ac longiorem deprædationem pertæsi anhelarent, non difficile fuit parariorum industria inter Cęsarem, & Albertum pœnitentia correptum,

Albertus continuat devastationes.

Trevirenses spoliantur.

Albertus reconciliatur Cæsari.

reptum,

reptum, pacem stabilire: eam Cæsar obtulit condonata culpa, vetans ne actio in eum causa belli institueretur, remittens militiã Vngaricã, & confirmans transactiones cũ Episcopis factas, ignoscensque Comiti Ottingensi, nec non Alberto Mansfeldico, & eorũ filiis, quorum opera Brandeburgicus in devastatione patriæ plurimum usus fuerat.

Prosternit copias Gallorũ.

Albertus ita reconciliatus non exiguã cladem primo tempore Gallis intulit, plurimis ex Gallica nobilitate interfectis, Aumalium captivũ abduxit, & castra sua Cæsareis castris ante Metim conjunxit, non exiguo commodo Cæsari futurus si constantius perseverasset; suo etenim commodo intentus præceperat Præfect[i]s suis apud Bambergam, & Herbipolim, ut promissam pecuniam exigerent, quod cũ Episcopi negassent, & Albertus mandata Cæsaris, ratamq; habitam transactionem monstrasset, neq; adhuc Episcopi parerent, sed potius è contra litteras cassatorias talis sponsionis Spiræ obtinuissent; Albertus excandescens, cũm suis copiis Bambergam contendit, ibiq; novum militem conscribit, & execrando modo tũ dictos Episcopos, tum Norimbergenses exercet.

Contendit cum Herbipolensi, & Bambergensi.

Cæsare adhuc in Gallia impedito, præter hoc Alberti bellum, varia alia eodem tempore in Germania orta sunt.

Varia Germaniæ turbæ.

Volradus Mansfeldius Henricum Brunsvicensem pene totis fin[i]bus ejecerat; dicebat enim Henricum è custodia liberatũ beneficiariis suis, neglecta transactione Passaviensi, fortunas omnes eripuisse. Wolfgangus equitum Ord. Teutonici Magister Elvangum oppidum, ut præposituram extorqueret ab eligentibus, invasit; sed illũ repulit Princeps Wittembergicus, quem Sodales ut sui juris defensorem implorarunt. Otingensis senior in filium arma strinxit: & Mauritius ex Vngaria revertens cum Henrico Brunsvicensi, nec non Episcopis Bambergensi, & Herbipolensi fœdus cõtra Albertum

iniit,

iniit,illiuſque copias ſerio adortus eſt. Albertus contra Norimbergenſes, & Epiſcopos extrema attentat, ac deprædata regione bellū in Saxoniā transfert; Erphordienſis agri vicos diripit; Halberſtadienſi Clero pecunias imperat;& Brunſvicenſis agros incendiis quamplurimis devaſtat: ac tandem poſt varias deprædationes, incendia, urbium expugnationes, patriæque funeſtiſſimas calamitates, prælium inter Albertum, & Mauritium commiſſum fuit, in quo victoriam Mauritio,cui jam illa militabat,vulnus inflictum abſtulit,tanto majori damno illius, & Saxoniæ, quod ex hoc vulnere paulo poſt interierit; ſimulque cum illo duo filii Henrici Brunſvicenſis.

Partes Mauritii poſtea egerunt Ferdinandus Rex Bohemiæ, wilhelmus Landgravius,& Henricus Brunſvicenſis; quiſque enim nova militia exercitum ſuum inſtauravit. Pro Alberto erat Ericus Brunſvicenſis Mauritii ſororius,& plures alii Reguli, tandem etiam ipſi ab Epiſcopis ſuperati. Ita Alberto omnia oppida Franconiæ ere- *Superatur*
pta ſunt, & omni ditione ſua exutus eſt. Plaſſe- *Albertus.*
burgum præcipuum ejus propugnaculum obtinuit Rex Ferdinandus; Brunſvicenſis victor per inferiorem Saxoniam, nobiles, & illuſtres,qui contra ipſum arma portarunt, mulctavit. Idem fecerunt in ſuperiori Germania Epiſcopi,& Noribergenſes: ſicq; miſera Germania, quæ contra Cæſarem ſurrexerat, Cæſare ipſo apud Gallos detento,in ſe ipſam inſurrexit,& præcipuæ familiæ,juſto Dei judicio,ſeſe invicem dilaniarunt.

Inter tot bella valde arduū erat Religioni Catholicæ conſulere; ſed quilibet pro libitu vivens in hæreſim ferebatur,& ſociorū fortunas fortior invadens,eaſdē contra fas,& nefas ſervabat; neque poterat Cæſar in Gallia,Burgundia,& Belgio afflictis oppreſſiſque opem ferre,aut petitam,debitamque juſtitiam adminiſtrare.Sedatis tamen paulatim tot ſeditionibus ex Mauritii morte,

& pro-

Pax Religionis confirmata. *Pacis conditiones.* *Excluduntur secta alia.*

&proscriptione Alberti,ejusque fuga,aliorumq; qui totius seditionis capita se invicem consumpserant, Cæsar in annum 1555. Comitia Augustæ indixit, quibus Ferdinandus Cæsaris nomine præsedit; in quibus primum licuit de iis,quæ tumultuarie acta fuerant Passavii, explicatius sententiam dicere. In his ergo Comitiis primum pax Confessioni Augustanæ data fuit, ita ut Ordines Imperii se obligarent, quod propter Augustanæ Confessionis doctrinam neminem quacunque ratione vellent violare,nec ad Religionem suam deserendam cogere, spondentes, fore,ut bona,facultates,vectigalia,jura sua qualiacunque, pacate possent administrare,si modo vel Augustanæ, vel antiquæ Catholicæ forent Confessionis. Itaque Calvinistæ, Anabaptistæ, Zvvingliani, & quicunque alii hac pace non comprehensi sunt. Si quis autem Archiepiscopus, Episcopus, aut alius Ordinis Ecclesiastici, à Religione veteri deficeret, hunc jusserunt continuo à suo Episcopatu,Præfectura,beneficio, & simul omnibus fructibus,quos inde perceperiet, recedere; sine tamen infamia sui nominis; & Collegium,aut quemcunq; ad quem de jure, vel consuetudine pertineret,alium in ejus locum eligere, qui esset veteris Religionis. Insuper additum fuit in favorem quorundam Ordinum Imperii, qui sibi bona quædam Ecclesiastica , Collegia monachorum,& id genus alia Sacra, non tamen Ordinum, sumpserant, eaque ministeriis Ecclesiæ,scholis,&aliis bonis usibus accommodarant, ut hoc nomine non interpellarentur; nec propterea in jus vocarentur; si tamen ea non pertinerent ad Ordines Imperii,vel ad alios Imperio plane subjectos, & quorum possessionem tempore transactionis Passaviensis, & post etiam non habuerint, quæ omnino in pace comprehendi, & in loco suo debere manere decretum est. Ita ut non liceret judicibus propter hæc ab il-

lis

lis dudum usurpata, & ante transactionē Passaviensem alienata bona, jure quicquam adversus illos experiri, seu aliquid sinistri decernere. Abrogata præterea fuit jurisdictio sacra adversus Augustanæ Confessionis Religionem. E contra Ordini Ecclesiastico suæ facultates, vectigalia, & jura integra manere debere statutum fuit modo nihil juris politici decederet iis, in quorū ditione essent, quod ante dissidium habuerant. Liberum esset cuilibet, non habita ratione Religionis, ex ipsis bonis necessaria Ecclesiæ ministeria, parochias, scholas, eleemosynas, loca hospitaliū, pauperum, & afflictorum, sicut olim constituta fuerunt, ita & tunc constituere. Quod si propter hanc alimoniam, ejusq; modum lis aliqua oriretur jusserunt Ordines, ut de consensu partium arbitri deligerentur, qui facta notione intra semestre controversiam decernerent.

Ex his decretis postea gravissimæ ortæ sunt lites, nam iis censebantur plus Confessionis Augustanæ, quam Catholici gravati: Catholici enim de præteritis desperantes, nihil amplius contendebant; sed Confessionis Augustanæ postea nihil non moverunt, ut talia decreta ipsis noxia abrogarentur, quo possent, sicut antea, ita & deinceps bona monasteriorum, sacrarumq; virginum impune invadere, detinere, vel mutata Religione, dignitatibus, officiis, ac proventibus gaudere: quæ cum non concederentur, dicebant Protestantes, se gravari, contra Cæsarem blaterabant, & in Comitiis vix aliquid contribuere volebant. *Conditiones obsunt hæreticis.*

Imperiales imitati sunt mox Austriaci, Turcis proximi, cum enim Rex Ferdinandus Comitia Provincialia indixisset Viennæ, & subsidium contra Turcas imperasset, illi se imperata facturos ajebant, si modo ipsis permitteretur Evangelium, seu liberum Religionis exercitium; quod tamen tunc temporis non obtinuerunt; nam *Austriacorū postulatio.*

Fer-

Ferdinandus potius subsidio carere maluit, quā Religionem in hæreditariis Provinciis mutari.

Mutatur Religio in Palatinatu.

Minus constantes fuerunt Otto Henricus Elector Palatinus, & Carolus Marchio Badensis; qui anno uno post edictū pacis, è suis ditionibus veterē Religionē profligarunt, & novam introduxerunt; unde paulo post cōtra pacis edictū Ecclesiasticos omnes redditibus, possessionib⁹, ac beneficiis in suis ditionibus spoliarunt, eaq; in proprios usus, aut in ministerium suarum Ecclesiarū, ac scholarū novę doctrinę applicarunt. Aliud deinde incomodum hinc apud Catholicos ortum est, quod omnes sectarii, nonnunquam duodecim nonnunquā viginti, & quidem omnes varii, sub Confessione Augustana voluerunt comprehendi, ut illius pace fruerentur. nec tamen de levibus rebus, sed de gravissimis mysteriis fidei dissidebant. Hinc diversis in locis Lutherani cōventus agebant, ut aliquā certā doctrinæ formulam invenirent, Norimbergæ, Lipsiæ, wormatiæ, Luneburgi, Heidelbergæ, Namburgi, & alibi; sed pacē invenire non potuerunt. Turbabant alios Melanchthonici, Osiandrini, Buceriani, Zvvingliani, Calvinistæ, Heshusiani, Brentiani, Majoristæ, Adiaphoristæ, Sacramentarii, Suenckfeldiani, Picarditæ, Anabaptistæ, Vbiquitarii, & alii, qui omnes in oppugnatione Romanæ Ecclesiæ convenientes, inter se quam plurimum dissidebant.

Diversitas Religionum.

Mutantur ditiones in Religione.

Hæ tam variæ hæreses diversas orbis partes occuparunt: Calvinistæ Galliā, & Belgium; Lutherani duplices Germaniā, Picarditæ Bohemiam, Anabaptistę Moraviā, Osiandrini Livoniā, Zvvingliani Helvetiā; & alii alias orbis partes, non uno tempore infecerunt. Infestus fuit añus 1560. Galliæ, ob Calvinistas tumultuantes Belgium anno 1566. defloraruat. Anno 1568. in Frisiam penetrarunt, quo anno in Germania fiebat Synodus Lutherana Altenburgi, ubi wirtenbergenses, Ienenses, & Lipsienses certabant erroribus, ita ut nullus

nullus alteri cedere cogitaret. Mutatur postea Religio Vltrajecti, Monasterii, Mindæ, Bremæ, Magdeburgi, ac postremo Halberstadii. In Palatinatu ex Lutheranis fiunt Calvinistæ, in Saxonia itidem, sed postea revertuntur ad Lutheranismũ; idem facit Brandeburgicus, qui à Lutheranismo decidit in Calvinismum. Hæc tamen omnia sine magno strepitu fiebant, ad solũ nutũ Principum, quibus subditi in rebus Religionis discebant parere. Major fuit strepitus anno 1581. & sequentibus, Aquisgrani, ubi Calvinistæ ex Belgio proximo descendentes conati sunt Catholicos pellere. jamq; secundo, & tertio moniti sũma impudentia Magistratũ loco turbaverunt, & hæreticos substituerunt, quorũ opera publicũ permitteretur exercitium hæreseos, propter quod aliquot templa invaserunt. Quare Cæsar mandare debuit, ut Consules, Scabini, totusq; Senatus unam, & solã Catholicam Religionẽ profiterentur, neq; ad Magistratum, vel Reip. officia alios, quã qui starent pro eadẽ religione admitterent. *Tumultus Aquensis.*

Magis Germaniã turbavit anno 1582. tumultus Coloniensis Electoris, Gerardi Truchsesii, nonnullorumq; illius Ecclesiæ Canonicorũ: qui posthabito juramento Religionẽ Catholicã abjurare voluerunt, & contra Imperii pacem dignitate Electorali gaudere, redditusq; totius Episcopatus in familiam transferre, aut saltem dum viverent una cum uxore illos possidere: cui causæ uti cõmuni, ac proficuæ Protestantibus, faverunt Electores sæculares omnes; qui non diffidebant, si hoc admitteretur, quin paulatim alios Electores in suam pertraherent sententiam; ac tandem totum Imperium, una cũ Imperatore, sectario malo inficerent, leges omnes abrogarent, Catholicorũ bona omnia possiderent, atq; Catholicam Religionem extirparent. Eo collimarunt longis apud Cæsarẽ precationib⁹ pro apostante Truchsesio, deinde armis causam illius studuerunt propugna- *Tumultus Coloniensis*

pugna-

Servantur Colonienses. pugnare. Sed excommunicato Truchsesio, Sodales Collegii Coloniensis ad aliam electionem processerunt, dignitatem deferentes Ernesto Bavariæ Duci: qui tandem fratris sui copiis, maxime tamen liberalibus subsidiis Regis Hispaniæ, dignitatem obtinuit. & Fidem Catholicam in illa diœcesi servavit, ac instauravit.

Tumultus Argentinensis duplex. Similis fere tragœdia anno 1584 exercuit Argentoratense collegium, propter Canonicos aliquot sacris prohibitos, qui supra Pontificis auctoritate & Cæsaris mandatis in collegio voluerunt locũ habere, & sententias contra eos latas ob rebellionis crimen, & participationis cum Truchsesio impugnare. Quare vi adhibita redditus, & proventus Capituli vendiderunt, & Magistratus civilis Argentinensis opera, qui plus ipsis, quã Catholicis videbatur favere, ut sic paulatim totũ capitulũ inficeretur, ausi sunt suã violentiam defendere, aut saltẽ, Senatu non impediente, majores violentias excitare. Cæsar itaq; mandavit Senatui, ut excomunicationis sententiam exquereretur; sed Senatus magis inclinans in excomunicatos facere quod jubebatur, recusavit; imo contrario effectu, præsidium ædibus sacris ad eorum tutelam imposuit.

Duo eliguntur Episcopi. Longe tamen major fuit tumultus de Episcopatu Argentinensi anno 1592, inter Carolum Lotharingum Cardinalem, & Ioannem Georgium Brandeburgicum, cui in occulto favere Regem Galliæ vulgabatur. nam quilibet illorum à parte Capituli fuerat electus. Qui majorum Relgioni addicti erant, cum Argentinensis civitas ipsis esset suspecta, vellentque Catholicum Episcopum eligere, Tabernas Alsatiæ alios evocarunt, ut ibidem electioni faciendæ adessent. Alii Canonici Protestantes Argentinæ electionem volebaut fieri; qui à Magistratu fovebantur, ut suæ sectæ aliquem eligerent; sociis autẽ sodalibus constistituta die non comparentibus, elegerunt Ioannem

nem Georgiū Brandeburgicū, qui mox electionē ratā habens ad omnia diœcesi subjecta loca, Præfectos, ac Magistratus scripsit, ut sibi tanquā Episcopo legitimo obedirent. Senatus tria signa peditū, & sexcentos equites conscripsit, quibus copiis, & aliquot tormentis bellicis Kokerspergā, & Dachsteinium occupavit, ipso Ioan. Georgio potius consentiente, quā non repugnante. Quo cognito, qui Tabernis erant, Carolum Lotharingum Cardinalem elegerunt. Is, ut electionē ratam habuit, exercitum decem millium collegit, & Benfeldium occupavit, suumq; jus longo bello prosequutus est & tandem non nisi Cæsare per feciales aliquoties mandante, arma deposita sunt; parario Wittenbergensi Duce: postea inita fuit concordia, ut in 15 años essent induciæ, quilibet partem Episcopatus possideret. Sed hæc postea divisio Episcopatus magis pacem turbavit.

Occasiones turbarum in Germania.

Post has periculosas lites cum Protestantes non admitterentur ad Episcopatus pari jure cum Catholicis, & quia ab ipsis reposcebantur bona Ecclesiastica per Senatum Spirensem, magnæ inter utriusque Religionis professores ortæ sunt controversiæ; quas ne deciderent Spirenses, omni conatu Protestantes præpediebant, ac decisas ad exequutionē devenire non permittebant. Quare in illo dicasterio volebant paritatem suffragiorum, & suæ Religionis Præsidem; in Comitiis postulabant pro suæ Religionis Episcopis, quamvis non essent in sacris, sessionem; præter hæc Nuntios Summi Pontificis dimitti, suæ Religionis professis cœmiteria concedi, nullibi ob Religionē ullos excludi. Tandem Calendarium novum introduci, Ordinum Mendicantium, & Carthusianorum patrocinium suscipi, à Cæsare una cum Camera Spirensi justitiæ administrationem exerceri, vel in pari, vel in superiori gradu gravissime querebantur.

Hæc cum aliquoties in Comitiis generalibus

fuissent proposita, neq; Protestantibus satisfieret, primum subsidia denegare cœperunt; deinde contraria consilia adhibere non destiterunt: insuper exequutionem sententiæ de bonis restituendis impedire, ac tandem vim contra Catholicos adhibendā esse concluserunt: nam si omnia beneficia, monasteria, & redditus una cum fructibus perceptis restituere debuissent, ut ipsi fatebantur, futurum prævidebant, ut pleriq; illorū deberent precario vivere, & sua bona Catholicis cedere. Quare decreverunt Protestantes anno 1599. Fridbergæ (quod alias Francofurti conceptū fuerat) contra Papatū magis ac magis excrescentem, ad conservationem pacis publicæ, & Religionis, sibi invicem adhærere, unū veluti virū agere, & unius causam omnes suscipere. Hæc cum aliquoties Hailbronnæ, Fridbergæ, Heidelbergæ, & Spiræ Protestantes inter se deliberassent, tandē anno 16 3. Elector Palatinus, Administrator Argentinensis, Hassiæ Landgravius Mauritius, Anspacensis, & Badensis novum fœdus inierunt Heidelbergæ; quo sibi invicē pollicebantur tales processus Aulicos repellere, & unius causam, si oppeteretur, in se suscipere, ita ut si aliquis exequutionē processuum Aulicorum, aut mutationem Religionis attentaret, huic una omnes se opponere deberent. Immo actū fuit de Hollandorū, aliorumq; Principum subsidio implorando; & paulo post in hunc finem Parisios Mauritius Hassiæ transmissus, ut Regis Galliæ subsidium imploraret, & Patrocinium Principum Germaniæ Gallis deferret. Rex, qui antecessorū suorum exemplo Germanis diffidere didicerat, accuratiorem designationē singulorum confœderatorum, modum, viam, & continuationis media prolixiora sibi indicari petiit, quibus opus tantum aggredi decrevissent, cum non leve videatur excutere jugum supremi dicasterii, quale erat

Fœderis correspondentiam initæ.

Implorantur auxilia externa.

erat Cæsareum à quo orbis Germanicus, & Imperium Romanum dependeret.

Ad excutiendum hoc jugum plurimum conducebat Protestantibus, si Cæsar gravioribus bellis Turcarum, aut seditiosorũ implicaretur, nam tunc teneretur vel subsidia ab hæreticis implorare, priusquam aliquid ipsis deferre; vel saltem dum contineretur tantis bellis, non auderet rigidis istis exequutionibus insistere. Hinc non pauci Transylvanos sub Bathorio promoverunt, & ex German æ Principibus Botscaium instigaverunt, eiq; spoponderunt parum, aut nihil subsidii ex imperio Cæsari fore cõcedendum. Summo gaudio Protestantes intellexerunt Rodulphum, ac Matthiam, cæterosq; Austriacos inter se diffidere, & sicut jam pridem, sic novissime sub id temporis, tum Austriacos suæ Religionis Proceres, tum Moravos, ac Vngaros in conceptis seditionibus foverunt; non alio fine, quã ut in Imperio liberi evaderent, & tanto liberius possessis fortunis gauderent, aut alios à suis fortunis deturbarent. Hinc etiã contentiones fratrum satagerunt alere; atq; minima oblata causa Cæsarem calumniari, vel peractæ justitiæ sese miscere. Exemplũ hujus apparuit in expeditione Donavertana, quam Cæsar Bavariæ Duci commiserat ob turbatam pacem Religionis, ac nonnunquã monitos cives, qui tamen obdurati persistebant, & Cæsaris, Bavariæq; Ducis Delegatos vilipendebant. Hos enim ut Bavariæ Dux punivisset, statim Protestantes accurrerunt, & causam licet iniquã etiam contra Cæsarem suscipere cogitarunt. monuerat quidẽ illos Cæsar per Comitem Hogenzolarum, ut ab impetu, & iniquo patrocinio abstinerent; volueratque, ut si quid actionis haberent, illud in proximis Comitiis Ratisbonensibus jure experirentur; sed in iisdẽ Comitiis illud eo impetu fecerunt; ut non amplius pacis commercia, sed minę, commimata, improperia, & arma

Procurantur Cæsari bella ab ipsis Germanis.

Improperatur iustitia Donavertana.

Comitia Ratisbon. anno 1608. turbata.

prævaluisse viderentur. Illa enim Comitia turbatissima fuerunt, in quibus nihil quiete Protestantes respondere voluerunt, nisi sæpius petita gravamina evacuarentur; Donaverta in integrũ restitueretur; alia forma judicii institueretur; nisi Aulicæ sententiæ proscriberentur; nisi indifferenter Præsides, & pares numero Assessores cujuscunque Religionis concederentur; ordinariæ visitationes intermitterentur; Ecclesiasticis, Abbatibus, Prioribus, Monachis processus denegarẽtur; nec Catholicis Episcopis sessiones, aliaq; privilegia concederentur, sepulchra apud Catholicos non Catholicis concederentur; Romano Pontifici jus in Imperio denegaretur; forma juramenti in feudorum investitura mutaretur; & de majori votorum numero in conclusionibus ratio non haberetur.

Gravamina Protestantium.

His non obtentis non puduit Protestantes ab inceptis Comitiis recedere, ac Aschusii novum Conventum sui Ordinis celebrare, ibiq; fœdus contra Cæsarẽ, & Catholicos omnes percutere: ac statim pecunias, arma, Duces, ac factionis suæ Capita ordinare. Ibi Anhaltinus in Vicarium fœderis; Palatinus in Præfectum vindicandæ libidinis fuit electus; ordinati sunt socii, distributæ curæ, imperata pecunia, & discussa Imperii negotia, erecto tribunali, in quo foret Cæsaris correctio, & sociorum defensio. Catholici è contra Principes Ordinesq; per Germaniam videntes utramq; pacem vacillare; Leges, & Constitutiones Imperii in dubium vocari; judicia cameralia, sententiasque diffinitivas variis exceptionibus, revisionibusque, ut vocant, eludi; Consilium Imperii Aulicum, ipsumquemet Imperatorem angustis circumscribi finibus; Comitia, Conventusq; Principum impediri, aut irrito conatu dissipari; nequaquam dormiendum arbitrati, arctius inter se fœdus percusserunt defendendi dumtaxat sui causa, & ut salva Cæsaris, & Imperii aucto-

Fœdus solenne Protestantiũ.

Origo ligæ Catholicæ.

auctoritate, vim injustã, si inferretur, à se depellerent, tranquillitatemq; publicam stabilirent. quo quidem fœdere (quod vulgo Ligam Catholicam appellarunt) adversæ partis machinationes aliquo modo eo quidem tempore repressæ fuerunt. Alius deinde Conventus à Protestantibus fuit institutus, in quo causa jam periclitantiũ Austriacorum, quos Matthias Rex ad Fidem Catholicã volebat obligare, fuit suscepta; & ordinati sunt, qui in Austriã proficiscerentur, rebelles consolarentur, rebusq; illorum consulerent. Postea Anhaltinus Pragam ad Rudolphum Cæsarem mittitur, ut diceret, quod si processus Aulici continuarentur, ægre ferre non deberet, aliam Protestantium administrationẽ contra hujusmodi informes processus, & à prædicto Regimine illata gravamina. Cum vero Imperator gravissimis verbis respondisset, se non permissurum, ut ad alios jurisdictio Cæsaris derivaretur; idem Anhaltinus, cum ei adjuncto Camerario, longe altius intonuit, se non posse nõ declarare, Ordines Imperii, quando ita non emendarentur, aliud statuisse; scilicet ratione gravaminũ toties depositorũ ipsos sibi esse prospecturos, & si, prout hucusque contigit, suæ Majestatis Consilium Aulicum de cætero voluerit potestate sua abuti, sese invicem consiliis, & armis adjuturos. Idem fere ex Hala Svvevorũ anno 1610. ubi Protestantes tunc Conventum indixerant, ut de causa Iuliacensi suscipienda deliberarent, suumq; patrocinium Principibus suæ Religionis contra Cæsarem, ejusque Delegatum præberent, Cęsari litteris fuit renunciatum: nimirum, Protestantes Principes apud posteritatem excusandos esse, quod cum multoties frustra preces admovissent, tandem necessitate adacti arma sumpserint, ut ipsi sibi prospicerent, & opus ita administrarent, prout tenebantur, ut sibi, ac patriæ ob injustam suæ Majestatis administrationẽ labescenti, cõsulerent.

Minæ Protestantium anno 1609. in aula Cæsaris.

Responsio Cæsaris.

ferent. Ista tam aspere inculcata summam inter Catholicos, & Protestantes diffidentiam causarunt; imo ex ipsis Protestantibus nonnulli mitioris ingenii longe aliter ab aliis senserunt, judicantes præpostere ista moveri ob res levioris momenti, & singulares quorundam affectus. Sic enim sentiebant Duces, & Electores Saxonici, qui proinde viā non ita asperā ad remedia quærebant, sed patientia, & precibus agendum esse arbitrabātur; prævidentes si vi ageretur, omnem Rempublicam posse pessumdari. Verum cum hæc tam salutaria consilia ingererentur, statim inter Protestantes divisio facta est, & mitiores simplici nomine Protestantes, alii vero Correspondentes dicti sunt; quo etiam nomine postea gloriati, sua negotia tractarunt. Efferationes evaserunt Correspondentes in causa Juliacensi, in qua nec Cæsari, nec ejus Delegato Leopoldo aliquid detulerunt, sed suæ Religionis Principes, præter juris ordinē ad possessionē admitti postularunt; imo Cæsaris Delegatū ejecerunt. Causa feudi illa erat, & feudi quidē controversi: Moriente enim Duce Juliacensi, Clivensi, & Montensi, ac domino Ravenspergensi, nec nō Comite Marchiæ, Guilielmo, sine mascula prole, feuda indubie ad fœminas devolvebantur, juxta investiturā Caroli V. anno 1543. concessam, quæ in speciali nominabat, deficientibus masculis, filias Mariæ cōjugis, quas omnino voluit succedere; aut si earū nulla superstes esset, & tamen ex una, vel altera legitimi hæredes superessent, ut tū ad earū relictos hæredes masculos, qui tū viverent, devolverentur, & tanquā feuda iis concederentur. Ex his verbis obscuris nata est lis inter Principes Brandeburgicū, & Neoburgicum, quis eorū deberet præferri. Uterq; enim erat filius, ex filia Guilielmi Ducis, & Mariæ conjugis; Brandeburgicus è primogenita, defuncta tamen; Neoburgicus è secundogenita, sed adhuc superstite, cui verba

Saxoniæ Duces mitiores.

Causa Iuliacensis.

Clausula investitura Cæsarea.

textus

textus magis favere videbantur: erant adhuc alii remotiores ex sororibus Guilielmi Ducis nepotes, inter quos recensebatur Dux Niversius, Bipontinus,& Burgoviæ Marchio,qui tertiam ex filiabus habuerat, de quib⁹ tamen minor erat difficultas: maxima tamen erat cũ Saxoniæ Electore, cui olim propter expensas factas in bello Vngarico,& Flandrico,Cæsares Fredericus,& Maximilianus Ducatũ Iuliacensem cum attinentiis,si forte vacaret per defectum lineę masculinæ, donaverant;quique in Caroli V.investitura,& sæpe ante questus fuerat, eam extendi non potuisse ad filias;imo neq; ad ipsum Guilielmum in præjudicium juris acquisiti. Quæ omnia cum cõtroversi essent juris, ad Imperatorem spectabat feudorum possessionẽ tandiu detinere, donec examinata causa cognosceretur, quisnam deberet feudis investiri. Verum hoc jus Cæsareũ invertegunt Principes ad feudũ aspirantes, Brandeburgicus, & Neoburgicus,dum quilibet sibi partem desumere, & sese ipsum intrudere satagit; licet prævaricantes,fulti tamen subsidio Protestantiũ, seu fœderatorũ Correspondentium, Halæ Suævorum in publico Cõventu stipulata manu promisso, ausi sunt Cæsaris patruelem Leopoldum aggredi,illumq; ex parte ditionis,atq; ex ipsa arce Iuliacensi,nomine Cæsaris retenta,ejicere. Imo quia Leopoldus in Episcopatu Argentinensi militem colligebat, ac lustrabat; & ut moris est, milites Moltisheimienses,atq; Tabernarum excurrebant in Vanzenaviam,& ad Rhenum; Electoris Palatini, Marchionis Durlacensis, & Principis Wittenbergici copiæ, superato Rheno, Offendorfium versus contenderunt, & Vanzenaviam ingressi arcis Præfectum, quod deditionem facere detrectaret,custodiæ mancipatunt. Inde Dachosteinium versus,& Moltisheimium excurrẽtes,excubitores quosdã male mulctarunt. Interea in Iuliacensi ditione Leopold⁹ arcẽ Breden-

Electoris Saxonia iura.

Ius Cæsareũ defendere feuda.

Principes correspond. in vadunt

Leopoldi militem.

bendanam, Calcofium, & alia loca invaserat, & è contra Principes Brandeburgicus, & Neoburgicus Durã, spretis Cæsareis mandatis, per Anhaltinum, & Solmensem expugnarunt, nuliaq; videbatur amplius spes fore pacis, aliquoties Coloniæ, & alibi frustra tentatæ. Iam majoris momenti Principes, & Reges implorati, sese incipiebant causæ tam periculosæ ingerere, Rex Daniæ transmissis suis Legatis Dusseldorpiũ, Principibus Protestantibus, tanquã suis agnatis, & ejusdem cum illo Religionis, suã operã obtulit. Hollandi proximi, sponte sua cõcipientes Regionibus suis egregium vallum aliquando ex Iuliacensi, & Clivensi Ducatu præparandum, frequentissimũ militem, arma, instrumenta, tormenta, cæteramque belli apparatũ liberaliter subministrarunt. Rex Galliæ invitatus à variis, tandem auxiliares suas copias Principibus Protestantibus, in quorum fœdus Halæ admissus fuerat, liberaliter transmisit, & ad majora se accinxit. Anhaltinus Princeps ex Gallia redux per Germaniam in Hollandiam appulerat, ibiq; fœdus inter Regem Galliæ, Principes Correspondentes Germaniæ, & Ordines Hollandiæ ad exturbandũ Leopoldum firmaverat. quare collecta majori parte exercit⁹, ex Hollandia in Iuliacensem ditionem irrupit, & Leopoldi militem etiam extra ditionẽ Iuliacensem in Coloniensi, Leodiensi, imo & in Brabantina regione sequutus undique submovit, ut non ita pridem fecerat Reckemii prope Trajectũ ad Mosam, ubi incenso virginum monasterio, combustisq; quinquaginta circiter militibus, quatuor turmas equitum, & unam cohortem peditum oppresserat, aliosq; persequutus fuerat.

Fœdera externa.

Hollandi concedunt militem.

In Germania vero Marchio Durlacensis Marchiones duo Anspacenses, Ioannes Fredericus Dux Wittenbergicus, Dux Bipontinus, duo Comites Solmenses, aliquot Comites Rheni sub Palatino Electore insignẽ exercitum congregaverant,

rant, ut sub specie repellendi militem Leopoldicum, qui in Episcopatu Argentinensi colligebatur, non solū illum militem submoverent, sed in Episcopatū Spirensem, Wormatiensem, Argentinensem, Moguntinum universumq; Clerū injurii, ulterius de eorundē exterminio deliberarent; nec erat, qui tot, tantisq; insolētiis sese opponeret. Hispani etenim altum stertentes, & undequaq; suum Belgium defendentes, rebus Imperii sese immittere nolebant. Cæsar Rodulphus inter parietes Pragensis Aulæ latitans, solis diplomatibus agebat. Matthias Rex Vngariæ fratri, & patrueli offensus, cunctisq; diffidens, & in reformanda Austria satis occupatꝰ, dissimulabat. Ferdinandus Archidux longe dissitus, & impotens, vix subsidiū fratri Leopoldo inter tot hostes periclitanti conferre valebat. Principes Electores sacri multitudine hostium consternati, exceptis paucis copiis Duci Bavariæ commissis, non nisi modestissimis commerciis, vim deprecabantur. Omnes simul iminentem cladem, præsentemq; ruinam trepidantes expectabant. Maxime vero cùm anno 1610. tantum exercitum, ad sexaginta millium qua equitū, qua peditum, in Gallia sub rege Henrico IV. collectum esse, tantoque apparatu instructum constabat. Iam non de una ditione Iuliacensi, Clivensi, ac Montensi, sed de universo Belgio, Italia, Germania, & de Romano Imperio agi videbatur. Verum hæc omnia, cadente Henrico per manū parricidæ, ceciderunt; magnoque metu solutum fuit Imperium paulo ante desperatum. Non tamen adeo conciderunt Hollandorum & Principum Protestantium animi, quin Iuliacum obsidere, & oppugnare, atq; tertio mense expugnare ausi fuerint. hinc res Catholicorum in deterius versa est. In superiore Germania correspondentes Principes cum Catholicis Electoribus, & Bavariæ Duce, qui Catholici fœderis Præfectum agebat, conciliati

Novus tumultus correspondentium ad Rhenum.

Exiguus apparatus defensivus Catholicorum.

Casus Regis Galliæ.

Pax inter Catholicos, & protestantes

Monachii. sunt, spondentes utrimq; se pacem culturos; nec mutuam ditionem infestaturos, excepta re Iuliacensi, quę cuilibet parti libera maneret, ut servatis Imperii constitutionibus, in quam vellet partim inclinaret. In Inferiori Germania Aquisgranenses cives excitato tumultu Senatum suum

Petita civiũ. submoverant ob hereticæ Religionis exercitium severius ab illis castigatum, illud deinde publice permitti, Iesuitas à civitate exterminari, & tam protestantes, quam Catholicos in Senatum cooptari, exules aliquando propter Religionem revocari postularunt. Portas civitatis occupaverunt, & ad Iesuitarum Collegium declinantes, ÿs petulanter insultarunt, in illos suas bombardas exploserunt, sacram suppellectilem distraxerunt, & in penum, culinam, reliquasq; officinas violenter irruperunt. Præter hæc ad Principes Brandeburgicum, & Neoburgicum, nec non ad Ordines Hollandiæ miserunt, ut se suaque commendarent.

Halberstadiensia Comitia. Halberstadii hoc tempore congregata fuere Comitia illius districtus tũ ratione Iuliacensium ditionum, tum ratione Brunsvicensium Ducis & urbis, nec non ratione ipsius Episcopatus Halberstadiensis, in quo, mutata Religione ante annos 16. Canonici ad exclusionem aliorũ suorum sodalium Catholicorum, fuerant nisi variare juramentum eorũ, qui deinceps recipi debebant; ut tali juramento excluderent Catholicos, quos sciebant non posse publice detestari auctoritatem Pontificis, & Fidei Catholicæ Romanæ profitendo Lutheranam, quæ tamen omnino ab illis exigebatur, ipso Episcopo Pragæ existente aliquoties has novitates improbante.

Conventus Ducum Saxoniæ. Similem inter se Conventũ celebrarunt Saxonici Duces, Christianus Elector, Ioañes Georgius, & Augustus fratres, Fredericus Guilhelmus, & Ioannes Lineæ Vinariensis, similiter Ioannes Casimirus, Ioañes Ernestus fratres Coburgici, ut turbis

bis Imperii, & familiæ circa ditionem Iuliacensem summopere vexatę consulerent, ubi cum de Brandeburgici actione ageretur, haud difficile visum est cum Brandeburgico hac in re conveniге; sed mox Saxoniæ Elector Christianus vita decessit, & Ioanni Georgio fratri locum reliquit.

Protestantes in Austria. Protestantes per Austriam à Matthia Vngariæ Rege liberum Religionis exercitium, olim à Maximiliano I I. certis conditionibus solis proceribus concessum, hoc anno importune pro quarto seu plebejo statu experierunt; quod cum negatum fuisset, implorarunt illi operam, & auxilia Vngarorum, Moravorum, aliarumq; provinciarum, quibus hoc aliquando liberalius fuerat indultum; sed aliud nihil impetrarunt, quam velle Regem omnes omnino civitates, & vicos omnes quatuor istis statibus adnumerari, & pro quarto statu haberi. Interim autem mandare, ut neq; Catholici ab Augustanæ Confessionis addictis, neq; hi ab illis ullo modo turbarentur, sed pax, & concordia servaretur; quo decreto Religio Catholica magis stabilita fuit, & tantum Lutherana secta tolerata, quæ hactenus in ædibus nobilium invaluerat.

Bohemia rursus turbata. Bohemia jam undequaq; turbata, dissentientibus Rodulpho, & Matthia, à quibus literæ illæ pessimæ, quas vocarunt Majestatis, Protestantibus concessæ fuerunt, ingentibus etiam turbis conflictabatur per Passaviensem militem à Leopoldo introductum in ipsam urbem Pragensem non sine strepitu, & commotione civium seditiosissimorum, qui tam in veteri, quam in nova urbe concitata plebecula, proletariis infimæ conditionis hominibus, in aliquot Religiosorum monasteria involarunt, quatuordecim circiter ex Franciscanis strictioris observantiæ monasterii S. Mariæ ad Nives crudeliter mactarunt, duas Abbatias, Collegium Dominicanũ unum, monialium alterum abreptis omnibus pessi-

me mulctarunt, quibus malis Matthias evocatus mederi curavit, & deserente stationem Leopoldo, ab Ordinibus, & Cæsare Coronam Regni Bohemici obtinuit, fratrem Rodulphum in ordinem redegit, atq; Ordinibus Regni abunde providit. Quod cum idem statuisset Imperio facere, diemq; ad componendos tumultus Norimbergæ indictum per suos Delegatos frequentare decrevisset; Correspondentes Principes, antequam eo venissent, prius Rotenburgi ad Tuberam conveneraunt, ubi de gravaminibus questi, Donavertæ restitutionē, Principum Protestantium in ditione Iuliacensi possessionem, aliasq; imunitates postularunt. Legationes ad Helvetios, & ad alios extra Germaniam instituerunt; gravissimamq; exactionem ad constituendum ærarium sibi invicem imposuerant. Ad Conventum deinde Norimbergensem venientes nihil non moverunt, ut conceptā designationem turbarent, cum Rodulpho nonnulli, cum Matthia alii seditiose colludentes, & utriusq; Imperium rejicere summo conatu studentes. Moguntinensem Electorem tunc offenderat Bavariæ Dux recenti detentione, invasione, & apprehensione Wolphgangi Theodorici Archiepiscopi Salisburgensis; quæ quamvis legitima auctoritate fuisset facta, nihilominus præcipuis Ecclesiasticis Germaniæ non valde placuisse dicebatur, multique non infimi nominis moderationem quandam desiderassent.

Dies indictus Norimbergæ anno 1611.

Accessit his obitus Imperatoris Rodulphi, quando Vicariatus Palatino obvenit, & passim molestissimis sententiis Catholici Aquisgrani, Bibraci, & alibi infestabantur, querebanturque à Vicario ansam datam esse suam dignitatem prorogandi. Sed Electores Francofurtum more cōsueto evocati, in Matthiam Regem Bohemiæ, & Vngariæ coronatum opinato citius conspirarunt. Is sopito tumultu Francofurtensium civium

Obitus Rodulphi anno 1612.

vium contra Senatũ, & Iudæos, data insuper sententia pro Senatu Coloniensi, contra Mulhemienses è civitate Coloniensi plerumque exules, ut inceptum emporium non procul ab urbe, utpote in civium perniciem cogitatũ, demolirentur; Comitia Imperii Ratisbonam indixit, in quibus tamen gravaminibus Protestantium satisfacere studuit, ut instauratis visitationibus Cameræ Imperialis, justitia promoveretur; Assessorum Cameræ numerus, & Stipendia augerentur, sublata Calendarii differentia, conformitas constitueretur; controversiæque omnes componerentur. Ad hoc requirebatur prius Electorum, atque aliorum Principum consensus, justa aliqua collatio ad infringendos Turcas, Vallachiã, Transylvaniam, Moldaviam, & Vngariã infestantes, pacemq; alias pactam turbantes. Insuper in Imperio requirebatur justa rei monetalis constitutio, totius etiam Imperialis Albi completio. Quæ omnia cum maxime urgerentur, & Correspondentes Principes sese difficiliores præberent, urgerentque mutationem Bullæ Aureæ, abrogationem pluralitatum votorum, abolitionẽ gravaminum, & justitiæ opus commutatum, nihil aliud agi potuit, quam ut abrogatis prolixis scriptis, ad cõsultationem condes cederent; in qua cum rursus Protestantes difficillimos se præberent, nihil aliud sibi in mandatis esse dixerunt ab iis, qui tantæ rei caput erant, quam ut non obtentis petitis, infecta re, ad quam venerant, abscederent. Quo auditu excandescentes etiam Catholici sua gravamina obtulerunt longe majora, & plura quam unquam Correspondentes obtulissent; mõstrarunt tamen nihil se omisisse, quin communi consulerent, non enim, ajebant, nos præpedivit sectarũ varietas sub nomine Confessionis Augustanæ, quotidie irrumpens; non Ecclesiasticorum persequutio, non fortunatũ detentio, nec cœnobiorum, aut templorum ever-

Comitia Ratisbonensium.

Gravamina Protestantium.

Gravamina Catholicorũ.

ſio, vel calumniandi licentia, vel famoſi libelli, vel juſtitiæ inhibitio, aliaque quam plura incommoda nullo jure exantlata, quin ſemper in Comitiis ea agenda ſatageremus, quę communi bono totius Imperii poſſent occurrere. exponebant inſuper damna perpeſſa in ditione Hirsfeldenſi, Spirenſi, Wormatienſi anno 1609. Oppugnatio oppidi Pruſſellenſis, quod tamen expugnatum ac fere in cineres redactum fuerat, militum in Epiſcopatu Argentinenſi traductio, Cæſareihimienſis monaſterii detentio, inſidiarum de nde quotidiana multiplicatio facta Archiepiſcopatui Colonienſi, Herbipolenſi, Auguſtano, Ratisbonenſi, Monaſterienſi, Domui item Teutonicæ, Bibracenſi, & aliis.

Gaboris defectio an. 1613.

Inter has diſceptationes ex inferiori Vngaria triſtis nuntius advenit de irruptione Turcarum, de Bethlemi Gaboris infido erga Bathorium obſequio, de illius ad Turcarum patrocinium perfugio, & de oppidi Lippenſis, Genenſis, aliorumque proditione, neque tamen à Correſpondentibus Proteſtantibus aliquid conceſſum fuit. Catholici tantum mitiores, non ferentes ultimam patrię calamitatem, contributionem in 30. menſes conſenſerunt, rogaveruntq; Cęſarem, ut pro jure ſuo æqualitas conſtitueretur, quod à majori parte ſancitum fuit; quamvis aliqui è Proteſtantibus recalcitrarent.

Controverſia inter Principes Iuliac.

Paulo poſt hæc irrita Comitia, in regione Iuliacenſi inter Principes poſſidentes Neoburgicum, & Brandeburgicũ controverſia, & diffidentia exorta eſt, cui putativa Eccleſiaſtica Iurisdictio maxime cauſam dedit. Cum n. in pagis & oppidis paſſim morarentur Paſtores, Decani, & Canonici, Brandeburgicus Calviniſtas, Neoburgicus vero Lutheranos ſubſtituere tentavit; idque non raro cum ſtrepitu armorum; inter quæ unus, atque alter è Præfectis, ac nobilibus Neoburgici periit. Inter hæc filius Electoris Brandebur-

deburgici, Georgius Guilielmus, in locum Ernesti Brandeburgici administratoris defuncti substitutus fuit. Sed Neoburgici talem substitutionem admittere noluerunt, nisi in integrum restitueretur ditio Moniciensis cum fructibus inde perceptis, & nisi inter alia, gravaminibus omnibus, maxime Ecclesiasticis, abrogatis, Brandeburgici desisterent à seditione plebis, quã Neoburgici dicebant passim instillato Calvinismo ad partes Brandeburgici cũ exclusione alterius partis traduci. Quæ disceptationes tantam diffidentiam excitarunt, ut Neoburgicus clam ad Catholicorum Religionem diceretur transiisse, eoque nomine magis & magis apud incolas jam ad Calvinismum properantes fieret exosus.

Matrimoniũ Neoburgici suspectum.

Auxit hujus mutationis famam matrimonium Neoburgici Ducis non ita post cum Magdalena Maximiliani Bavariæ Ducis sorore institutum, nam quilibet, vel parum in Germania versatus, inde conjicere poterat, Neoburgicum Ducem Catholicæ Religioni nomen dedisse, aut mox daturum; quod tamen in sponsalitiis tam in Ecclesia, quam in mensa maxima dexteritate dissimulatum fuit. Exinde uterq; Princeps firmum sibi satellitium comparavit, & si oppeteretur socios armatos esse jussit Neoburgicus, Bavaricos, Cæsareos, & Austriacos; secreto tamen imploravit, & de cætero magis Cæsari destructionẽ Mulhemiensem, promptamq; paritionem in Iuliacensi ditione dimittenda præcipienti obediens fuit. è contra Brandeburgicus ad Hollandos accessit, quorũ fultus patrocinio Mulhemienses architectos, & cives ædificationi accinctos, ad continuandũ, & perficiendũ opus inceptum, contra Cæsaris præscriptum hortatus est. Deinde apertiori Marte Dusseldorpium, ubi tunc erat conjux Neoburgici, qui Leodiũ profectus fuerat, intempesta nocte, Suigelio Duce, & Hollandorũ militũ subsidiis frustra tentavit. quod ubi Neoburgico in-

Brandeburgicus Hollandis accedit.

co innotuit, laudatis Dusseldorpiensibus civib, ob egregiam operā in repellendis hostibus præstitam, statim omnes urbes, & oppida admonuit, ut hoc exemplo edisçerent, clandestinas hostiū æmulorum strophas fugere, ne damnum aliquod futuro possessori propediem nominando oriretur.

Hollandi, in Germania feriantibus armis Hispanicis, ut magis ac magis res suas stabilirent, cū nonnullis Civitatibus inferioris Saxoniæ fœdus inire satagerunt, atq; inprimis cum Magdeburgensibus convenerunt, qui ut se Pseudoarchiepiscopus suus tueretur, illorum societatē ambierunt. quod fœdus sensim ad Brunsvicenses, Bremenses, Hamburgenses, ac Lubecenses extensum fuit; maximeque solicitos reddidit Saxoniæ Electorem, vicinum Brunsvicensem Ducem, Daniæ Regē illarum civitatū æmulum, & Cæsarem ipsum, cujus auctoritas tam forti fœdere à Germania saltē Septentrionali proscribi videbatur. Quare tam Saxoniæ Elector, quā alii ipsos Magdeburgenses à tam periculoso fœdere dehortabantur, rogentq;, ut ad obedientiam Pseudoarchiepiscopo præstandā, si modo ęquitati petitiones illius correspónderent, & reverterentur.

Reformatio ditionis Brandeburgica.

Auxit periculum, quod circa idem tempus Elector Brandeburgicus, ut Hollandis magis placeret, ditionem suam hactenus Lutheranam ad Calvinismū cogeret; assumptis etenim ex Hollādia ministris, imagines ex tēplis proscriptæ sunt. Iamque erāt altaria Catholico more residua solo æquanda; eorūq; loco mensa lignea solo panno nigro strata collocāda; Hostiarum loco panis in frustula cōcisus usurpandus; Palla sacra omittenda; candelę non accedēdæ; nulla amplius reverentia in usu Cœnæ facienda; Signa Crucis in Cœna omittenda; Confessio auricularis abrogāda, prolato nomine Iesus non amplius genu flectendū, aut caput inclinādum, & denudandum: ægrotis

ægrot: nō deferendum Sacramentum: Baptisteria lapidea ejicienda malluviis substitutis: Decalogus & Cathechismus debebat corrigi; Sacra Trinitas nō amplius depingi, & plura his similia Atheismum sapientia; qua falsa Religionis imagine sibi persuadent Calvinistæ superstitiones aboleri.

Neoburgicus fit Catholicus.

Neoburgicus Dux, quasi se his è diametro opponeret, tandē post longas dissimulationes Catholicā Religionem Dusseldorpii publice complexus est, magnaque Pompa, musicisq; concentibus celebrato Sacro, Eucharistiæ Sacramentum una cum conjuge suscepit. ac non ita post, mortuo patente Philippo Ludovico, ditionem suam Neoburgicam ad Catholicam Religionem reduxit. In Iuliacensibus vero Regionibus, tam ipse, quam Brandeburgicus, de non turbandis in Religione subditis, plura decreta promulgarūt; qui etiam non semel ad sedandos exortos diffidentiæ rumores, sed frustra, convenerunt. Hollandis autem indies magis invalescentibus in imperio quorum opera nunc Aquisgranenses, nunc Mulhemienses, Iuliacenses, Brandeburgici, aliique Cæsaris obedientiam dediscebant, visum fuit Cæsari, Alberti Archiducis auxilium implorare, ut sua exsequeretur mandata dudum hinc atque illinc contempta. Itaq; Marchioni Spinolæ exercitus 25000 militum fuit commissus cum debito belli apparatu, ac impedimentis necessariis: quibus copiis Trajectum ad Mosam descendit, ibique lustrato milite, per pontem turmatim, ac singularim plenis ordinibus transeunte, ad secundum lapidem extra urbem Trajectensem, universus exercitus in aciē constitutus, Imperiū ingressus est, rectaque ipso vespere ad urbē Aquisgranensem se applicuit, quæ tanto milite consternata, erectis prius tormentis bellicis, demisso deinde milite præsidiario, Marchionis Spinolæ arbitrio se dedit. Inde exercitus Marcodu ram,

duram, Berchemium, Castretum, ac tandem Rinbergam, occupatis obviis civitatibus, deductus fuit, relicto Iuliaco, quod omnino Hollandi obsidendum putaverant. Rinbergæ compaginato è navibus Ponte, Spinola exercitum transmisit, & Wesaliam post aliquot tormentorum ictus, certas conditiones de Religione pactus occupavit. inde ibi relicto insigni præsidio progrediens, Mulhemienses, solo æquata munitione, parere docuit. Interim Mauritius Hollandorum Generalis Præfectus cum suo exercitu ad arcē Schenckii excubabat, ut Marchionis Spinolæ progressus intueretur, cumq; jam Wesaliam occupatam vidisset, præmissis aliquot è suis turmis equitum Embricum sibi dari postulavit; post Rhesam exercitum admovens illam absque gravi strepitu intercepit, ut æquali fere portione ditiones Iuliacenses, ac Clivenses viderentur inter Hollandos, ac Regios divisæ.

Xanctis deinde Brandeburgici, Neuburgici, cum Delegatis Regiis Hispaniæ. Ordinum Belgii, Batavici, Electoris Coloniensis, ac Regis Galliæ cōvenerunt, ut via aliqua reperiretur, qua dimissis Regiis, & Hollandis, regiones illæ Principibus præfatis relinquerentur sine proprio, aut sociorum adjacentiumq; Principum periculo; sed illa post longissima commercia inveniri non potuit.

Fructus exercitus Hispanici an. 1615. Profuit interim quam maxime Germaniæ Religioniq; Catholicæ quod Hispanorum exercitus eo devenerit: nam Essenum Collegium jam tunc ab Hasso impetebatur; Paterbornensem diœcesim idem Hassus cū Nassovicis devorabat; Francofurtum Cæsari non parebat, per eratq; in universo Imperio omnis disciplina, atq; obediētia, quam quidem Hispanus idem exercitus stabilivit.

Periculum paci Turcicæ. Facilius etiam poterat Cæsar Matthias, relicto hoc exercitu in inferiori Germania, Austriam, & Vngariam suam periclitantem servare. Turca enim

enim, ejusque cliens Bethlemus, per eos dies ad bellum Austriacis Principibus inferendũ parati, omnem movebant lapidem, ut pax alias inita per viginti annos vix decem elapsis corrumperetur. Quapropter novã explicationẽ articulorum, novas exactiones, & miras technas Christianis construebant, cogebantque Augustissimum Matthiam ad innovationem, explicationem & extensionẽ articulorum, quos alias magno labore, & sumptibus impetrarant.

Bella interim ex Germania in Italiam, ac postea in Galliam, translata sunt, & domus Austriaca familiæ suæ rebus jacentibus, posteritati, paci, ac Religioni consuluit. Maximilianus enim percepta mente Imperatoris Matthiæ, cæterorũque è familia Austriaca Archiducum, iter in Belgiũm instituit. ut de his rebus cum Alberto conferret, nam destituti hęredibus fratres omnes onus familiæ in Ferdinandum patruelem cogitarant rejicere; illumq; ad regna Bohemiæ, & Vngariæ, & ad altiora promovere. Compositis ergo rebus inter Austriacos, Pragam plures Principes evocati sunt; sed tractatus nõ adeo facilis extitit: nam Correspondentes Principes minus addicti hujusmodi successioni, tum in Bohemia, tum in Imperio, tum extra Imperium hostes familiæ. Austriacæ adinvenerant ipsimet, quo suas Imposterum firmarent machinationes; cum Hollandis arctissimum fœdus, dudum ante præparatum pacti erant, addicta summa trecentorum millium aureorum singulis annis pendenda Hollãdis, ut è Batavia quatuor mille bene instructos pedites & mille equites Cataphractos ad nutum haberent. Mansfeldio deinde stipendia opulẽta assignarunt, & militem alium in occulto præpararunt. Constitit deinde, quod in animo clandebant Protestantes, tum ex variis Conventibus, tum ex litteris Palatini, quibus non semel Reges Galliæ, atque Angliæ ad ineunda fœdera

Pacta fam'lia Austriaca.

contra

contra Cæsarem solicitaverat. Hinc illud cujusdam consiliarii Heidelbergensis judicium ad amicum an. 1614. Dominus absque dubio adhuc probe in memoria habet, quid ego apud Principum ac Superiorum nostrorum per aliquot annos celebratos Cõventus Correspondẽtiales publice monuerim, quod nimis arctum hoc, atq; intrinsecum cum Hollandis fœdus non videretur valde proficuum (& si non omittendum, aut omnino dissolvendum) ad Papistas constringendos. Non poterat sibi bonus vir persuadere, Hollandorũ fœdus ad extirpandos Papistas necessarium fore; perutile tamen, ut contra præpotentes adversarios opera Hollandorum uteretur, sine quibus vix aliquid tentari poterat. postea tamen re melius perpensa, timidi hoc animi esse repertum est; nã si res bene aggrederetur, cognovit posse sine Batavorum ope Papistas extirpari. Extirpationem ergo Catholicorum ille approbabat, primarios Archiepiscopatus, Episcopatus, Prælaturas, & reliqua Catholicorũ ad Rhenum, Mœnum, Mosellam, & Danubium bona summe venabatur, Sed hoc per Hollandos fieri displicebat. Hinc alius D. Wackerus dolebat de statu Imperii, quod tam misere se haberet, unicamque causam Hollandis adscribebat; qui tam audacter contra Cæsaream Majestatem, & Romanum Imperium insurgere, Frisiam Orientalem occupare, cum Bremensibus, Brunsvicensibus, Magdeburgensibus, fœdera inire, Iuliacũ auferre, & integrum Imperium ludificari præsumebant. Quærebatur ipse Imperator Matthias in Comitiis Pragæ habitis corã Imperii Statibus de arrogantia, & continuis Hollandorum in Imperium excursionibus in Archiepiscopatum Coloniensem, Monasteriensem, Padebornensem, Hildeshemiensem; item in Ducatum Iuliacensem, Clivensem, Bergensem, Montensem, & de portu Emdano occupato, insuper quantum supercilia erexis-

Finis fœderis, extirpatio Catholicorum.

Querela Cæsaris de Hollandis an. 1616.

erexissent, occupatis præcipuis passibus ad Rhenum, Mosam, Amesim, Vesurgim, Albim, & Oderam, ut jã præsumerent, Brunsvicensibus succurrere, Juliacum invadere, ipsumque Sultanum ad bellum Germaniæ inferendum urgere.

Cum talibus ergo, quod probus quisque & multi etiam hostes improbabant, Principes Correspondentes fœdus inierant, ut res Austriacorũ Principum turbarent. Hi vero in Ferdinandum Grezio evocatum onus familiæ rejecerant, eiq; Bohemiã cesserant, quod ipse Rex Hispaniarum post filios Maximiliani Cæsaris Rodulphum, Matthiam, & Albertum ex eorundem sorore filius, & proximus hæres pro Ferdinando tantum, ejusq; prole mascula approbaverat, jamq; diem coronationi designatum Bohemico Regi indixerant; cũ ecce se offert, quasi hujus designationis contrarium, bellum Venetorum, qui occasione Segnensium prædas maris instituentiũ, in Forijulium irruperant, non alio fine (prout fama erat, cui tamen me non subscribo) quam ut Ferdinandum à corona Bohemiæ excluderent. faverunt non parum causæ Venetorum contra Cæsarem, ejusq; patruelem Ferdinandum, non solum Hollandi, sed & Principes protestantes, qui ut omnia turbarent, frequẽter Convẽtus instituerũt, & hoc ipso anno, quo bellum Venetum ardebat, & quo Sabaudicum incẽdebatur, Mansfeldiũ cũ bis mille militibus miserunt, qui contra Regem Hispaniæ & Ferdinãdum pugnaret. Hailbronnæ decreta sunt alia subsidia, & novum in Germania bellum, quo Catholici una cũ Cæsare detinerẽtur, clam adornabatur. Nam cum feliciter transacta fuisset Bohemica coronatio; Cæsar cũ Rege designato, & Archiduce Maximiliano in Saxoniã profecti, de Romana Corona eidẽ Ferdinãdo imponenda deliberarunt, & non ita post Conventũ Electorum præparatoriũ indixerunt; Verũ Palatinus Elector cum suis asseclis omnem lapidem movit,

Pacta familiæ Austriacæ.

Impediuntur comitia Ele-

ctoralia.

movit, ut illa præpedirentur, importune hoc apud ElectorēBrādeburgicū egit, Moguntinū ad hoc conatus est inducere: ipsemet addulta hyeme pertrahas Monachium devenit, & eum Duce Bavariæ simulata amicitia, familiæ Bavariæ splēdorem jura, & pristinas fortunas memorans. illum magno verborum circuitu, suo, suorumque sociorum inimicorum Domus Austriacæ suffragiis, & auxiliis ad Regiam Germaniæ Coronam evehere promisit, non ut Bavarum sibi magis proficuum promoveret, sed ut Domum Austriacam vexaret, eiq; æmulam inveniret. ut cū utramque simul committeret, ambas odiis, bellisque consumeret. Doluit posteaPalatinus has tam artificiosas honoris ansas non arripuisse Bavarum, constanter hujusmodi dignitatem dolose oblata repudiantem. Quare aliunde sperans ignem accendendū (dum de promotioneMauritiiNassovici, vel regisDaniæ. eo quod nō essent Catholici, desperasset) ad Sabaudiæ Ducē respexit, & illi vanam ambitionem Regiæ, nec non Cæsareæ dignitatis injecit.

Submonetur Elector Bavaria.

Comitia Vngarica indicta.

Differebantur interim Comitia Imperialia, singulari Protestantiū calliditate, qui nunc has, nunc illas excusationis ansas præbebant, ita ut Austriaci Principes, ne feriarētur, Comitia, Vngarica præmittenda duxerint, in quibus rursus Correspondentes Principes speraverunt, vel ob nationis genium, vel ob gentiū prætensam immunitatē. turbas excitare. quæ Ferdinandū Regem dejicerent, ejusque propitiam fortunam everterent. Hoc non uno loco, neq; apud unum in Vngaria per Correspōdentes præparatū extitit. prout in Bohemia jam pridem inter proceres actum fuerat, ut jugum Austriacum excuterent & sibi libertatem pararent. Hoc multoties suggesserat Christian⁹ Princeps Anhaltin⁹, Ambergā Bohemici Regni proceres, ad seditionem Calvinistè instruens, invitans & conducens. In

Bohemi subornantur.

Germ-

Germaniæ similis ansa quæsita fuit, qua occuparentur circa Rheni partes Electores sacri, quominus incendio alibi etiã excitato possent occurrere, & sic deliberatum est apud Correspondentes, primũ de Brisaco Leopoldo propugnaculo invadendo Hollando rũ auxilia requirentes. Deinde quomodo Spirẽsis Episcopi inceptũ opus apud Vdenheimiũ posset præpediri: suggestũq; fuit, non unã vitã Legationis, vel commercii, admonitionisq; sed vim etiã adhibendã esse. timebatur tamẽ Cæsar, Moguntinus Elector. aliiq; tã sacri, quam sæculares principes. quare rursus expeditione corã nobilitate Rhenana petractata, & postea Principibus relata visũ fuit per certos Canonicos Heidelbergã, qui vim deprecarẽtur, & de damno caverẽt, convenire, quapropter ordinati fuerunt operis visitatores, certique fines præscripti.

Interim in Bohemia, ubi jamdudum certabatur odiis, & studiis promovendarum sectarum. etiam per concessionem Regis aliam factã, qua solum concessum fuerat sectariis exercitium liberum in propriis fundis Dominorum non Catholicorũ, aut in Regiis bonis, nonnulli inquietiores præsũpserunt erigere fana, & sectario more prædicare etiam in locis Catholicorũ, & quidẽ Ecclesiasticorũ, quæ Cameralia vocabant vitiato nomine, non quod Regis essent bona Ecclesiastica, sed quod sub protectione Regis manerent, & in favorabilibus ejusdẽ generis Privilegiis gauderent; quæ tamen ad odiosa extendi non poterant, nisi ab imunitatis Ecclesiasticæ violatoribus; quapropter Clostergrabii, (qui locus ad Archiepiscopum spectabat) sib templũ exstruẽtes, invito Archiepiscopo ibidem convenerunt, sed cũ per Cæsaris Matthiæ sententiã Causa cecidissent, Archiepiscopus, collectis operariis. templũ solo æquavit, totũq; exercitiũ interdixit. Simile fanum cõstruxerant sectarii sub ditione Abbatis *Origo Bohemica rebellionis*

Brau-

confidebant, tumultuarie ingressi cū Regiis Regni Legatis varie de Religionis suæ privilegiis violatis disceptarunt. sepositâ deinde omni reverentia, nonnulla Decreta exprobrarunt; ac tandem in tres Consiliarios, Baronem Sclavatā, Baronem Smisanskium, & Secretarium Philippum violentas manus injecerunt, eosque è fenestris ejusdem loci sacrosancti in profundissimum vallum chlamydatos, & gladiatos deturbarunt. Et quia singulari sane miraculo incolumes evaserant, aliquot bombardarum ictus in procumbentes exploserunt. Cæteros duos (quinq; enim illa die tantū consederant cum Secretario) domum abducentes, Magistratu privatos custodiri præceperunt. Rationem tam temerarii facinoris, sedata plebe, prima die, biduo post prælo ediderunt, factumq; apud Cæsarem non tam excusārunt, quam quod merito illud egerint, defenderunt. Proscripsere PP. è Societate Iesu à toto Regno sub gravissimis pœnis, ob multas, & ementitas causas, quibus postea ab ipsis optime, & summa modestia, & prudentia, ut assolent, fuit responsum. Ne autem castigarentur, statim Regni administrationem invadentes novum Magistratum instituerunt, triginta Directores è toto Regno selegerunt, illisq; Regium Palatium tradiderunt: conscripsere deinde milites, socios monuerunt, atq; è toto regno, vix duobus oppidis exceptis, Regem ejecerunt.

Tumultus Bohemus per eiectionem è fenestra.

Cæsar pacata consilia sequens, à principio seditionem componere cogitans, pluribus litteris egit, ut Regni proceres, juramenti sui memores solitum obsequium Regi suo inuncto, consecrato, & confirmato deferrent; sciensq; non omnes tanti sceleris reos esse, solummodo paucos illos supra commemoratos ad exemplum cæterorum punire statuerat; sed inanes fuerunt apud furentos subditos Cæsaris monita, & humanitatis officia, immo cum rursus illis obtulisset privile-

Pacata consilia Cæsaris Clementiss.

Liberalis Cæsaris oblatio ad sedandos animos.

giorum confirmationem, eorumque integram observantiam, litterarum Majestatis (quas violatas querebantur) innovationē, Religionis exercitium illis litteris promissum, pluraq; immunitatem, ac indulgentiam clementissimi Principis summamque animi moderationem exprimentia; magis animum induraverunt.

Intercessere deinde Principes, Saxoniæ Elector, Bavariæ Dux, Ferdinandus Austriacus, Bohemiæ Rex designatus, & alii, qui reis pacem, & im̄unitatem pro Cæsare spoponderunt; sed nec ista profuerunt. quare tandem arma, sed quidem eminus, ostensa sunt; nam in limine Regni Comes de Tampier consistere jussus fuit, præmissusq; Cæsaris Fiduciarius, & plenipotens Commissarius D. Kainius, ut volentes conciliaret, clementiam deferret, ac durioribus arma demonstraret. verum, quia cum surdis loquebatur, vix non sannis, & sibilis exceptus fuit.

Vdenheimiū destruitur.

Inter hæc commercia primi mensis, Principes Protestantes Germaniæ observantes Cæsarem à seditione domi nata præpediri, nec facile posse Imperii malis subvenire; ut turbatis rebus, fortunæ suæ consulerent; in jam dudum præparatam violentiam erupere circa arcem Vdenheimiensem, ab Episcopo Spirensi in loco suæ residentiæ erectam, & adhuc controversam. Illam enim Princeps Palatinus Elector, Dux Wirtembergicus. Marchio Badensis. & Princeps Christianus Anhaltinus, assumptis aliquot militum turmis, & operibus quamplurimis invadentes, aliquot horarum spatio demoliti sunt, unaq; hora ad centum millia florenorum damni Episcopo intulerunt. Gliscentes deinde Bohemorum seditiones, ut laude dignissimas approbarunt, & novas ipsi Cæsari, suis tamen rebus commodas, prærararunt. Quæ ut felicius succederent, Bohemos in sua Rebellione favendos censentes, militem statim conscripserunt, & externorum operam

Convniunt (orrespondentes.

ram ad res inauditas pertinaciter incipiendas temerarie implorarunt.

Per hæc tempora Sabaudiæ Dux, pace inita cum Rege Hispaniæ, copias dimittere cogitans, alias mutuo datam legionem duorum millium non requisitus sub ductu Comitis de Mansfelt in Germania suis expensis alendam promisit, (si vera sunt, quæ typis evulgata leguntur in Cancellaria Anhaltina) rogavitque, ut Palatinus illis copiis uteretur, ubicumq; luberet, modo hoc soli Christiano Principi de Anhalt, Electori Palatino, & Brandeburgico innotesceret. *Sabaudiæ Ducis copiæ.*

Petierant hi triumviri paulo ante ab eodem Sabaudo exercitum quindecim millium per Legatum & fiduciarias litteras: & quia illo tempore cum supradicta legio duorum millium dimissa esset, nondum Legatus in Sabaudiam devenerat, optime sperabant, sese petitas copias consecuturos, ut mare Adriaticum cum Oceano conjungerent; ut Bohemicum negotium, aliaq; ab eo dependentia foverent; ut Vicariatum Imperii, si interregnũ fuisset, substituerent, & ut gravamina toties inculcata, prætermissa deinceps, transactione mutua, solis armis expedirent. In hunc finem antequam à Sabaudia litteras recepissent, jam Mansfeldius quatuor mille pedites sub signis habebat, & Ioachimus Ernestus Marchio Brandeburgicus in ditione sua bis mille pedites; suadebatque, ut Palatinus illorum opera in expeditione Bohemica uteretur; ut Bohemorũ animos, quibus hujusmodi auxilia forent omnino necessaria, sibi conciliaret. Initus postea fuit ab his Triumviris Conventus; in quo de notabili summa pecuniæ, de Palatino ad coronam Bohemiæ promovendo de Catholicis Episcopatibus servata partiũ æqualitate distribuendis, de munere regendi summo jure exercitus Electori Palatino deferendo, de duobus Legatis substituendis, quorum alter circa Rhenum, alter vero in *Scopus correspondentium.* *Conventus Triumvirorum, eorumq; consilia.*

Franconia imperaret; ac tandem de armilustrio in Diœcesi Herbipolensi instituendo deliberatum est. Hæc tamen omnia non solum Sabaudiæ Ducem, quippe qui ad opprimendos Catholicos non consentiret, sed etiam sui fœderis socios reliquos, ut Ducem Wirtembergicũ, Bipontinum, Culebacensem, civitates Imperiales, aliosq; latebant; nec Bohemis quidem, nisi paucissimis, quænam essent Mansfeldii consilia innotuerat. Notarunt tamen postea Triumviri ad propositas metas invasionis Catholicorum B isacensis oppidi, & conjunctionis Adriatici maris cum Oceano pertingi non posse sine Marchione Badensi, cujus ditiones Alsatiam, necessario invadendam, contingunt. Quare etiam ipsum admoneri oportuit, quo consilii particeps opportunam sibi ditionem invaderet. Iam tunc in eodem Concilio servabatur pro Frederico Palatino corona Bohemica, ad quam (ut mentiebantur Triumviri) Palatinus quidem pro innata sua modestia non aspirabat; sed Status Bohemici, utpote novarum rerum cupidi, quam maxime in ejusmodi mutationem inclinabant, gaudentes contra Ferdinandum has turbas excitari, audebantq; Correspondentes Principes, saltem arcanorum conscii, Sabaudiæ Duci polliceri dignitatem Imperialem, si Palatinus Elector, illius auxilio, coronam Bohemiæ assequeretur, cum nihil foret dubitandum, quia ille duorum votorum in Collegio Electorali potens, Brandeburgici etiam voti securus, facile etiam Treverensem Electorem in suam partem inducturus, tanto beneficio debita gratitudine corresponderet.

Arcana consilia paucis revelata.

Promissi Duci Sabaudiæ.

Horum omnium, ut fieret aliquod reapse initium, sine quo Bohemici adhuc benevolentiæ commerciis detenti, forte paruissent Cæsari: statutũ fuit per eosdem Triumviros, ut legio quatuor millium Mansfeldicorũ quantocius comple-

Correspondentes mittunt auxilia Bohemis.

pleretur, atq; in Bohemiam sub ipso Mansfeldio, Bohemos diligente, ac promovente seditionem, transmitteretur, ne suppetiarum tarditas formidinem, ac trepidationem incuteret. Nam paulo ante, quam has copias recepissent Bohemi, Ordines Regni Cæsari subscripserant, satis demisse rogantes, ut interpositionem S. R. Imperii Electorum Moguntini, Saxonis, ac Palatini admitteret. Si enim, inquiebant, per hanc Electorum interpositionem de gravaminum suorum levamine certi esse possent, se suas copias dimissuros, regni incolas ab armis revocaturos, & se munere directionis abdicaturos. Verum ubi auxilia hæc advenerunt, spesque injecta est à Correspondentibus Principibus majores copias successuras, quamvis Cæsar libentissime interpositionem dictorum Electorum, nec non etiam Bavariæ Ducis admisisset, & pro tractatu instituendo urbem Pilsnensem designasset, imo spopondisset, se militem suum revocaturum, aut mandaturum, ut suis sumptibus viveret, nullumque damnum inferri, si modo à regimine, & ab armis abstinerent: hoc tamen postea Bohemi, jam adveniente milite superbientes, respuerunt; dixeruntque interpositionem non fore liberam, & arbitrariam, nec civitatem Pilsnensem Conventui Electorum designatam esse idoneam simili interpositioni; aliasque executiones prætulere, è quibus constitit, nullo modo velle reconciliationi studere. quare paulo post Pilsnensem civitatem obsederunt; & ne in Bavariæ indignationem inciderent, prolixis technis, ac dolis, sese excusarunt.

Conventus Correspondentium Rotemburgi.

Addita subsidia, ut Correspondentes Germaniæ promoverent, vel potius, ut Cæsarem reprehenderent, quod præter verbum datū Evangelici Ordines atrocius injuriis in Bohemia turbarentur, Conventum Rotemburgi ad Tuberam instituerunt, ex quo Cæsarem monuerunt, ut

turbas Bohemicas quã citissime cõponeret, lenitatẽ severitati anteponeret, duras cõditiones remitteret. Imo ausi sunt rogare Cæsarẽ, ut Duces, & copias suas militares Regno Bohemiæ excedere juberet. ne non solũ illi, qui provincias hæreditarias possident, sed etiã alii, qui in Imperio Evangelicæ Religioni addicti sunt, ansam suspicandi haberent, illũ velle una cũ litteris Majestatis Bohemiæ, etiã pacẽ Religionis Imperii corrũpere, & Evangelicos exterminare; quod, ut dicebant, non sine diffidentia foret, & magnũ in Germania aditũ Turcarũ potentiæ pararet. Hæc quidẽ à comuni Conventu Correspondentiũ scripta fuere. Triumviri tamen sciebãt quã dolose cum Cæsare agerent, qui paulo ante ad turbanda omnia, Mansfeldiũ ad Bohemorũ subsidia dimiserant, & nunc perquirebant, quid respondere possent iis, qui forte in cognitionem venissent, Mansfeldicas copias vel à Correspondentibus, vel à Sabaudiæ Duce subministratas. verebantur n. ne multi rei veritate attoniti offenderentur.

Cæsaris prima copia in Bohemos.

Comes interim de Tampier suas copias duxit contra obstinatos Bohemos, quæ militari prudentia oppidulum Gomvizium occuparunt; & Pilgrami, ac sylvis hærentes, non facile sese aperto campo aut populosis pagis credebant; nam præterquam, quod vicini passim essent hæretici, magna accessio Bohemicis castris facta fuerat per Hoenlojum, ex parte Brunsvicensium copias ducentem; ita ut tunc in Bohemorum castris triginta millia tum equitum, tum peditum numerarentur; quibus jam nec Bucquojus, nec Tampierius, sufficiebant. Ex alia parte Mansfeldius Pilsnam cum sua legione, milite Bohemo, & evocatis vicinis, seu milite patrio obsidebat, non sine sollicitudine Catholicorum, exiguas, aut omnino nullas copias habentiũ.

Silesii pro Bohemia certant.

Silesii etiã militẽ conscripserant, eumq; domi suæ retinebant, nullo modo Regi, aut Cæsari proficuum; imo armati

volue-

voluerunt cũ Cæsare contendere, Bohemos cõmendare, excusare, & pro ipsis plenissimam libertatem impetrare; illaq; non impetrata, causam Bohemorum suscipere; insuper & eidẽ Cæsari certas leges præscribere. Quæ cum Saxoniæ Elector non parũ castigasset per Iacobũ à Grunthall, nihilominus aliud impetrare non potuit ab ipsis, quam quod nihil vellent moliri, & eventum spectare Pilsnensis obsidionis: Qua postea fæliciter pro Mansfeldio absoluta, concitatis illi passibus sese Bohemis conjunxerunt.

Per eundẽ Legatum Saxoniæ Elector quæstus fuerat apud Bohemos de Pilsna obsessa, quã obsidionẽ magis ad exacerbandos animos, quã ad cõponendos facere judicabat. Quod idẽ Dux Bavariæ prolixa Epistola ad Ordines Bohemiæ notaverat, rogans, ut civitatẽ illã desererent, illaq; deserta, sibimet ad reconciliationem viam aperirent. Sed hæ tantorũ Principũ monitiones nihil ponderis habuere apud eos, qui Catholicos Pilsnenses ægre ferebant, multumq; de illis querebantur, ut probe Catholicos, & Cæsari devotos expugnarent. Fecerunt hoc quidẽ; manseruntq; in universa tantũ Bohemia Cæsari devota oppida Budtvvitzium, & Crumllovia, quæ non sine difficultate servata sunt ab armis hostiũ; Budtvvitzium enim aliquoties hostes tentarunt; & in vicinia tales velitationes commiserunt, ut prælia magna referre viderentur, ipsis hostibus tamen plerumque triumphantibus.

Quarela Ducis Saxoniæ & Bavariæ.

Bohemia jam tota fere seditiosa, utraq; Austria sese movere cœpit; indixerat n. Viennæ Cæsar diẽ Statibus Austriæ, ut consulerent, quomodo perturbatis rebus Provinciæ posset mederi, & quid ab iis subsidii sibi posset, aut deberet promittere. Verum nec ipsi respondere voluerunt, nisi sublatis suis, ut inquiebant, gravaminibus. Deinde secundo moniti variis protestationibus sese excusarunt; ac tertio tandem cum Bohemi

Austria rebellio.

in Austriam irrupissent, varie cum Catholic's Ordinibus Ordines Evangelici disceptarunt; An Archidux bellum movere possit sine Ordinum consensu; An Catholici adhuc Evangelicos in concessa Religione velint turbare; & inter has quæstiones potius Cæsarem, ejusq; Consiliarios condemnarunt, quod postpositis intercessoribus Bohemis, præpostere pacem denegarit; atque ita se nescire responderunt, quomodo Bohemis possit resisti in tanta perturbatæ patriæ calamitate, nisi eos rogando, ut abscederent, vel Generalis Conventus Regnis omnibus hæreditariis indiceretur. quibus verbis nihil aliud Austriaci petebant, quam concessa libertate Religionis, pro cujuslibet libidine, pacem aliquam nancisci, qua Principem facerent servum, & subditorum suorum perpetuum mancipium. Hoc urgebat Gomes Turnius cum suo exercitu, consentientibus Austriacis, in patriam admissus, ut quod in Bohemia obtinere non potuerant, in Austria etiam ab invito Cæsare extorquerent. Eadem fuit mens Principum Silesiæ, qui suum militem Bohemis conjunxerant, & parē insolentiam in Austria exercebant, neque moniti vel in minimo Cæsari parere volebant; nisi generalem libertatem Religionis, cæteraque omnia postulata Bohemis concederet; in quibus cum Cæsar magno certe jure tergiversaretur, nihil omiserunt Bohemorū, & Silesiorū Duces, quo ad illum adigerent. Exercitum enim in duas partes diviserunt: pars Austriam depopulabatur, & pars in Bohemia Cæsaris exercitum circa Budtvvitzium latitantem observabat, neq; inde illum egredi patiebatur.

Rationes, & scopus rebellionis.

Bellum offensivum Bohemorum.

Austrii supra Omasum jugum etiam excutere cogitantes, munimentum excitaverunt contra Bavarum, & Passavienses; armati deinde contra Cæsaris militē, eum à finibus suis excludere conati sunt. & sic occluso Danubio, superiorem & inferiorem Austriam intersecante, ipsi Cæsari, ejusq;

Austrii Superiores rebellionem movent.

ejusq; copiis commeatũ pernegarunt; & tamen adhuc sese subdolis observantiæ figmentis excusabant. Quæ omnia cum Cæsari Matthiæ infirmo infestissima essent, jamq; hyems adolesceret; rursus ad Bohemiæ Ordines clementissimas litteras dedit, quibus eos ad observantiam concessis induciis hortabatur; ut interim per Saxoniæ Electorem pacis aliqua via iniretur. in hunc etiam finem D. Adamum à Wallestein in Bohemiam, & ad Electorem delegaverat, quo comunicatis consiliis, pacis conditionis componerentur, arma deponerentur, atque humano sanguini patr æque devastationi parceretur. Suaserat Wallesteinius Bohemis, ut per Ferdinandum designatum Regem cum Cæsare agerent, & ut mitiori v a, quod molirentur, postularent; sic enim spondebat, pet ta consecuturos; sed neque hoc illis persuadere potuit, qui jam non suis, sed sociorum voluntatibus obtemperandum esse censebant, atque adeo bona consilia, Cæsaris monita, majorum præcepta in Silesios, & Austrios rejic ebant. minus vero probabant Conventum ad pacem ineundam Ægræ constitutũ, ad quod cum adigerentur, tales conditiones proponebant, quæ prioribus antea propositis, deteriores erant; neq; ideo ab excursionibus, & invasionibus sibi temperabant. Mansfeldius enim Pilsna potitus patriæ universæ exactiones imponebat; & bellorũ gloria allectus, prolixiora bella suadebat. hinc Imperatoriis litteris proscriptus est; fuisset q; qui proscriptionẽ in exitum perduxisset; sed paulo post Imperator Matthias ex hac vita decessit, postquã paucis ante mensibus Augustissimam Imperatricem, & Maximilianum fratrem præmisisset: atq; ita indictus Conventus Electorum, cui non afficiebantur Bohemi, illum dissuadentibus Correspondentibus, evasit. Cum Imperator è vivis recessisset, quamvis ingentes copiæ ex Belgio advenirent, quæ amissã patriam

Oblata Cæsaris clementia, & induciæ sub fine anni 1618.

D 5 po-

potuissent restituere; quamvis etiam in hunc finem majores præparatentur in Italia,&in Hispania, quibus in locis vires omnes voluit Domus Austriaca exponere, ne truncᵃ in Germania periret; aliunde tamen non exigua spes cōpositionis apparebat. Ferdinandus etenim jā alias Rex Bohemiæ designatus, coronatus, & sacramento Bohemorū confirmatus, summa modestia, omnia regni privilegia statim post mortē Matthiæ Cæsaris Bohemiæ incolis obtulit confirmare; litteras Majestatis, earumq; tenorē exacte observare, & reis omnibus veniam se velle indulgere declaravit. Ne a. voluntas diceretur in solo exteriori vocis apparatu, de facto expedita diplomata misit suo quondā Vicario, quibus toti Regno Bohemiæ sua jura, statuta, litteras Majestatis, privilegia, tam in Religione, quā in aliis politicis, fœdera inter Ordines sub utraq;, & Principes, atq; Ordines Silesiæ in comitiis anno 1609. inita, modo tamen illa non tenderent ad Religionē Catholicā evertendā & æquis, & vetustis consuetudinibus essent conformia, abśq; contradictione confirmavit; spondens insuper se arcē Carolostadianā conservaturū; tantū indigenas Bohemos ad publica regni Officia adhibiturū, nec monetam Bohemicā diminuturū, & deniq; omnia promissa exacte servaturum. Verū hæc omnia obstinatorum Bohemorum animos non revocarunt ab incepta seditione, in qua, mortuo suo Rege, etiā Ferdinandū repudiantes pertinaciter cōstitere. Imo eundēRegem Ferdinandum, licet innocentissimū, apud Saxoniæ Electorem, & Bavariæ Ducem, tamquā hostem, & proditorem patriæ accusarunt, rogaveruntq;, ne per suas ditiones Bohemiæ conglutinatos Hispanos, & exteros milites admitterent. Nec minus fæliciter Ferdinando apud Austrios cessisset successio, si ipsemet Viennæ in obitu Matthiæ non fuisset, & de facto sese in possessionē præfatæ urbis, armamentarii, & Archivi

Privilegia Bohemorum à Ferdinando confirmata.

Ingratitudo Bohemorum.

Austrii recusant Ferdinandum.

chivi non imisisset. Nam Ordines Austriæ Evangelici, quamvis cessionē Alberti vidissent, & jam pridem veram hæreditatē ad Ferdinandum venturam agnovissent; tamen fidē dare renuerunt, nisi prius miles dimitteretur, prolixisq; gravaminibus satisfieret: immo postea administrationem Provinciæ sibi desumere voluerunt, atq; illius regimen de jure sibi deberi usq; ad novum sacramentum contenderunt. Vngaros tentare tam periculoso tempore inopportunum Ferdinando visum fuit; & ideo Palatino administrationē cum nuda sui nominis recognitione permisit; nā aliter sacramentū certe detrectassent, vel illud gravissimis pactis onerosū obtulissent.

Maxima difficultas erat post Matthiæ obitum in Imperio, cujus regni electio, non hæreditaria, sed libera, neq; hactenus præparata, aut designata in aliquem certū ferebatur. Palatinus etenim ambitiosus statim litteras Vicariatus per singula loca publicavit; & juxta Regis Angliæ, aliorumq; Principum consilium, Vicariatum istum protendere in aliquos annos per suos Legatos satagebat. immo cum Coelectoribus, & præcipue cum Moguntino coram egit, ne dies novæ electionis præfigeretur; quod tamen Elector Moguntinus magnæ prudentiæ, & maximi zeli Princeps nulla ratione omittendum duxit. Quare statim publicato obitu Matthiæ Coelectores Francofurtum infra tertium mensem convocari voluit, & inter alios Ferdinandum, ut Bohemiæ Regem, nequicquam paucis renitentibus, evocavit. *Vicarius Imperii Palatinus.*

Moravia eodem tempore cæteris provinciis infælicior, per Comitem Turnium occupata, invitis Rectorib⁹ Cardinali à Ditrichstein viro Principe Insignissimo, Barone Liechtenstenio, & Barone Zerotino; imo domi in custodia retentis; invitis etiam militiæ Tribunis, à quibus militia, & minores præfecti ab Ordinibus indubie seducti defecerant, in Bohemorum rebellium societa-

tem perducta fuit. Quare in Comitiis Brunnæ habitis multos illi articulos constituerunt, nimirum, quod quia Capitulum Olumucense, & Brinnense, & Prælati illorum partes tueri, & copias mittere recusarent, omnia Episcopalia Capituli, & Cœnobiorum, & Monialium bona sequestro ponerentur; subditi ipsorum sacramento, quo illis obstricti erant, solverentur, & subjicerentur Statibus Provinciæ, bona venderentur, & inposterum in tabulas Provinciales inter hæreditarias, & proprietarias possessiones referentur; Abbatibus, Præpositis, Monachis, & aliis ex Ordine Ecclesiastico victus necessarius suppeditaretur, Virginibus in Cœnobiis, quæ nubere cuperent, dos constitueretur; rel quis, quæ ultro suum ordinem servare vellent, alimonia ex bonis occupatis, & divenditis subministraretur; Insuper omnes Ecclesiasticorum ædes, domicilia, & monasteria in urbibus, & extra eas pervestigarentur. Omnia arma, commeatus, instrumenta bellica, aurum, argentum inde auferrentur, & ad publicos usus converterentur; Similiter Catholicorum ædes perlustrarentur, arma, annona militaris, & instrumenta bellica inde exportarentur, & certo loco deponerentur; qui publica officia gesserãt, & in Senatu fuerant, ante omnia Commissariis suis rationem redderent, deinde loco amoverentur, & alii qui essent Evangelicæ Religioni addicti substituerentur. Quibus peractis illorũ subsidio Turnius, in Austriam revertens, ad ipsam urbem Viennensem primariam Austriæ, ubi tunc Ferdinandus Rex sedem habebat, devenit; illamq; militibus Bohemis, Moravis, ac Silesiis aggressus est, vix de illius traditione, (quam plures cives hæretici spoponderant) dubitans. nam non solum plerique cives, sed utriusque Austriæ Ordines frequentissimi, hoc idem efflagitabant; erantque qui viam facerent, & ipsam urbem non ita post dedendam sponderent.

Periculum Viennensis urbis.

rent.

rent; Contrarius tamen eventus fuit; cives etenim, & milites infrequentes in urbe, & in insula urbi vicina, eruptionem celeberrimam paraverunt, quam ut Turnius per exploratores intellexit, clam ipsa nocte castra movit, & urbem non sine indignatione deseruit.

Silesia defecit.

Silesia interim à Ferdinandi Regis Legatis ad obsequium humanissimis rationibus sollicitabatur. verum & illi una cum Bohemis ferreum sceptrum exactoris expectare voluerunt, Ordinesq; omnes, uno Archiduce Carolo excepto, cum Bohemis vivere, ac fortunam experiri decreverunt.

Austria titubans.

Vnica ergo Austria inferior, & illa adhuc titubans in fide Ferdinandi remanserat, in qua jam Ordines impatientem militem tolerantes, nonnumquam in Comitiis, aliisque Conventibus à Catholicis, categoricum responsum postulabant, an non cum Evangelicis utriusque Austriæ vellent sentire, an non utriusque Religionis Consules, Syndicos, Iudices, aliosque ministros sine differentia Religionis vellent admittere; an non in sepulchris, Xenodochiis, aliisque publicis receptaculis absque fraude vellent etiam Evangelicos recipere; Religionis persecutionem intermittere, contrariaque omnia abrogare. His denegatis defectionem à Ferdinando meditabantur, sicque unica civitas Viennensis Regi, & adhuc illa incertæ fidei remanserat.

Misera facies Germaniæ.

Misera certe rerum omnium ubique facies, pulsis undique suo Regi devotissimis, quos fere exules una civitas Viennensis capiebat, diffidentibus inter se Ordinibus cunctarum regionum summa diffidentia animorum, qui tamen fere omnes à Ferdinando dissentiebant. Domus Austriaca post obitum Matthiæ ad duos, vel tres Archiduces latitantes, fugitivos, & exules redacta. Carolus ex Silesia in Poloniam profugerat. Leopoldus nunc in Tyroli, nunc in Alsatia, nunc alibi latitabat. Inter ipsos ministros arctiores

pravitas reperiebatur. Electores undiq; à Bohemis, & Correspondentibus Principibus contra Ferdinandum, Domumque Austriacam animabantur. Quibus omnibus jam in extremo periculo constitutis, tandem providit Deus, ut post adventum Belgarum militum multa in melius mutarentur. Illi prima fronte paulo post adventum Auream semitam occuparunt. mox Nodelitz um, Teinã, wittingaviam, Lamischil, aliaque oppida Bohemiæ Bucquojus expugnavit, feliciq; prælio Mansfeldium, & Hoenloium cum Majoribus copiis Bohemiam propugnantes in meditulio fere Regni prostravit, atque Rosembergam, Fronsbergam., aliasque pręcipuas Bohemiæ urbes una fere victoria occupavit, tanta Bohemorum consternatione, ut statim Pragam confugerint, munimenta excitarint, & Comitem Turnium ex Austria ad tuendam patriam in extremum periculum deductam, evocarint.

Prima victoria Buquoii in Bohemia.

Ex hisce primis victoriis multi dejectum animum resumpserunt, maxime qui in Imperio pro Austriaca familia, & religione Catholica stabant.
„ Saxonię etenim Elector cum Moguntinensi, licet vehementer solicitati, celeriter comitia Electoralia celebrari suaserunt, ipsumque Ferdinandum adhuc Viennæ agentem ad instituendum iter invitarunt; & dum Protestantes in Imperio militem colligebant, forisque turpissima commercia per Mansfeldium, Donavium, Anhaltinum, infæliciſſimi Cæsareæ dignitatis nundinatores instituebant; etiam Catholici Principes fortunas suas defensuri, tã in Bavaria, quam Moguntiæ, Coloniæ, Herbipoli, & alibi non segniter militem conscripserunt, quem postea etiam ad ascensionem Cæsareæ electionis, & antiquissimarum Germaniæ constitutionum obtulerunt.

Diffidium

Fato, ut ita dicam, quodam fælici Regis Ferdinãdi minus inter Correspondẽtes Germaniæ, & Prin-

& Principes exteros dignitatem Cæsaream, aut Regiam Bohemiæ ambientes, conveniebat. NamGermani multis myriadibus easdem dignitates venditantes, easdem inGermania, & Bohemia sibi ipsis applicabant, & vota seditiosorum non amplius pro Italis, aut Gallis, sed pro suis præsentabant, Quare maxima inter nundinatores diffidentia orta est, quam non modice auxit Regis Angliæ nunquam constans de Regni Bohemici, & Imperiali dignitate sententia. Nonnunquã enim illas dignitates Palatino genero suo vovebat, atque illum Senatusconsulti Anglicani decretis, subsidiisq; speciosis lactabat: nunnunquam etiam illum à tali ambitione dehortabatur, & inconstanti cultu per legatos suos Ferdinando Regi pristinam suam dignitatẽ, deferens, generum excludebat, quod cum quoque Reges Galliæ, & Daniæ facerent, tandem totum ambitionis pondus penes Germaniæ Protestantes remansit. Illi magnam spem in Regibus exteris, in Ducibus sociis, & Rebuspublicis Hollandorum, Helvetiorum, aliorumque reponentes. decreverunt nullo modo Ferdinandum adFrancofurtensem civitatem admittere, admissum nullo modo eligere, vel electum juvare, totum denique imperium perturbare. Sed iis in omnibus defuit animus, prudentia, cõsiliũ, & per versis voluntatibus potentia, quæ conceptum scelus ad finem perduceret, hinc cumq; in turmas equitum Comitis Solmisii pro Ferdinando in Bohemiam cõtendentes juxta Aistadiũ cecidissent, putarentque Francofurtum una cum Electoribus omnibus invadere, prudentiores Electores Francofurtum ingredi noluerunt, nisi militia civitatis nulli alteri; prçterquam consulibus, & Senatui Sacramento obstringeretur. Pari ratione, cum Paulo ante Ferdinandum voluissent in itinere præpedire, atq; ita conceptam, electionem turbare, retardare, ac destruere, minus

Principum Protestant. ũ.

Scopus protestantium.

Divina manus præpe-

diens prætestantes.

nus paratæ fuerunt copiæ à se invicem distantes, & ipsis Ducibus trepidantibus, ad tam impudens facinus violandæ hospitalitatis, concidit animus.

In electione postea Palatinianæ factionis Coryphæi Consiliarii cum prius dissuasissent, ne ipse Elector Palatinus Comitiis Electoralibus interesset, in quibus concordiam aliquã obtrusam forte debuisset admittere, quod unicum metuebant, omnem movebant lapidẽ, ut illam actionem differrent Electores, Bohemos instigabant, ut Ferdinandum à Collegio excluderent; Saxonicos, ut votum denegarẽt, sibi ipsis nunc hunc, nunc illum tantum ad odium Ferdinandi proponebant; ac tandem diabolum ipsum Ferdinãdo præferri debere censebant. Verũ ipsimet factiosi Correspondentes, qui paulo ante tantopere à Ferdinando adhorruerant, & electionẽ illius differre rogaverant, illi, inquam, ipsi electioni interfuerunt, & proprio suffragio ipsum Ferdinandum elegerunt, electumque sacramento solemni adoraverunt; & quod mirum est, eodem tempore Palatino suo Ambergæ existenti acceptationẽ coronæ Bohemicæ suggesserunt; eumque ad consensum præstandum temerarææ electioni, Pragæ tunc primum factæ, impulerunt, tanta postmodum tum Palatini coronam Bohemicam prensantis, & acceptantis tum Consiliariorum nota fuit; ut nullus, quamvis Protestantium Religioni addictus, aut eorum socius, illos ab infami perfidia excusari potuerit. Ferdinandus ergo Francofurti omnium Electorum suffragio ad Cæsareæ Majestatis fastigium evectus quod antequam publicaretur in Bohemia, ita annitentibus Palatini parariis, per contrariam electionem Frederici Palatini in Regẽ Bohemiæ, abrogata prius dignitate Ferdinando; retardandum, aut corrumpendum videbatur. Eratque inter Correspondentes, qui speraret Ferdinandum

Infamis actio observantiæ, & diffidentiæ.

Diversa auxilia contra Ferdinandum.

dum in Cæsarem electum, à paucis, vel à nullis salutandum. aut saltem significaret, nondum è Germania sine parricido evasisse, vix Viennam perventurum, vix Norimbergæ, aliisque in locis structas insidias evasurum. Verum Augustissimus Cæsar pericula hæc evasit per Herbipolim, ac primo per ipsos Palatini fines Augustam incolumis attigit, videbaturque ipsa Majestas tanto Principi addita, omnibus terrorem simul, & reverentiam incutere. Correspondentes, ne illius præsentiæ fulgore splendescente hebescerent, illo tempore Rotemburgi conventum celebrabant, quibus tamen Cæsar, primum litteras suas direxit, rogavitque, qui imperare poterat; ut præsenti Imperii statui condolētes, conditiones pacis dulciores amplecterentur, & quieti totius Imperii consulerent. Verum fabula surdis narrabatur. Correspondentes enim Principes Palatino acceptationem coronæ Bohemicæ sibi delatæ consulebant, eamque sese propugnaturos dicebant, saltem derelicti Palatinus Patrocinium sibi deposcebant. Quare nec Cæsari benigne quidem responderunt, metuentes, ne in titulo peccarent, aut nimium se demitterent.

Descendit Fräcofurtum Ferdinandus.

Cæsar autem Augusta Monachium, descendens, dum ægrius silentium Principum Correspondentium, quorum jam manus evaserat, ferre decrevisset, malus nuncius de rebellione Vngarorū supervenit. Illi etenim, qui hactenus dubii in Comitiis antesesquimemsem celebratis, Ferdinandum Regem suum laudaverant, sacramentiumq; præstandū tantum distulerant, suggestione Bethlemi Gaboris jam pridem mægna subsidia Bohemis, ac Moravis pollicentis, seductis fere eodem tempore, quo Cæsar Francofurti electus fuerat, & quo Pragæ ipsi regnum electo Friderico abrogatum, authore Georgio Setschio, ac Pacotzio plebem concitantibus arma moverunt; Cassoviensem urbem occuparunt, mi-

litiæ Præfectum in Vngaria vincularunt; sacerdotes ejecerunt, & evocatum Bethlemium sibi Ducem constituerunt. is ex composito cum insigni celeriq; militia occurrens, Possonium, ut Regni coronam invaderet, duxit: & postea partem copiarum Moravis subsidio misit, cum alia in Austriam irripuit.

Proficiebat tunc in Bohemia Bucquoius paulo ante Pesecka, aut Strockanitzio potitus, jamq; Pilsnensem obsidionē meditabatur; in Moravia etiam Tampierius non pœnitendo fructu progrediebatur, sed Leopoldus, qui Viennæ loco Cæsaris Ferdinandi manserat, mox ut seditionem Vngarorum animadvertit, & Bohemos una cum Vngaris Viennam cogitare cognovit, de Viennensi civitate sollicitus, Bucquoium maxima celeritate accurrere præcepit; civibus Viennensibus arma alias ablata restituit, plurimasq; copias ad urbem recepit. Georgius Setskius, Vngarorum Dux, interim cum decem millibus urbes montanas in fidem adegit. Possonii erant præter Vngariæ Palatinum, Stephanus Palfius Petrus Raucus, & Palmanus, penes quos erat Coronæ Regiæ custodia, qui quamvis subditos ad sumēda arma evocassent, tamen pedem movere noluerunt, nisi Archiepiscopi, & primarii Ecclesiastici in prima acie patriā propugnarent, quando è contrario Setskius, aliique Vngarorum seditiosorum primarii, movebant limitaneos omnes ne se suis armis opponerent, cum bellum istud consciis præcipuis Principibus orbis Christiani gereretur

Inter hos Vngarorum tumultus, & Austriæ deprædationes, maxime dolendum erat, quod adhuc Austriaci proceres inter se dissiderent, & obstinata quadam mente patriæ salutem negligerent. nonnulli etenim à Catholicis moniti, ut proposita periculi magnitudine, & sepositis de Religione simulatibus militiæ Domus Austriacæ, pro-

: propriæ vitæ, prædiorum, subditorum, uxo-
m, & liberorum defensionem una cum aliis
grederentur, non desinebat exprobare consi-
aliquando de conservanda Religione Catho-
Cæsari Matthiæ data, quibus hæc calamitas ab
is adscribebatur: deinde dicebant, se non ha-
tiisse Catholicorum responsum ad propositio-
em eis factam; atq; ideo nolle arma sua Catho-
corum armis conjungere; cõcesserunt tamen,
t omnia è communi ærario, data cautione de
estituendo, ad defensionem patriæ desume-
entur.

Catholicis igitur solis incumbebat patriæ defensio cõtra Vngaros, ac Bohemos rebelles Quare nihilo segniores Regẽ Poloniæ implorarunt, suosque Legatos addiderunt, ut intercessionẽ apud Vngaros impetrarent, vel subsidium validum, quo iis resisterent, obtinerent. Militiæ suæ deinde Ducem, Principem de Lichtenstein cõstituerunt, & ut sexcentos equites, duasque legiones peditum, præter antiquam militiam conscriberet, consenserunt. Leopoldus etiam severissime singulis locis, oppidis & vicis præcepit, ut vagantes milites omnes in suis prædiis, & agris delitescentes sisterent, & à Cæsare diplomata Imperialia contra utriusque Austriæ subditos procuravit sub pœna amissionis vitæ, & honorum, ne operam suam seditiosis Vngaris, aut non parentibus Ordinibus locarent

Catholici soli in Austria se opponunt.

Hæ Ordinum disceptationes in causa erant, quod Bethlemus impune Neuheuselium, Weizã, Ghiernam, Sanctum Georgium, & Pesignam occuparet, & postea Bohemis, ac Moravis decem millia hominum ad obsidendam urbẽ Viennensem submitteret, cum quibus, & aliis decem mille, secundo Turnius præfatã urbẽ oppugnaturus accessit; ac non exiguam molestiã universo Cæsaris exercitu commissis aliquot ad pontem præliis intulit, cui certe optimi Duces Bucquoius,

rus. Tamp'erius, Comes Don Balthasar de Marradas, Saxo Lavvenbergius, Fuggerius. & Stauderus cum suis legionibus, quibus ipse Leopoldus aliquando præfuit, strenue restiterunt.

Silesii exacerbatis.

Insaniebant hoc tempore plusquam antea Silesii qui non solum Principes suos & Duces præcipuos Munstenbergensem, ac Lignicensem ad solemnem Regis adulterini coronationem miserunt; sed statim à reditu Nissensem arcem Archiduci invaserunt, & ejurato universo nomine Austriaco utramq; sacram Episcoporum dignitatem abrogarunt, moxq; de sufficiendo Ludovico Friderici Regis fratre Calvinistarum legem profitente deliberarunt, quod quam ægre tulerit Rex Poloniæ, facile ex litteris in favorem Archiducis Caroli cognati & sacri Ordinis scriptis, & ex Legato transmisso, Patrocinii mentionem faciente, colligi potuit. cui scripto ut Rex correspondere, sequenti anno, non semel insignes copias subsidiarias misit, quæ vel maxime „ Silesios in pœnam spretæ authoritatis affixe- „ runt.

Possonium cum corona occupatur.

Dum Silesii pro libidine sua desævirent, Bethlemus Possonium aggressus, illud à Palatino Pullo & Rraheo absq; gravi difficultate impetravit quod quam primum Bohemis, ut fœdus repeterent, ad conservanda utraq; regna Ferdinando adempta significavit, exposcens aliquam pecuniæ summam ad loca aliqua Austriæ, quæ aliquando ad Vngariam pertinuerant, occupanda; quod etiam Bethlemus non omisisset, nisi Homanajus unus ex præcipuis Vngariæ proceribus cum sexdecim millibus Cosaccis, & Polonis in superioren Vngariam. & Transylvaniam irruens, eum revocasset, & quam citissime pedem referre coegisset. quod cum Bethlemus Sultano Constantinopolim significasset, ut contra Polonos, & Homanaium auxilia impetraret, vel Turcas evocaret; rursus Pragam versus solemnem

Petita Betlemi à Bohemis.

nem Legationem instituit & fœdus sanciri, bellum contra Domum Austriacum continuari, centum millia dalerorum in subsidium belli persolvi, unum Regem Vngariæ, & Bohemiæ constitui. Legatos ad portã Ottomanicam mitti, ac tandem contra Regem Poloniæ bellum aggredi unitis viribus postulavit, iisque omnibus tam Ordines, quam Palatinus Bohemiæ præses per Legationem Hoenloio commissam respondit, & una cum Bohemis Regem Polon æ à vi inferenda dehortatus est; quod tamen non impetravit.

Conventus Protestant. Norimberga.

Profectus interim fuerat Palatinus ad Norimbergensem Conventum à Principibus Correspondentibus indictum, ut de Bohemiæ patrocinio ageretur, ubi graves fuerunt inter Correspõdentes quæstiones. dum Palatinus, paucique alii magis illi addicti, ex Bohemico negotio, & Imperii gravaminibus rem unam voluerunt conflare, unicoque contextu utriusq; regni libertatem asserere, quod quidem initio Correspondẽtes animose futurum sperabant; atque ideo Hollandorum, Anglorum, Danorum, totiusque districtus Saxon æ inferioris Principum, & Civitatum, & aliorum inimicorum Domus Austr acæ patrocinium contra Cæsarem, ejusq; adhærentes Catholicos postularunt; & magna spe nunc Passavium, nunc Ratisbonam, aliasque commodas civitates occupari desiderarunt, verum ut Cæsaris Legationem audiverunt Correspondentes, utq; notaverunt non omnes æque conferre subsidia, neque omnes expeditioni Bohemicæ affectos, Batavos etiam novum genus fœderis postulare, plures ab hujusmodi expeditione abhorrere; solumque fere Palatinum suo proprio commodo studere: Judicarunt nõnulli expedire, ut Correspondentium causa à Palatini, seu Bohemiæ causa separaretur. Parum enim, vel nihil Bohemia profutura erat Norimbergensibus,

Correspondentium subsidium.

bus, Vlmensibus, aliisq; Civitatibus, plerumque cum vicinis Regulis contendentibus; parum etiam Imperio fortunisq; wittembergici Ducis, aut Bipontini profuisset. Quare Correspondentes solum sibi Palatinatum, suamq; causam protegendam susceperunt. Litteras tamen, & Legationem ad Cæsarem, Bavariæque Ducem miserunt, plenam minis, & querelis, quibus Palatini causam se suscipere velle simularunt; exegeruntque à Bavaro, ut à Cæsaris auxilio desisteret, gravamina illorum mox solveret, Cæsarem à vi inferenda dehortaretur: à Cæsare vero, ut Palatinum pacifice in Bohemia vivere permitteret, ut sua Austria contentus viveret, & Imperii gravamina quantocius sublevaret; ni faceret, ferrum, devastationes, incendia, & sanguinem formidaret.

Legatio ad Bavariæ Ducem.

Quæ cum Bavariæ Dux impetterrita fronte audivisset, & non parum audaciem Correspondentium Principum miraretur, sociis sui fœderis se illa relaturum spopondit: interim majore diligentia tum per Moguntinum, tum per Coloniensem Archiepiscopum, militē colligi jussit; ne tam furiosorum hominum scelere ipse, vel socii præoccuparentur. cum sociis deinde Herb poli agens, Ducē Lotharingiæ in fœdus Catholicum adscripsit, auxiliaq; externa Pontificis, & Hispaniæ Regis sollicitaturus, fortunā suam, suorumq; sociorū, qui Cæsarē negligere noluerunt, supremo Deo commisit. Cæsar etiam Viennam reversus, ad illas Correspondentium Principum litteras respondit, se Palatinū in Bohemia ferre non posse: Imperii quidem statum, contra quem nihil aggredi velit, curaturum. Insuper se omnes rogare, ne aliquid sinistri contra ipsum, ipsique commissum Imperium molirentur, quo pax publica perturbari posset. Postea cum Ordinibus Austriæ, à quibus valde diu abfuerat, difficultates omnes componere satagebat. sed insolentiores

Conventus Catholicorum.

supe-

periores Austrii cum suis copiis Ipsium invase-
nt; deinde Lesdorfium, & Bethlingam profe-
cum ibidem parum profecissent, Ipsium re-
issi, inde castra versus cœnobium Melnicense
moverunt, quod à tribus locis valide, frustra-
nen, oppugnarunt. quo tempore Bohemi rur-
in Austriam reversi Cremsium tentarunt,
n quatuor hominum millibus, & pyrobolari
china: verum & ibi repulsam passi sunt, &
orum Tribunus in Bohemiam revertens, Pis-
am, aliaque loca intercepit.

Adulta jam hyeme vix poterat miles in castris *Placantur aliquo modo Austrii.*
erti campi subsistere, sed in præsidiis hærens
commercia utraque pars ferebatur. Cæsar
n superioribus, & inferioribus Austriacis
rnæ hærentibus agebat; satisque propitios
i inferiores Austriacos fecerat concessione
eri exercitii non procul à Vienna, si modo te-
uissent. Superiores vero Austrii obduratio-
, Legatos quidem Viennam miserunt: sed
il iis commiserunt, quam ut Cæsaris men-
i suis dominis perscriberent; ita ut potius nu-
i, quam serio aliquid agere viderentur. Quod
n Cæsari pacis avido summe displiceret, ac
dominus propter frequentes hostes, quibus
dique cinctus vix poterat subsistere, coge-
ır dissimulare; cum aliquo horum conve-
e laboravit. nam Austriaci ad Occidentem
n premebant, Bohemi ad Orientem, Mora-
Vngari ad Meridiem truculenter ei insulta-
t. Quare cum Vngaris, & Bethlemo aliquid
are placuit, an saltē induciæ possint obtine *Induciæ cum Vngaris.*
d illas se obtulerunt Vngari, quorum trigin-
uo cum Forgatsio, initio anni Viennam ve-
e, & pacem Cæsari insinuarunt; si modo illa,
petebantur, præstarentur: at quia petita
ria erant, neque unius diei negocia, mul-
jam annos dilata, & frequentissimis dila-
ibus cōglomerata, hinc tempus eadem tra-
ctandi

ctandi postulatum fuit. quod cum obtinuissent Vngari, & Austriaci Cæsari fideles; Possonii tandem in inducias usque ad Festum S. Michaelis ambæ partes devenerunt; ita tamen, ut durantibus induciis, Comitia totius regni celebrare deberent, in quibus de firma pace ageretur. Cæterum quilibet in Vngaria, quod possidebat, servaret; & si quis induciarum violator militem
" nollet è ditionibus possidentium deducere, is
" armis à proximo populo deturbaretur. His itaque pactis induciis, Cæsar audacior factus publico diplomate nullam pronunciavit Palatini electionem, factam. regno jam alteri collocato; neque Electoribus priori sacramento solutis; factam etiam contra leges patrias, & jura regni à Carolo IV, Vladislao, Ferdinando primo, &
" in omnium Ordinum Comitiis stabilita, præter præscriptionem octingentorum, & amplius annorum, quo tempore semper Reges hereditario jure successerunt. Quæ eadem Cæsar Regi Daniæ, per Ducem Saxoniæ, Iulium Henricum, Regi Galliæ per Furstembergerum; & Regi Angliæ, aliisque Principibus insinuavit. His tamen haud territus Fridericus pecuniæ indiguus, in Moravia & in nõnullis aliis Bohemiæ locis inaugurabatur, non sine ludibrio, & subsannatione multorum, qui melius violenti imperii finem pervestigabant. Quos consolabantur Cosacci qui postquam Homanaio militassent, nũc concessis induciis, aliud stipendiũ quæsiverant; præsertim Cæsaris, cui quamvis pax Vngarica successisset, non deerant bella contra Moravos, Bohemos, Silesios, & Austriacos, in quibus ipsi utilem suam operam præstare gestiebãt; suæque virtutis experimentum præbuerunt, transnatato Danubio, partaque opima præda, signa vero Viennæ Cæsari delata fuere, quæ gratum illorum obsequium redideraunt, cõceptæque spei satisfecerunt; præsertim, quia parum

Electio & coronatio Palatini nulla.

rum

rum abfuerat, quin intercepto Palatino finem bello imposuissent.

In Imperio ad prima veris signa, miles undique parabatur; è Lotharingia, & Alsatia nonnulli; plures ex ditione Westphalica, qui Correspondentibus erant militaturi; alii in Germania, alii in Belgio Batavico colligebantur. Ex Anglia quatuor millia in Hollandiam missi stipendio Regis, & Ordinum Regni, ut illorum loco ter mille exercitati in Palatinatum dimitterentur. Præter istas copias Marchio Badensis decem mille pedites, & mille equites in sua ditione collocarat ex Helvetiis, & quibusdam Gallis. Imperatori vero addicebatur exercitus à Rege Hispaniæ viginti millium peditum, & ter mille equitum, Hispanico ærario alendus, quousq; incepta tempestas sedaretur; quem jam Viennæ Comes di Ogniate Regius Legatus colligebat, & frequentiores copias ex Italia expectabat. Hæ Hispaniæ Regis copiæ cum exercitum Cæsareum auxissent, tam in Moravia, quam in Bohemia, & Austria; Bucquoius egregie hostium copias exercuit, pluraq; prælia fæliciter perpetravit. In Germania vero, cum Catholicorum, & Correspondentium milites nō infrequenter miscerentur, & solis pagis suorum Dominorum possent metari; plures è numero Protestantium aliquot pagos Electoris Moguntini attigerunt, ibique male mulctati prædas multorum equorū egerunt. Similiter alii Diœcesi Wormatiensi graves, ansam primis velitationibus dederunt, non sine præsagio, Turcas aliquando Christianis tam acriter inter se cōcurrentibus successuros. cujus tam miserabilis status initiū fecerant Bohemi Bethlemo uniti, & Barbarorum, Tartarorum, ac Turcarum patrocinium ambientes. Quibus Germania malis ut Electores occurrerent, Mülhusii convenerunt, atque inde Ordines Bohemiæ, & Vngariæ monuerunt, ut Cæsari fideles illius

Belli apparatus in Imperio.

Pericula gravissima ponderantur.

Electorum Zelus Mulhusii.

iram debita subjectione mitigarent; illum enim suum esse Regem unctum, coronatum, & sacramento Ordinum alias agnitum, à quo nullo modo possent recedere. ad Palatinum alias litteras dederunt, ut habita ratione prosapiæ, & muneris, quod in Imperio gerebat; eo sua consilia dirigeret, ut arma deponerentur, & delectus ulteriores intermitterentur, nec exoticus miles in imperii evocaretur. Quod nequaquam fieri poterat, nisi Imperatori Bohemiæ regnum cum provinciis adjunctis quamprimum restitueret. scripsere etiam Electores ad Principes Correspondentes, ad Ordinem equestrem Sueviæ, Franconiæ, & Rheni, atq; ad Ordines utriusq; Austriæ, & Bohemiæ, rogantes, ne tam periculosis bellis, ex quibus tantum effusio agnati sanguinis, & patriæ extrema pernicies possit expectari, ullo modo sese immiscerent. Huic Conventui cum Saxoniæ Elector, interfuisset, Mauritius Hassiæ Landgravius non leviter offensus, illũ dehortatus est, ne Pontificiis plus nimio faveret, & suæ Religionis amantes sperneret. verum Elector maturum sibi esse ingenium, quo facile posset discernere inquietos, ac seditiosos. scripsit; quo scripto ipsum Mauritium, ejusq; asseclas nõ parũ notavit, quasi ipsi essent seditionis amantes, & multorum bellorum rei. quare eundem Mauritium rogavit, ut apud alios veræ tranquillitatis turbatores illo officio censoris defungeretur, quo apud ipsum præpostere defungi voluit.

Saxoniæ Electoris responsum Mauritio Hassiæ datũ.

Interim hæc Electorum monitio apud Principes Correspondentes, apud nobilitates Germaniæ, & apud ipsum Palatinum parũ omnino profuit; nam Palatinus nequaquã ab armis decessit; immo Electores, ut Cæsari addictos, atq; in tam gravi causa numero impares, injustos judices, quippe qui nõ auditis alterius partis rationibus, sententiam promulgassent, & ut in proprii generis hostes notavit. Post hæc, Dux Saxoniæ Wimariensis

riensis duas legiones peditum Bohemis adduxit, sicut pariter & alias numerosas copias Comes Styrumbicus, & plures alii è nobilitate Suevica, & Rhenana, qui tunc prius inceperunt Correspõdentium militiæ nomen, opes, & vitã consecrare. Ægerrime etiam tulerunt hujusmodi admonitionem Ordines Bohemię, qui primis suis scriptis apologeticis, & factis inhærentes, dum Silesios, Lusatios, Moravos, aliosq; confirmare pollicerentur, Austrios jam in Cæsaris obsequium inclinãtes arguerunt, rogantes, ne à fœdere quondam pacto discederent; immo ne ipsi viderentur vel in minimo à pristinis consiliis recessisse, Comitia Pragæ celebrarunt, in quibus filium Palatini, si Parens decesserit, sibi Regem designarunt; fœdera cũ Vngaris, & Transylvanis innovarunt; Legationem ad portam Ottomanicam spoponderunt; subsidium pecuniarium Bethlemo addixerunt; redditus Ecclesiasticos, paucissimis exceptis, profano usui applicarũt; & nobiles suos adhuc dubiæ fidei mulctatione omniũ bonorum evocarunt; suosq; tandem omnes ad militiam, & communem patriæ defensionem armarunt. nam durantibus Comitiis tam Bucquoius, quam Tampierius Cæsaris militem ad plura Bohemiæ loca promoverant, magnumq; metum Ordinibus incusserant. Cæsaris fortunã studebat invertere in Comitiis Novisolensibus Bethlemus (ubi cum seditiosis Vngaris, vix expectatis, aut receptis Legatis Cæsareis, voluit præsidere) Cæsareos Legatos ad iniquas conditiones adigere, ac tandem permisit se in Regem à paucis proclamari. Quare cum nulla spes pacis appareret; novus exercitus fuit colligendus. Militabat etiam Cæsari miles auxiliaris in Alsatia collectus, cui Correspondentes Principes in Imperio concluserant aditum omnem intercludere. cum tamen postea cominatoria Cæsaris mandata vidissent, iniquis adhuc conditionibus illum dimiserunt.

Obstinatio Palatini, & Ordinum.

quod cum iidem cum Bavariæ Duce experiri tentassent, quando copias Belgicas suis Bavaricis in Bavaria conjungere voluit; vi tentandam fore viam destinavit. quare suos, obviam procedentibus aliis, progredi jussit; ut sociorum cladem exciperent, & vindicarent.

Conventus Vlmensis.

Deliberarunt tunc temporis Correspondentes Principes, de tanta militū frequentia transmittenda Vlmæ; & ne procul à deliberatione foret exercitus, Marchio Badensis, Dux Wittenbergiens, & alii minores gentium Reguli copias suas non procul à Danubio circa oppidū Laphemiense deduxerunt, easque Brandeburgicis, ac Palatinianis conjungere voluerunt; ut quæ potentissimo exercitui Bavarico, & maxime Leopoldianis, qui apud Bibracum lustrati fuerant, sese opponerent; parumq; abfuit, quin crudeli spectaculo uterq; exercitus, parum vix à sese invicem distans, manus conseruisset. Institutus postea fuit tractatus pacis Vlmæ, quam Galliæ Regis Legatus curabat apud Principes Correspondentes, & apud Bavariæ Ducem, qui etiam suos delegatos transmiserat; & post aliquos dies commercii inter utramq; partem convenit, ut uterq; Dux tum fœderis Catholici, tum Correspondentium Principum exercitum suum inde abduceret; neque deinceps alter alteri molestiam inferret; sed potius ambæ partes laborarent, ut pax Religionis Germaniæ integra servaretur. quę ut executioni demandarentur, Correspondentes exercitum suum in inferiores partes Rheni deduxerunt, ut Marchioni Spinolæ è Belgio Burgundicum exercitum adducenti ad Palatinatum invadendum occurrerent: Bavariæ vero Ducis exercitus secundo fluvio in Austriam deductus, ut Cæsari in arcendis seditiosis suppetias ferret. Passavium igitur ut devenit, statim Austriacis superioribus Cæsareum diploma proponi jussit, quo ei committebatur, ut illam provinciam in ordinem redige-

Marchio Spinola ad Rhenum ducit exercitum.

Dux Bavariæ in Austriam.

digeret; rogans, ne extremam vim expectarent, sed sua componerent, ne acerbioribus remediis uti cogeretur.

Erant quidem hæc initio Ordinibus mira, volebantq; sese armata manu opponere, aut saltem spe deditionis facta ad aliquod tempus rem producere. verum Bavarus nullas excusationes admittens, ulterius progressus, & post leves aliquot locorum expugnationes absq; gravioribus conditionibus Lintzium ingressus, totam illam ditionem Cæsari recuperavit, conscriptum militem pro defensione patriæ exauctoravit; & convocatis Ordinibus omnes ad novum sacramentum Cæsari, atq; ipsi Cæsaris delegato præstandum adegit. Inde in inferiorem Austriam jam prius Cæsari reconciliatam descendit, ut conjunctis viribus cum Bucquoio, in Bohemiam irrumperent, Bohemosque, ac Moravos subjugarent. Hoc tamen haud facile videbatur; nam Bohemi ingentem exercitum in limine habebant; adhuc etiam pauca loca Austriæ inferioris occupabant, Moraviam, & Bohemiam sibi integram ad commeatum habebant. Parem quoq; numerum militum sub signis numerabant. His accedebat, quod non satis inter utrumq; exercitũ Cæsaris, & Bavariæ Ducis, tum propter æmulationem Ducum, tum propter invidiam, & cõmoditatem militum convenerit. Nihilominus Deo auspice æmulationi remedium repertum est, ut scilicet uterq; exercitus separatim, simul tamen Bohemiam ingrederetur, & loca passim obvia occuparet; Bucquoii, seu Cæsariani ad dexteram, Bavarici ad sinistram procederent, & sibi invicem, ubi peditatu, aut equitatu opus erat, succurrerent. Pejor quidem erat conditio Cæsarianorum, nam illi hostilem exercitum ad latus observare debebant. Bavarici vero longius ab illo distantes securiores erant, & facilius commeatum ex vicina Bavaria, & ex recenter superata Austria pote-

Dux Bavariæ in inferiorem Austriam, ac Bohemiam.

rant habere. Quare Cæsareus exercitus fortiori milite erat stipandus. Hæc fausta bellorum initia, recens Vngariæ tumultus excepit; Vngari enim inducias pacti, ante præstitutũ tempus bellum inceperunt. quapropter Cæsari tertius exercitus contra illos, Duce Comite Tampierio, fuit colligendus. legiones duæ, una Cæsarea, altera Bavarica, aliæ etiam copiæ in superiori Austria relictæ tertium exercitum construebant, ut exercitui Vngarorum, sin minus æquali, saltem non longe dispari numero obviaretur.

Vngari violant inducias.

Devenerat interim in Palatinatum Marchio Spinola cum Burgundico exercitu, qui prius litteras Archiducis Alberti Belgium gubernantis ad Mauritium Hassiæ Landgravium pro obtinendo transitu transmiserat; & ipsemet de suo accessu Marchionem Anspacensem, & Senatum Francofartensem monuerat, rogans, ne illi sese opponerent venienti ad obsequium Cęsaris absque ullius læsione, qui Cæsari fidelem se præbuisset, & deinceps ab officio, ac reverentia non recederet. Monuerat eadem opera Cæsar nobilitatem Rhenensem, & Veteravicam, ut ipsi non illibenter Marchionem cum suo exercitu admitterent, nullius perniciem, aut ruinā machinantem, sed ad solius Imperii beneficium, rebellium punitionem, & fidelium omnium patrocinium venientem. Quæ quamvis indignissime ferrent Principes Correspondentes cum suo exercitu sese in ipsam ditionem Electoris Moguntini promoto; nihilominus advenientes impedire non potuerunt, & solum apud Electorem Saxoniæ, & Ducem Brunsvicensem, aliosque districtus Saxoniæ inferioris Regulos questi sunt de externo milite in Germaniam adducto; flagitantes consilium, & subsidium, ut illum repellerent. Quod cum frustra petiissent, Marchio Spinola in conspectu exercitus hostilis diversa loca Palatinatus occupavit. Comitem Emdensem postea cum VI. milli-

Spinolæ expeditio in Palatinatum.

millibus peditum, & mille equitibus Crucenacum misit, ut illius oppidi fortunam tentaret, quod cum fæliciter peractum esset; Alzæam ipse adortus, vix parum renitentibus præsidiariis, occupavit; ac statim quasi Wormatiam tenderet, iter instituit, deserentibus vero tunc Principibus Oppenheimium, ipsum etiam oppidum sibi adjecit, insigniq; præsidio firmavit.

Saxo in Lusatiam ducit exercitum.

Pari fælicitate Cæsaris Saxoniç Elector eodem fere tempore, cũ expedito exercitu in rebellem Lusatiam contendit, ut illam provinciam ad officiũ revocaret, Quod cum prius Palatino, & Ordinibus Bohemiæ, nec non Lusatiis indicasset, illiq; vim deprecarentur, sed promptam obedientiam petitam denegassent: Elector Provinciam ingressus est, & occupatis paucis vicis, Budissinẽses obsidionem toleraturi fortiter sese opposuerunt. Bohemi vero Iagendorfii milites è Bohemia, & Silesia eo destinarunt, ut Budissinam obsessam liberarent. Verum tot hostibus impares erant Bohemi; hinc Anhaltinus Princeps exercitum contra Bavaricos, & Cæsareos ducens, semper retrocedere coactus fuit usq; ad Pilsnensem urbem: ubi cum præsidium expectaret; de fide Mansfeldii, urbem illam Palatino detinentis, dubitare cœpit. Quare & Palatinum Praga evocavit, quo præsente, etiam Mansfeldium evocaverat; ut cum illo de exercitus statione, ac loci conservatione deliberarent, & cum ipse locũ sibi cõmissum noluisset deserere; non modice suspitionem de infida possessione auxit. Quapropter Bohemi neq; exercitum suum illi loco concredere ausi sunt: sed post aliquot ad Ratkonizium velitationes, rursus Pragam usq; retrocesserunt; sperantes saltem ibi tutum exercitui suo refugium fore. in loco enim eminentiori, ubi etiam civitas tam ampla, & commeatus amplissimi præsto erant, nequicquam de fide civium dubitabant. Quod cum Cæsareis innotuisset, una cum Bava-

Anhaltinus contra Bavaricos & Austriacos.

ricis fugientes insequuti sunt; & antequam Bohemi integram munitiunculam sibi præparassent in monte Albo, exercitum suum in duas acies diviserant, easq; exercitui Bohemorum instructissimo opposuerant, & post unius horæ periculum, celeberrimam illam victoriam reportarant, quæ ut constans omnium fama vulgavit, Bohemiam subjugavit, Austriã coercuit, Moraviam reduxit, Silesiam repressit, Vngariam recuperavit, universam Germaniam stabilivit, Religionẽ Catholicam ex captivitate in libertatem asseruit. cujus victoriæ non injucundum tenorem alii ex professo cum historiis hujus temporis narrare poterunt, nos ad subsequentia propius restaurationem Ecclesiæ Germaniæ attinentia progrediamur.

Victoria Pragensis.

Catholicæ Religionis status ante victoriã Pragensem.

Qualis fuerit status Religionis Catholicæ Pragæ, & regni Bohemiæ, nondũ parta victoria, sub dominatu Calvinistico, & Lutherano, quilibet potest cogitare. Nam Ecclesiastici honore, & opibus fuerant exuti, bona Ecclesiastica adempta, templa, monasteria, Altaria profanata, Parochi Catholici ejecti, intrusi hæretici. Catholici Pragæ existentes ad abjurandum fidem orthodoxam, damnandum Sacrum Concilium Tridentinum, omnia decreta Pontificum spernenda, minis, fallaciis, præstigiis fuerant adacti; Ecclesia Metropolitana, Mater Ecclesiarum regni Bohemiæ, die Sancti Andreæ, anni 1619. omni cultu sacrarum imaginum spoliata, & hæreticorum turpitudine fuerat conspurcata, in ea nostri Vindicis è cruce pendentis imago religiosissima in partes dissecta, Sanctorum figuræ foras ejectæ, confractæ, & igne combustæ, Sanctorum Reliquiæ, Altaribus eversis, pedibus conculcatæ; sursum, deorsumq; omnia sacra distracta fuerunt. Non reticebo tamen (& hoc à pluribus fide dignis oretenus habui) quod Deus in ipsamet tantorum sacrilegiorum impia perpetratione, ad confusionem hære-

hæreticorum, & confirmationem Catholicorum, clarissima suæ vindictæ signa monstrarit; nam quendam hæreticum in contemptum Catholicorum in Cathedra Ecclesiæ Metropolitanæ saltantem in terram dejiciens, cruraq; ei perfringens, lucis usura privavit. Alterum etiam ejusdem farinæ hominem supra sepulcrum Sancti Ioannis Martyris Canonici Pragensis, in contemptum divorum saltare incipientem, statim tam vehementi pedum dolore punivit, ut inde extractus infra ho ã miserrime occubuerit. Sed ut mirabiliora propalentur, quæ Deo ultore senserunt hæretici, ad institutam narrationem revertamur.

Pragensi igitur victoria indubie supremi Numinis ope impetrata (quod vel indicat dies omnibus Sanctis sacra Octava, Evangelium illius diei, Tessera militaris, & signum pugnæ, quod erat, Sancta Maria, pluraque alia prodigiis plena, quæ multorum pietas notavit) concussa fere in Germania, Bohemia, Vngaria, & cæteris adjacentibus regionibus Catholica Religio roborata est; & quæ passim è Bohemia exulaverat, vel ita depressa fuerat, ut dedecus esset viro nobili Catholicam Religionem profiteri, cujus sectatores ad instar fæcis populi habebantur omnium derisui, & opprobrio expositi; emersit tandem, faciemq; pudore jam antea obductam erigere læta potuit. nam statim post illam Catholici, qui pauci Pragæ remanserant, & sub jugo servitutis fuerant, exultabundi, nondum etiam reseratis foribus civitatis, Bavariæ Duce, ac Bucquoio salutato, de tanta victoria gratulati sunt, [& ad prosequendam victoriam, ad possidendam urbem, ad redimendam Catholicam Religionem invitarunt, tanta voluptate, & lætitia, ut plures illam noctem insomnes precibus traduxerint. Altera vero die, cum ipse Bavariæ Dux, & Bucquoius ad urbẽ accessissent, tãtus fuit populi *Iubilus Catholicorum.*

exultabundi concursus, ut certatim de loco, de primatu salutationis, & de solo intuitu Bavari decertarint. immo jam non Catholici tantum, sed & hæretici Catholici nomen affectabant, signum Rosario, vel Breviario, aliove libello exprimebant, & refugium apud aliquem Religiosum vel sub umbra alicujus Ecclesiæ quæritabant. videre erat pessimos Calvinistas, seditiosos Picardos, duros Lutheranos in monasteriis latitantes, quo etiam thesauros suos detulerant, & absconderant, ut verũ esset illud Davidis: Cum multiplicarentur necessitates eorum, tunc acceleraverunt. Omnes deniq; hæreticæ sectæ ministri timore inutili omnino trepidabant, latitabant, & sectam suam abscondebant.

Cleri resuscitatio. Comparuere statim coram Bavariæ Duce, & Bucquoio omnis generis Ecclesiastici, Canonici, Abbates. Religiosi mendicantes, quorum quisq; sua repetebat, & à Bavariæ Duce sua in urbe saltẽ Monasteria, ac loca licet deserta impetrabant. alii jure proprio absq; alia solemnitate sibi debitas possessiones, nemine cõtradicente, apprehenderunt. imo liberalitate supremorum Ducum, & militũ plerique Religiosi in multos dies victum, cõmeatum, & eleemosynas acquisierunt, eadem fama percrebescens mox multos Religiosos, etiam in ipsis castris degentes ad urbẽ revocavit, & biduo post victoriam solemne Sacrum institutum fuit, & inter tympana, tubas, ac tormenta bellica, hymno SS. Ambrosii & Augustini universa urbs personuit. Extra Bohemiã vero statim à victoria repentina lætitia populum excepit, ut undiq; æs campanum pulsatũ, explosa tormenta bellica, & ignes excitati fuerint: in primis Viennæ solemnis supplicatio à monasterio sodalium S. Augustini usq; ad Cathedralem S. Stephani est instituta, quam Cæsar sua præsentia illustravit, & Cardinalis Dietrichstenius egregia sua concione, plurimũ collaudata Dei justitia, cõdecoravit.

Pragæ

Pragæ interea Batariæ Duci, ut victori traditæ fuerunt litteræ Majestatis in originali, insuper confœderationes omnes cum Moravis, Silesiis, Austriis, Vngaris, &aliis celebratæ: insuper sacramentum innovatum Cæsari, ejusq; Legatis. Cõstitutus deinde fuit discedẽte Bavariæ Duce Cæsaris pro interim Legatus, Carolus à Liechtenstein magni ingenii, celeberrimæ experientiæ, & non obscuræ voluntatis Princeps, apud quẽ mox blaterones verborũ Dei, quos vulgus Prædicantes vocat, trium urbium sese obtulerunt, demisseq; postularunt, ut sibi, suisque, Pragæ, & in Regno manere, ac docere liceret quod ut impetrarunt, summa, sed ficta moderatione aliquamdiu docuerunt Lutheri dogmata; Calvinistæ vero à Religionis exercitio prohibiti sunt; donec aliter fieri cõcederetur. verum omnes quotquot erant, repudiata doctrina Calvini, Lutheranam, neque hanc valde integram sequebantur. huc sese referebant Picarditæ, Anabaptistæ, Hussitæ, & similis sectarum colluvies, quæ sub Lutherani nomine tutum sibi patrocinium pollicebatur, quam tamen Cæsar non ita post proscripsit. Perseverabant Pragæ in aliquot ecclesiis Hussitæ, non adeo à Catholicis discordes, si vere Hussitæ fuissent; sed etiam illos Calvinismus, & Atheismus adduxerat; nec erat qui aliam sectam, quam Augustanam, verbo profiteretur. summa difficultas in Agrorum, & vineatũ restitutione fuit, sesqui anno enim, quo Directores rem œconomicam direxerant, multa millia Clero abstulerant, ecclesiasticorum agros vendiderant, insuper oppignoraverant integras monasteriorum colonias, immo integra monasteria in compensationẽ laborum, aut creditorũ laicis tradiderant Plassa, Tepla, Cotissoviũ jam erant in manu Baronum; B fonium in manu Dominæ de Suanberg, quæ & tegulas templi abstulerat, ut horto voluptati deservirent; Strackonitzium milites devo-

Littera fœderis, & Majestatis traduntur.

Prædicantes impetrant exercitium.

Possessiones sacræ devenditæ.

rarant, Braunovvia Comiti de Turn cesserat: reliqua omnia collegia vicinis oppidis erant ad beneficium regium addicta. Verum non ita post victoriã omnia decreto Cæsareo restituta sunt, coactiq; nonnulli etiam conductum, damnum, & fœnus persolvere eorum, quæ recenter retinuerant. vetustiora tamen sacrilegia *tenacius* adhuc consistebant. Altero post victoriam mense R.P. Valentino Coronio Collegium Societatis Iesu cum omnibus attinentiis juribus, ac privilegiis cessit per Cæsareum diploma.

Ad tantæ fœlicitatis famam, statim Henricus Comes Nassovius, qui cum exercitu suo Belgico in Palatinatum ascenderat, ut illum tueretur ab incursibus Hispanorum, discessit, ut adhuc ante hyemem Hollandiam repeteret; & quamvis in itinere plurimas prædas egerit; tamen integrum fere Palatinatũ Marchioni Spinolæ reliquit. Ante illius abscessum, Moravi Bucquoium, Praga venientẽ cum Cæsareo exercitu apertis urbium portis, receperunt; qui prius tam obstinate Patres Societatis, universumq; Clerum, tanquam seditiosum, sanguinolentum, & infamem pepulerant, & ex sacris cimeliis auri myriades aliquot conflaverant. Non poterat Moravos in sua ditione continere Fredericus Vratislaviam fugiens, qui per celeres nuncios tam illos quam Vngaros datæ fidei admonuit, optimamq; spem reparandæ suæ fortunæ consternatis ingessit: neque apud illos profuit Bethlemus vicina auxilia ostendens, quibus patriã tuerentur: non deniq; ipsorum Duces, etsi victorias aliquas consequuti; quippe qui paulo post victoriam, Austriam fere vacuam milite invaserant; Vldarici fanum exusserant, arces Volquesdorfii, & Grecensteinii expugnaverant, Hornã, & Labum adhuc suis præsidiis munierant; Ordines patriæ impedire poterant; quin cõtinuo post Pragensem victoriam ad nuda Bucquoii signa sese traderent, & rursus

Moravia recuperatur.

in

in verba Cæsaris jurarent. Tunc prius Cęsar dilabentibus jam passim Austriacis proceribus, qui de sua salute desperabant, ausus fuit reliquos triginta sex proceres proscribere, & mercatores, aliosq; cives ad tuendas suas, suorumq; fortunas repellere. Lusatici superata per Saxoniæ Electorem Budissina, statim à victoria Pragensi, non expectata alia obsidione, aut pacts, sese dederunt, immo Vratislavienses, quo ipse Fredericus se receperat post tantam cladem, etiam pręsente Friderico, Comite Hohenloio, Ducibus Vinariensibus, Comite Solmensi Slickio, necnon universo Gynęceo; tantum timoris hauserunt, ut statim de dimissione Palatini cogitarint; illámq; sexaginta millibus florenis emerint, & militẽ Budissina venientẽ, ac suburbia civitatis occupantem magna vi pecuniæ, ne succederent pejora, placaverint; & quod mirum est, tantus fuit universæ Germaniæ terror ut paulo post victoriam civitates Imperiales fere omnes pręsagæ suarum fortunarum Cæsari gratulatæ, se, suaq; detulerint, & nonnullæ, præcipue Argentoratum, Norimberga, & Vlma, magnam pecuniæ summam sponte sua Cæsari obtulerint, qua militi posset de stipendiis satisfacere, & victoriam multo fælicius prosequi.

Proscribuntur Austriaci proceres.

Fridericus fugit Vratislaviam.

Germaniæ terror.

Soli Ordines Silesiæ ex Germania aliquantulum fuere tardiores in recõciliatione procuranda, cui tarditati forte ansam præbuerat Saxoniæ Elector, Cæsari alioquin fidelissimus, ob cum iisdem Principibus societatem sectæ, cujus tenaces in illum confidentes, nihil de eodem dubitarunt; sicque facilius pacti sunt suæ sectæ libertatem, & tardius sese dediderunt Cæsari; qui, ne ipsum Saxonem offenderet; multa, & in multis dissimulavit; sperans Deum aliquando aliam præbiturum occasionẽ, quæ etiam Silesios mulctaret, & Religionem Catholicam, si non per hunc, saltem per alium terrorem introduceret,

Silesiorum mora.

" quæ quam veraciter dispoſita fuerint, eventus ipſe monſtravit.

Bethlemus cõſtantia monet Moravos & Sileſios.

Videbatur poſt victoriam Bethlemus cum Vngaris fortunam Bohemorum, Moravorum, & Sileſiorum reparaturus; ille multos, & multi illum ad hoc provocabant, præſertim Comes Turenſis, qui ad ipſum confugerat; neque hoc erat abſque periculo, ſi extenuatis jam Cæſareis, & exhauſtis provinciis: Taborium, Pilſna, witungavium, aliæque poſt Pragam in Bohemia urbes, nondum deditæ, Sileſia nondum reconciliata, Moravia adhuc perturbata, Vngaria rebellis, & Imperium in plures partes diviſum conſpiraſſent. Saltem à Cæſare, tunc vel maxime ſollicito, longe alias conditiones impetraſſent: verum ſemel collectis Cæſareis viribus, & his conſternatis, aliis fugientibus, aliis victis, aliisq; veniam deprecantibus, potuit Cæſar duriores conditiones præcipere, & optimæ fortunæ ſuæ, nec non Catholicorum conſulere, & Bethlemus cum cæteris animo cadens, primo Legatum Turcarum, deinde Legatum Regis Galliæ, ac tertio per ſuum Secretarium commercium pacis reſtitui poſtulavit; coronam regni per ipſum ablatã fuiſſe confeſſus, factum excuſavit, ne ad manus Turcarum veniret; ac tandem illius reſtitutionem, alicujuſq; damni reparatione obtulit; an " vero illa ex animo dicerentur, multi poſtea du" bitarunt; alii infidam Galliæ Regis Legati ex eodem ore ignem, & aquam ſpirantis tractationẽ accuſarunt; plures dilationem pacis Vngariæ, divinæ voluntati, & Cæſareæ fortunæ adſcripſerunt. Nam dilatio melioribus omnino conditionibus compenſata fuit, Cæſarq; armis occupavit, quod alioqui Bethlemo Turcarum clienti debuiſſet.

Cæſaris magnanimitas.

Doli Bethlemi.

Victoria fructus in Italia & in Gallia.

Altero poſt victoriam Pragenſem menſe, hæc eadem victoria non ſolum Germanicum orbem; ſed pari fere ſplendore, lætitiaq; Italicum, nec

nec non Gallicum affecit. quare Paulus V Romæ binis suis Brevicul is Bavarum, & Bucquoium « salutavit, eisque victoriam gratulatus, solemnia « festa indixit, quæ ipsemet Pontifex frequentavit. Italia etenim, si diutius Pragensis victoria dilata fuisset, non parum periclitabatur ob Ducem Sabaudiæ, Montisferratensi ditioni, etiam vivo adhuc Ferdinando Mantuæ Duce, inhiantem; & ob Helvetios acrius in socios Vallentinenses, tunc fere desertos ab Hispanorum patrocinio insurgentes. quæ omnia post victoriam Pragensem in Regem Hispaniæ, & maximum « bonum Ecclesiç redundantia, moderatione eva- « serunt. In Gallia Hugonotti multo impudentius sese Regi suo opposuissent, si Calvinistç in Bohemia triumphassent. sed ut in Germaniç profectu præsertim nostræ Nunciaturæ tempore, Deo bonorum omnium largitore, plantante, rigante, ac incrementum concedente, insistamus, ab ipsis inimicis nostris salutem nostram operanti- " bus libet incipere Numquam enim aliquis Ca- " tholicorum Bohemiæ Moraviæ, Silesiæ, Austriæ, Vngariæ, Franconiæ, Alsatiæ Palatinatus utriusque civitatum Imperialium, Anseaticarum, & maxime inferioris Saxoniæ, boni aliquid ausus su sset sperare, nisi initio ducto ab ipsis hæreticis, superba potentia in summo constituta, deposita est de sede, & exaltata est miserorum affl ctorum ac pœne desperatorum Catholicorum conditio. Restitutis etenim Pragç aliquot templis, statim Cæsar Cathedralem Ecclesiam, quam inimicus homo per suas asseclas profanaverat, curavit restitui, novis imaginibus adornari, dissipatis reliquiis instaurari, & novis altaribus condecorari, Princepsque Lichtenstenius regni protex, non ita post Pragæ Ecclesias Sancti Nicolai, Ægidii, & S. Henrici, quarum hæc in nova civitate, secunda in antiqua, prima vero in parva parte sita est, ejectis verbi Dei com-

Causa Catholicorum ubique desperata.

Restituuntur Ecclesiæ in Bohemia.

corruptoribus, curavit Catholicis presbyteris restitui, tunc plerumque ære Cæsareo Ecclesiæ, reparatæ, primique Sacerdotes, ac Ministri aliti fuerunt, ut primorum illorum mensium in solos Ecclesiasticos effusa liberalitas ad cētum millia florenos excesserit. eadem quoq; opera Prorexin vicinis oppidis occupatas præcipuas Catholicorum Ecclesias, abrogatis hæreticis blateronibus, Catholicis consignavit in tam magno numero, ut paulo post deessent Sacerdotes Ecclesiarū rectores, ac ministri, ædiles, æditui, scholiarchæ, similisque conditionis homines, quos adhuc Bohemia proximo, tertio & quatto anno desideravit.

Moravia redit ad Religionem Catholicam. Quod attinet ad Moraviam postquam Comes Marradas cum Liechtenstenio, ac Tiefenbachio Tribunis eam provinciam fuisset ingressus sub Duce Bucquoio; Iglavia, & Trebicium aliquandiu oppugnatæ, se dederunt, Zneimensesque, etiam imperata facere polliciti sunt. Brunna, & Olmitium totius ditionis oppida primaria intercepta sun'. Et sic statim profligatus Clerus occurrit, sed in parvo numero: nam ex depulsis, partim in Bavariam, partim in Stiriam, & Italiam, profectis, vix quinta pars supererat. Quęsitus tamen fuit sacerdos unᵘ, qui singulis locis præficeretur. non tam ut Civibus, quam ut præsidiariis in procuranda animarū salute deserviret. Cæsar statim sub finem Ianuarii, edito diplomate, Patres Societatis Brunnam remisit; j assitq; ut illi, qui cum dedecore, ac infamia, quasi seditiosi fuerant ejectᵢ, summo honore restituerentur. Orabant Ordines provinciæ Moraviæ à Cæsare veniam, sese prolixe excusantes, quod à Bohemis decepti fuissent & male feriatis hominibus credissent, quam ut impetrarent, solū Ferdinandum Cæsarem profitebantur verum Dominum, illi fidelitatis Sacramentum offerebant; alteri, quodam Frederico præstito, renunciantes. verum Cæsar fidei

dei Cardinalis Dietrichstaini alias ejecti, rursus "totam causam Moravicam commisit; Primum-"que inter alia eidem Catholicam Religionem, quamvis non opus esset, commendavit. injuria tamen temporis, & Moravorum inconstantia, Vngarorumque vicinorum pertinace protervia nullam mutationem admisit, sed magnam Catholicorum modestiã requisivit. Quare merito Cardinalis emendationi Ecclesiasticæ tunc temporis supersedit, neq; enim res Cæsaris vacabãt periculo. nam in Bohemia Mansfeldius Pilsnæ eventum prælii Pragensis expectabat, ut si male successisset, Cæsareos fugientes, aut retrocedentes funditus exterminaret; cum fœliciorẽ opinione sua exitum vidisset, passim grassari cœpit; Topelium, Schlackenvvaldium, & Elenbogium in suam potestatem redegit, multisque diebus exercitum Bavaricum. & Saxonicum in recuperatione Ægræ, Schlackenvvald, atque Elbogii detinuit. quod etiam illius socii Tabborii, & Wittengavii fecerunt. Bethlemus, & Vngari, quamvis alicujus transactionis spem fecissent; tamen primis diebus, quo convenerant, notatum fuit frustra laborari; cum Bethlemus non nisi Regio titulo Legatos mittens, obstinate Rex Vngariæ vellet agnosci, & tanquam Rex aliquod pacis commercium inire; quod omnino Cæsar, (ne Regem alium cogeretur admittere,) quam citissime abrupit, moxque Bethlemi electionem rescidit, mandans omnibus Vngaris, ut se à tam pernitioso invasore segregarẽt. rescidit tunc etiam Cæsar quidquid in Posoniensi, ac Neosoliensi Conventu contra jus, & fas, & contra Ecclesiam Dei, ordinemq; Ecclesiasticum temerarie decretum fuerat, misitque paulo post, qui in Bethlemum, refractariosque Vngaros duceret. ad cujus adventum arx Thebana juxta Hãburgum sita, orta seditione, accepta fuit; & Collaltus ab alia parte in Vngaros insistens, bis mille ex Bu-

Mansfeldii insolentia.

Tractatus pacis in Vngaria initur.

Expeditio in Vngaria.

ex Budeanis delevit, quam cladem ulti Vngari, non ita post tria signa Cæsarianorum interceperunt, & aliquos Cæsareos in captivitatem abduxerunt, bello quammaxime accenso.

Spinola Weteraviam occupat. Fælicius ad Rhenum progrediebatur Spinola, qui totam Weteraviam, etiam sub hyemis algore pro Rege Hispaniæ occupavit. deinde transmittens aliquod ex suis Frideburgum oppidum sibi dedi postulavit, Cessere tunc Spinolæ oppida Gelohusum, Rothemium, Brunsfelsum, aliaque multa illius districtus; idque tanto alacrius actum est, quanto evidentius constitit Cæsarem Viennæ publicæ Palatinum proscripsisse. Hæc *Periculum Cæsaris.* gaudia magnus, qui impendebat Cæsari, metus temperabat. ingens enim periculum erat, ne „ Daniæ Rex, & circulus Saxonicus pro Frederico „ intercessionem meditantes; non obtento, „ quod nitebantur impetrare; fierent hostes. hoc „ enim minabatur Rex Angliæ cum regni Senatu, quorum studium erat vel pace, vel vi Palatinum restituere. Hoc urgebat Fredericus apud Brandeburgicum, Brunsvicenses, Luneburgenses, Pomeranos, Mechelburgenses Duces & civitates Imperiales, & Anseaticas. procurabant hoc Hollandi per solemnem Legationem apud Reges Galliæ, & Angliæ, quibus Cæsar tunc temporis, cum adhuc contra Bethlemum & Vngaros non sine Turcarum metu pugnandum esset; minus resistere posse videbatur. hinc variorum Principum Germaniæ atque Italiæ opes imploravit. Pontifex Paulus sub initio anni decesserat, cui fælici Germaniæ fato suffectus fuit Gregorius XV, magnanimus, æque clemens, liberalis, pius, ac Germanicæ nationi addictissimus. huic statim res Religionis in Germania ita cordi fuere, ut paulo post assumptionem ad Pontificatum universalis Ecclesiæ egregiam liberalitatem erga Cæsarem ejusque militem ostenderit, non modo quando maximam mihi summam pecuniæ,

quæ

quæ ad viginti millia florenorum menstrua accedebant, in Cæsarei exercitus subsidium contulit; verum etiam qvando integram legionem peditum, & alteram equitum suis impendiis in Cæsaris exercitu militare voluit, earumque copiarum directionem (commissa Præfectura Petro Aldobrandino, tanquam Ecclesiæ Locumtenenti Generali) meæ curæ subiecit.

Longe præstantius subsidium à potentissimo Rege Hispaniæ viginti mille milites jam pridem Imperator impetraverat; illudque in tam arduo periculo confirmabatur cum amplissima facultate ad regium in Aula Cæsarea Legatum Comitem de Ognat, cui onus illud aliquo modo facilius fuit ob transmissa plurima plaustra argenti non signati, quæ casu tunc crescente valore monetæ plurimum ærarium auxerunt. *Subsidia Regis Catholici.*

Ad horum subsidiorum promissionem Cæsar animosior factus, quamvis circa veris initium Regis Hispaniæ sororii, ac cognati sui amantissimi obitum cognovisset: tamen tergiversantibus Vngaris, & Bethlemo, dum duriores conditiones proponerentur, nullo modo iis consentire voluit, sed habita nonnullorum Vngarorum reconciliatione, cæteris seditiosis, & Bethlemo ipsorum Corypheo, honestas pacis conditiones repudianti, bellum indixit. qvod ut fælicius gereretur, oppignoratis paratioribus eis meliis, sumptaque pecunia ad fœnus, annona pro quadraginta hominum millibus, Iavarinum, & Comorram avehi præcepit. Oportune inter commercia pacis Hamburgi instituta, Cæsari reconciliatus fuit Georgius Setschius Vngarorum quondam rebellium antesignanus; qui in partes Cæsaris transiens, mox Allesolium occupavit, & corona Vngariæ potitus Fillechum, atque inde Vesprinum contendit, ut cū duobus millibus Germanis ad illius auxilium submissis Bethlemū insequeretur, Bucquoius ipse cum reliquo *Obitus Regis Philippi III.* *Reconciliatio Georgii Setschii.*

Cæsaris

Cæsaris exercitu Vngariam ingressus, Possonium obsidione cinxit illudq; post crebros tormentorum ictus, dedentibus suis præsidiariis, inter quos non satis conveniebat, occupavit.

Bethlemus implorat Turcas.

Mirum in modum Georgii Setschii defectio & Possoniensis civitatis oppugnatio Bethlemum torsit; quare ipsemet Budam ad Turcarum præfectum accessit, consilia, & auxilia postulaturus; cum paulo ante etiam inter pacis Comercia scelerata quidem fronte, Tartarorum Duc s copias luculenta epistola, mille mendaciis referta, implorasset, ut coronam Vngaricam, violenter ablatam, violenter assereret, & cæterum Vngariæ una cum Bohemia, ac Moravia occuparet; in quem finem exegerat præter mille Tartarorum copias etiam quindecim millia Osmanitarum, quos per opulentas Europæ nationes, & Christianorum Regna circumducere promiserat.

Etiam Tartaros.

Cæsari vero solatio fuit; quod paulo ante hoc Vngaricũ bellũ, Silesii ad obedientiã rediissent, pactis conditionibus cum Saxoniæ Electore cujus opera postulatas fere conditiones impetrarant, & vicissim Cæsari post addictam fidem ingentemque summam ad solvendum æs alienũ, sacramento addicti sunt. Solatio etiam fuit pax inita apud Moguntiã inter Principes Correspondentes, & Burgundicarum copiarum Ducem Spinolam, per quam fœdus Correspondentium, „ alias Achusii initum, & Hallæ confirmatum; „ dissolutum fuit: illiq; Principes domum remisii Palatinatum Spinolæ reliquerunt. Præpediebant tamen aliquantulum illius occupationem copiæ Federici Palatini, quas à Rege Angliæ sub Tribuno Veerio ibidem habebat in præsidiis munitissimorum locorum, Franckendalii, Manhemii, Heidelbergæ; ad quæ non adeo facilis erat accessus; utpote apud gentem non satis fidam. quare Spinola rem cum Palatinianis, „ pact s induciis usque ad finem Iunii (quod tamen

Pax Silesiæ, & Correspondentium.

men postea non parum damnatum fuit) transegit. Silesios etiam molestabat facta reconciliatione Iagerndorfius, ex familia Brandeburgica Princeps: is cum alias Silesiis militasset; stipendium sibi, suisque copiis exigebat. Imo cum recenter à Palatino rogatus fuisset, novæ militiæ ad reparandam fortunam ejusdem sese Ducem constituerat; & non solum gravis Silesiis fuit, Sed Bohemis novas irruptiones, ac clades, fortiter sese opponētib⁹ Cęsareis in Moravia, & Silesia præsidiariis, minabatur. easdem ex alia parte & non leviter inferebat Mansfeldius per Tillium, qui præsidiarios milites Pilsnenses coëmerat, Pilina ejectus, & paulo post in finibus Bohemiæ apud Elembogium, & Waidhusium oppugnatus, quæ expeditiones cura Cæsaria gestæ, præter bella Vngarica, cū essent multiplices non vacabant expensis, molestiis, & periculis. hæc tamen omnia Cæsar, me pro muneris mei ratione diligenter instingāte, posthabuit, ut Bohemiam ab intrinseca, & occulta peste hæreseos liberaret, quod quamvis multi immaturū dicerent: tamē, quia agebatur de pœnis ob rebellionem, ratione quarum multi rei sibi metuebant earumque intuitu nonnulli videbantur facturi eo tempore, quod alias sublato metu non fecissent; hinc saltem aliquo modo occasione reformadæ Religionis accepta, ad meas preces publicatum fuit diploma à Cæsare, quo tertia Iunii mandavit ut omnes Prædicantes, Professores, ludimagistr. tam in urbe Pragensi; quam extra urbem in universo regno, Calvinianos errores profitentes; aut alias sectas in Imperio repudiatas, propagantes, vel per duelliones in Cathedris promoventes, aut qui Cęsaris in regno Bohemię susceptationē, ut iniquam proclamarant; Fredericum Coronarant; perjuris consultationibus in Carolino Collegio interfuerant; omnes, & singuli ex regno Bohemię, omnibusque illi incorporatis regioni-

Iagerndorfii irruptio.

Extat diploma ejectionis Calvinianorū Prædicantium.

gionibus (concesso aliquo, sed brevi termino) „ sub pœna perduellionis proscriberentur. Hoc „ diploma non tam sub causa Religionis, quam se- „ ditionis publicato, Bohemici Prædicãtes omnes, „ quorum vix ullus non sese dicteriis, & scommatibus maculaverat, exulare coacti sunt, tolerati tamen fuere adhuc Germanici duo modestiores, ne populus concitaretur; & ne integrum Imperium moveretur. Eodem fere tempore postquam perduellionis rei absentes, & fugitivi jam secundo, & tertio fuissent, prout styli est, evocati; & præsentes una fere die omnes in vincula, detrusi, Cæsar constituto tribunali severæ inquisitionis, de singulorum reorum delictis agi voluit, habito juramento ab iis, quorum erat dicta & facta tot us regni judicare, additoque severo præcepto, ne cujusqu.m personam exciperent, sed secundum id, quod in extremo judicio defendere potuissent; ex legibus Imperii, & regni judicareut, in hunc finem centum, & viginti duo quæsita singulis fuere proposita, datusque accusator, ac defensor, tempusque sufficientissimum. ut se defenderent. cũ autem ex absentibus nullus compararet, & evidenter satis de delictis constaret; Cæsaris Legarus ad instantiam regii Cognitoris, illos adhibitis debitis ceremoniis reos pronunciatos, aqua, & igni interdixit, & fortunas illorum omnes fisco addixit. Defunctorum deinde tempore rebellionis, quorũ culpa ex ipsis factis evidentissime probata fuerat, memoriam (pariter in fiscum relatis bonis) damnavit. ita tamen ut Damnatio nomini ac famæ hæredum, & consanguineorum nihil officeret.

Citatio, & castigatio reorũ absentium, ac defunctorum.

Similem reorum punitionem Dux Bavariæ Cæsaris nomine Linzii incepit, nonnullosq; ex proceribus, atque Ordinibus patriæ arci inclusit, quos postea Cæsar partim Passavium, partim Viennam, ad instruendam causam recepit. tardius tamen ad executionem sententiæ devenire potuit,

Apprehensio reorum Linzii.

potuit, eum nunc intercessionibus nunc nimia « clementia præpediente. Interea Mansfeldius non comprehensus in tractatione Pilsnensi (quę civitas semper Catholica fuerat, & tunc maximis Catholicorum suspiriis persoluto pretio recuperata fuerat) in superiori Palatinatu vires contraxerat, cum quibus Bohemiam repetens Falckennavium, Elembogium, aliaque sui juris oppida defendere conabatur. accesserant illi tunc tria signa; quæ Pilsna exeuntia pecuniam acceptare detrectaverant, & potius gratis recesserãt, quorum signorum milites non parum Franckenium Tribunum Thaborii adhuc hærentem accusarunt. sicut pariter & alia, quæ ab ipso Mansfeldio Warlingæ, & Klingembergæ relicta fuerant; è quibus paulatim non spernendum exercitum contraxerat. quos tamen Tilliani, & Saxonici milites mox compescuerunt, & in Palatinatus montes, ac sylvas rejecerunt.

Mansfeldius in finibus Bohemiæ.

Turbabatur et ã Cæsar à concepta executione contra reos Bohemos ab Vngaris plus solito superbientibus, & ab Imperii Principibus aliquot, qui non ita pridem apud Moguntiam reconciliati fuerant: namque unitis votis, juxta spem factam; tum pro Palatino, tum pro plerisq; aliis proscriptis, ac reis instabant. quibus Principum Legatis non ita post Regis Daniæ Legatus, & multorum Principum inferioris Saxoniæ succedentes, simili deprecatione importuni Cæsaris mentem in diversa movebant. verum hos omnes Legatos Cæsar aggravata nonnihil Palatini culpa nondum pœnitente, supplicatione, qualis ipsum tam graviter reũ decuisset mitigata, ad futura Comitia, quæ in proximũ mensem circa festum D. Ioannis Baptistæ indicta fuerunt, remisit; promisitque denuo prorogatis in Palatinatu induciis usque ad finem alterius mensis, se de cõsilio, ac voto Electorum; cuilibet clementer satisfacturum, prout æquitas causæ, &

Intercessiones Principum

innata

innita illi clementia postulasset. hoc petens Palatinus in Hollandiam profugus; cum de comitiis istis aliquid intellexisset; non destitit causam su-
" am Electori Moguntino, aliisq; Princip. bus com-
" mendare, declarando se parandum fore omnib'
" animum submittere, quantum salva existimatione, & conscientia facere posset, ita tamen ut nihil ejus ditioni detraheretur, neq; Religionis status in eadem immutaretur. Ferocientibus vero Vngaris, aliter occursum fuit per Bucquoium post ceptam arcem Possoniensem cũ viginti duobus hominum millibus ulterius progredientem; ad cujus exercitus famam Altemburgenses fuga dilapsi, locum cesserunt; quod idem sine pugna fecerunt Tirnavienses, Oedemburgenses, & Schittani; ita ut liberrimus accessus Commorianis, & Iaurinensibus ad Cæsarianos, & his ad illos pateret. Speraverat Bucquoius eadem opera Neusolium occupare; sed Tursus adhuc Bethlemo addictus eo nobilitatem Vngariam, & Transylvanos, plurimos paulo ante transmiserat, sicque majoris molis illius interceptio fuit. aliquam tamen spem reliquerat invasioni Bethlemus, qui paulo ante à liberis Heiduceis, & Vngaris desertus, in emoisso prælio multos ex suis desideraverat; vixque turpi fuga Cassoviam versus sibi consulere potuerat. Auxerat etiam spem paulo ante Palatinus Forgazius, qui adactis in fidem Cæsaris civitatibus Montanis ad Stanislaum Tursonem dederat litteras ejus fidem reposcentes; quam Turso non visus est velle negare; si à militibus minime præpeditus non fuisset, paululo constantius tumultui restitisset. Debuit igitur Bucquoius castra Neuheusolio admovere non infæliciter sub initio: nam vallum quamproxime ad munitionen perductum erat, immo jam munitioni imminebat, una tamen porta Carniæ præpediri non potuit, quin passim pabulatores excurrerent, & interciperentur, Bethle-

Vngaris providetur.

Obsidio Neubusiliana.

Bethlemus interim ad Cassoviam cum Palvio, & Bosniaco pugnans, utrumque superavit, cæsis, ac fusis plusquam mille Cæsarianis. Neuheuselii vero, cum Bucquoius munimenta lustraret, in paucos Vngaros insidiatores incidit; sed illum ipsius milites fortiter pugnantes, liberarunt. secundo tamen in similes insidias prolapsus, & à suis derelictus cecidit, atque inter pugnandum duodecim vulneribus confossus occubuit, magna Cæsariani exercitus confusione, ac damno. *Mors Bucquoii.* paulo post quamvis omnia plena essent periculis; de rebellibus, & perduellibus, qui se regni Bohemiæ directores nominabant, propter eorum rebelliones, & nefarios conatus contra Ecclesiam Catholicam, & Cæsarem; sumtum est supplicium, cum anno præcedenti 1620. (quod notatu dignum est) eadem die, in quam inciderat octava festi diei Sancti Viti, Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis Patroni, ab ipsismet hæreticis, immo ab ipsis satellitibus Frederici Palatini auditus fuisset noctu in prædicta Metropolitana Ecclesia, à media decima more germanico usque ad tertium quadrantem horæ undecimæ, cantus multorum tamquam presbyterorum Catholicorum psallentium in Choro, unde postea cognitum fuit Sanctum Vitum, & alios Sanctos, quorum reliquiæ in eadem Ecclesia asservabantur, illo cantu clamasse vindictam, quæ anno revoluto eadem die de prædictis directoribus justo Dei judicio sumpta fuit.

Cum autem fere universa Bohemia esset rea, & adhuc in omnium animis metus ille extremi supplicii versaretur, hortatu nostro Cæsar se ad indulgentiam concedendam inclinare vulgavit; si modo pleriq; se ad recipiendos tantæ clementiæ fructus apparent. quibus verbis indicabatur satis aperte mens Cæsaris, quæ modestiam, fidem, & Catholicæ Religionis propagationem desiderabat. Quare tunc multi Bohemorum *Dispositio ad*

Religionem. metu parciti, ad instructionem properarunt, & Deo humanum metum in spiritum rectum vertente, nomen Catholicæ Religioni dederunt. quare cum semel veræ Religioni aditus esset patefactus; paulatim alii duriores in hæresi, molliores effecti sunt; cognitumq; fuit, solã vexationem Bohemis posse intellectum præbere, eosq; in viam bonam dirigere.

Calumnia hominum. Multi certe hanc reorum castigationem, & Religionis mutationem improbarunt, quasi immaturę fuisset actionis, unde posset nova seditio totius Bohemiæ, ac Germaniæ commotio erumpere; amici Cæsaris abalienari; Vngari, nondum sedati, magis exacerbari; novi hostes, nondum sopitis pristinis, excitari; & Turcis insignes aditus in Christianorum regiones præparari. quę non solum in angulis Bohemiæ, & Germaniæ spargebantur; sed jam publicis libellis in vulgus sparsis, non sine minis aliquorum evulgabantur. quibus rumoribus & calumniis multum juvit, quando Turca magnum apparatum ad bellum terra, marique faciendum construxerat, nonnullasque copias ad fines Vngariæ miserat; licet aliam expeditionem contra Cosaccos susceperat. Voluit autem Deus favere Ecclesiæ suæ, & Turcarum insolentias per eosdem Cosaccos omnem commeatum in Nigri Ponti flumine vehi solitum præpedientes, castigare. tantus enim timor in Turcarum finibus ubique per irruptionem Cosaccorum fuerat, ut incensis oppidis Poligrasto, & Chilo, concisisque aliquot Turcarum, & Tartarorum millibus, multi Constantinopoli metuerint, jamque de Ottomanici Imperii fortuna dubitarint. neque enim à duobus sæculis tantus tremor Turcas invaserat; ut ea incommoda quæ postea subsequata sunt, demonstrarunt.

Cæsaris pietas & peregrinatio. Adscribebantur hæc fælicissima Christianæ Reipub. tempora inter tam periculosos motus singu-

singulari pietati Cæsaris, qui eo tempore, cum Pragensis exequutio, & Religionis immutatio procuraretur per idoneos ministros, peregrinationem instituerat ad miraculis celebrem Ecclesiam B. Mariæ Cellitanam in confiniis Styriæ, ubi una cum fratre Archiduce Carolo votum Deo cœli, ejusq; gloriosissimæ Matri, ac Virgini Mariæ factum persolvit, oblatis muneribus maximi pretii; inter quæ extitit corona multis coronis intexta, quæ servatum Imperii diadema una cum Regni Bohemiæ, Vngariæ, aliarumque regionum demonstrabat, & piissimi Imperatoris gratum animum exprimebat. Ibidem Cæsar jamdudum conceptum votum de restauratione Catholicæ Religionis in regno Bohemiæ, & provinciis Austriæ, Moraviæ, aliisque hæreditariis innovavit. quod ut quantocyus, meliori modo, & ordine executioni demandaretur; ego ipse institi, & quia Pragæ, Patribus Societatis Iesu, & paucis Canonicis exceptis, vix erant Ecclesiastici; Religiosis, aliisque Presbyteris evocatis, regno providi; novumque mihi ipsi in regno Bohemiæ constitui Vicarium, Ernestum Platisium, Canonicum Pragensem, & Olomucensem, virum integerrimum, probatæq; virtutis, propter ea, quæ perpessus fuerat ab hæreticis ob Religionem Catholicam; cum præter alia, deperditis omnibus suis bonis, ab eisdem per multos menses detentus fuisset in carcere; ut per illum Catholica Religio promoveretur, & necessaria ad illius promotionem indies denunciarentur. Archiepiscopus enim, quamvis charitate accensus, nihilominus senio confectus, infirmus, & in extrema necessitate cõstitutus, omnibus jã fortunis exutus, magnisq; periculis exantlatus, non poterat exequi, quæ cupiebat. Mihi itaq; incubuit, Cęsarem, ejusq; Consiliarios urgere; ut non solum Archiepiscop⁹ sublevaretur, Sacerdotes submitterentur, & ecclesiæ magna Cæsaris liberalitate

Catholicæ Religionis restitutio procuratur.

Media ad Religionem restaurandam.

,, repararentur, ſed, ut exterminatis hæreticis, Ca-
,, tholica Religio reſtauraretur. verum quamvis ex parte non parum profeciſſem, jamque Archiepiſcopo magna liberalitate ſubventum fuiſſet, & pro ordinandis ſeminariis, tum ad Sanctum Iacobum Patribus Conventualibus, tum ad Sanctam Mariam Magdalenam Patribus Dominicanis, & ad Sanctum Thomam Patribus Auguſtianis; quin etiam Cathedralis Eccleſiæ Canonicis, ac Patribus Societatis, congruentes ſummæ annui redditus ex regiis proventibus ordinatę fuiſſent: jamque congregarentur undique ſtudioſi, Religioſi, ac Sacerdotes; nihilominus in reparanda Religione, in ejiciendiſque hæreticis mi-
" niſtris, adhuc hærebatur ob quotidianos, & noctè enaſcentes hoſtes, qui totam Bohemiam terrebant, & ſeditioſos cives, ac vicanos jam à mutatione Religionis abhorrentes, ad novos tumultus excitabant.

Seminaria fundata.

Novi hoſtes Bohemiæ.

Iagerndorfius in primis non ſolum in Sileſiæ, ſed etiam in finibus Bohemię cum ſuo milite excurrens periculoſa diplomata ſpargebat, quibus
,, executionem Pragenſem apud vulgus perfidè
,, traducebat, & pluſquam barbaricam Cæſaris ty-
,, rannidem exaggerabat; qua columnas patriæ, & veræ Religionis amantes deblaterabat fuiſſe concuſſas propter animi conſtantiam crudeli, & contumelioſo mortis genere caſtigatam, conabaturque perſuadere Sileſiis brevi ſimilem ibidem executionem futuram, & ſingulis ſignificabat, ſe plenam Comitis Frederici Palatini facultatem recepiſſe; ut ea, quæ publicum Sileſiæ, & Bohemiæ bonum concernerent; procuraret: eoque nomine cum collecto milite proceſſit, & in obvios quoſque graſſatus eſt; ab adminiſtratoribus Epiſcopatus Niſſenſis, à Senatu, & civibus Catholicis centum millia thalerorum extorſit. totidem vero à capitularibus Vratislavienſibus, loco lytri exegit. Theſcam deinde profectus,

Iagerndorfii doli, & minæ.

ctus, ubi aliquot millibus Vngarorum militum receptis, firmato præsidio Glatzensi, Troppaviam ingressus est, multaque loca vicina Silesiæ intercepit. postea vero impetum in Bohemiam faciens Smirsitks prædia, & Cassolitzium, incusso etiam Pragensibus timore, invasit.

Interea Mansfeldius ducto suo exercitu per Vinarienses Duces, qui à Rege Daniæ sex millia militum impetraverant; in alia parte Bohemiæ non procul à superiori Palatinatu castrametatus est, tentorium figens Wethusii in loco, fossa, & vallo munito; ex quo in dies cum Cæsareis velitationes instituebat, & nonnunquam minus fortes rejicebat. Impediebantur Cæsarei, ac Bavarici à montibus, & sylvis, quæ liberum accessum denegabant ad Mansfeldianos, hinc inde in abditis locis securos, atque in Cæsareos magno impetu nonnunquam irruentes. Cecidere magna clade Bavarici, & Cæsarei exercitus Tribunus Baurius, Episcopi Bambergensis, & Herbipolensis Legatus, pluresq; alii centuriones. loco quorum Mansfeldius plusquam mille ex suis desideravit; nec propterea cessavit gravissimis minis Capitulares Bambergenses, & Herbipolenses lacessere. transmisso tubicine, per quem significavit, ut copias, quas tunc in Bohemiæ finibus habebant, avocarent, suarumque Ecclesiarum curam gererent. quare Bambergenses nobilitatem Franconiæ in armis esse jusserunt, non exiguo ipsius ditionis periculo; cum ab illis plerumque hæreticis paulo minus, quam à Mansfeldiacis tuti esse viderentur.

Mansfeldius in limine Bohemiæ.

Bambergensibus & Herbipolensibus minatur.

In Vngaria vero post obitum Bucquoii omnia in pejus ferebantur. nam Bethlemus cum Comite Turnio Possonium & Tirnam usque excurrens; cum jam urbes montanas in fidem accepisset, integrum Cæsaris exercitum ad Guttanam arcem rejecit; omniaque fere impedimenta, quæ retrocedentes copiæ tumultuario conatu auferre non

Infelicitates Vngariæ.

re non potuerant, frustra à Maxarenno propugnata lucratus est. Colaltus etiam paulo ante contra Budeani partes victor, prostrato exercitu prope Neusoliū, minus instrictus viribus retrocedere debuit, & Oedeburgum, Gunsium, aliaq; loca omnia Neostadium usq; grassationi, ac incendio Vngarorum relinquere coactus est.

Bohemorum tumultus. Ex his cladibus in ipsa Bohemia nō infrequenter tumultus ratione militum, & onerum contra superiores oriebatur. Thaborenses, & wittingavienses molestissimi præsidiarii prædam usq; ad Pragensem urbem agebant, & itinera Praga Viennam veluti obsessa reddebant. quare passim res Religionis potius retrocedens, quam procedens in non leve periculum adducebatur; nam Prædicantes alias dimissi, sed favore turbarum regressi, in pagis aut in locis extra urbes latitantes agebant, cum vix Catholicus Sacerdos reperiretur. Archiepiscopus nihilominus Ecclesias reconcilians, & Pilsnæ Catholicum Sacerdotem restituens, monialium monasterium Cottisoviense instauravit, alibi vix hiscere audens.

Iagerndorfii crudelitates. E contrario Iagerndorfius ex Silesia in Moraviam devenerat, & singula loca ecclesi s, campanis, & Parochis destituerat, singulari contra Sacerdotes odio flagrans, quod ob Presbyterum Ditzhehaviensem, à quo se proditū dicebat, cōceperat; cum in milites Caroli Spinelli incidisset, à quibus insignem cladem passus, fere non interiit, ultus postea est fortunam suam in Ditzshavienses, & weiskirkianos, quos partim incendio, partim exacta deprædatione mulctavit, cūq; sex mille auxiliares Vngaros prope Schalitzium transeuntes obtinuisset, nihil fere in Moravia intactum reliquit.

Palatiniani milites insolescunt. Tam fœlici progressu suarum copiarum in Bohemia, Moravia, & Vngaria, Palatini ad Rhenum insolescentes, spretis induciis sese movent, & in Episcopatum Spirensem quindecim

tur-

turmas equitum immiserunt, quæ Vorstium, Rupersbergum, pluresque pagos, sub specie denegati hospitii spoliarunt, & Hispanorum exercitum, in præsidiis suis quiescentem irritarunt, qui statim arcem Steinam in loco paludoso, ac vepribus consi.o, inter Wormatiam, & Gernshemium occupavit; quam cum Palatiniani recipere voluissent, ad cingulum usq; in aquis consistentes, nihil efficere potuerunt; & inglorii retrocedere coacti, de possessione quoque Stratæ Montanæ, quæ melior pars erat totius Palatinatus, desperarunt. sed rursus alibi de vindicta cogitantes singulari studio exercitum Hispanicum observarunt; quod non parum displicuit Legato Regis Angliæ, cujus intuitu jam secundo induciæ in Palatinatu concessæ fuerant; quique in termino earundem de pacis ratione componenda, Viennam ad Cæsarem miserat. eandem ob causam Angliæ Rex paulo ante per equitem Sanklotium, Daniæ Regem rogaverat, ne conscriptione novæ militiæ, pacis actionem corrumperet. quare etiam Rex Daniæ nonnihil Regi Angliæ offensus, quamvis per suos Legatos Viennæ parum, aut nihil, quod ad solatium Palatini faceret obtinuisset: tamen militem conscriptum dimisit; quem ubi non ita post Brunsvicensis Dux Christianus Halberstadiensis Episcopus intrusus sibi appropriavit; multi de sinceritate Regis Daniæ Palatino suadentis, ut, cum de Regis Angliæ, ac Galliæ subsidiis incertus esset, ac Hollandorum vires non sufficerent, Palatinatum recuperare studeret, non parum dubitarunt, tantum nomen mutatum in militia considerantes. Illa etenim eadem, quæ sub Rege Daniæ metum incusserant, sub Christiano Brunsvicensi augebantur, & modo Herbipolensibus, modo Bambergensibus, modo Burgundicis copiis, nisi Palatinus restitueretur, minitabantur.

Steina à Burgundicis occupatur.

Angliæ Rex de pace sollicitus.

Suspectus Rex Daniæ.

Novus Bavariæ Ducis exercitus.

Has, aliasq; Mansfeldii minas ut Bavariæ Dux secure contemneret; novum exercitum conscripsit, qui illum securum redderet, & hostem in limine Bohemiæ, ac Palatinatus superioris hærentem, suæque Bavariæ inhiantem contineret; Tilliumq; in Bohemia contra Mansfeldium decertantem liberaret. cum illo enim exercitu, lustrato milite apud Straubingam in superiorem Palatinatum ascendit, & mox Walterbachium, & Reichenbachium, (quæ duo fuerant Ordinis D. Benedicti monasteria) duxit, ut ponte fluvium Regem transfretaret. inde postea Chamum, quod proximum Bohemiæ est oppidum, progressus est, atque ex itinere Ordinibus, nec non rectoribus superioris Palatinatus significavit, quanto periculo, & damno Mansfeldius in finibus Bohemiæ hæreret; & quomodo non hæreret, nisi à Palatinatu superiori foveretur milite, annona, consiliis, & refugio, quod illi præter jus omne præberetur; tum quia Cæsaris hostis, tum quia vicinorum deprædator. quare ab Ordinibus petiit, ut à fide, & obsequio Mansfeldii discederent, sufficientemque cautionem præstarent de illo non admittendo, & de Cæsare (cujus suprema in illas provincias authoritas erat) debite recipiendo; in quo cum Bavarus vidisset Ordines tergiversari, promoto ulterius exercitu; illos ad fidem Cæsari præstandum adegit. Chamum deinde obsedit; illudque post exiguam dierum obsidionem deditione accepit. Intercessit autem post Chami obsidionem aliquis inter Bavarum & Mansfeldium de deditione copiarum, & patriæ, conventus, parario Carpensonio, qui inducias inter utrumq; exercitum ingessit, cui successit illud de pace commercium; per Chalonium Viennæ, cum demississimis litteris ad Cæsarem, & Legatum Hispaniæ à Mansfeldio exaratis plenius tractatum. verum cum hæc Bavarus confirmasset, & de recep-

Bavariæ Dux petit Palatinatum ad securitatem.

Chamum deditur.

ptu

ptu Mansfeldi convenisset, miratus est, quando se deceptum fuisse intellexit. quare furtive discedente, & à pactis & à patria, Mansfeldio, cæterum Palatinatus superioris occupavit. Ægerrime has Palatinatus superioris, & Chami occupationes tulit Regis Angliæ Legatus, qui Viennæ commorans, nunc ad Bavarum, nunc ad Infantem Isabellam Belgii Rectricem, & dominam, mittebatur, ut novas inducias, & pacem (si " ita illis videretur ibidem) componeret. ab his " enim induciis, & pace quamvis Imperator non " esset alienus; tamen ab istis Principibus, quo- " rum exercitibus, tam in Palatinatu inferiori, " quam in superiori, necnon in Bohemia fulcieba- " tur, maxime dependebat: quare non immerito " de illorum consilio pacisci volebat. verum longe " aliter hæc à Legato Angliæ interpretata fuere, " qui Palatinatus superioris invasionem avaritiæ " Bavari, ejusque cupiditati evertendi conceptam pacem adscripsit. Cui Bavarus luce clarius demonstravit primum ab Imperatore mandatum emanasse de occupando Palatinatu superiori (saltem ad securitatem ne obesset) deinde consilium de pace fuisse initium, atque ad ipsum fuisse rescriptum; ut si res foret integra, de pacis conditionibus ageret; quas à se nullo modo fuisse rejectas, testatus est. nam paulo ante pacis cōditiones Mansfeldio præscripserat, neque unquam superiorem Palatinatum, nisi ad majorem securitatem (ne Cæsar ejusque socii læderentur) occupaverat. quare satis evidenter se innoxium esse docuit.

Induciarum promissio excusatur.

Simile quid de induciis Palatinatus rursus à Cæsaris Aula promissis controversum fuit; nam de his apparuit Cęsarem, Marchionem Spinolam consuluisse: immo ejus mentis fuisse, ut illæ denuo constituerentur, quod ipse Digbius petierat. verum cum interim Mansfeldius verbis suis non stetisset, imo quotidie cum Cæsareo, & Ba-

varico exercitu decertaret; cum etiam, qui in Palatinatu inferiori erant, pro Palatino præsidiarii prius induciarum leges corrupissent; jamque Mansfeldius castigatis aliquot juxta Norimbergam oppidis, inferioribus Palatinianis conaretur sese conjungere; induciarum spes per Bavarum, & per Consalvum Cordubam Mansfeldium insequentes sublata fuit: neque mutatis jam rebus, illa amplius suadenda videbatur. quare Corduba exacto jam induciarum tempore, cum ulterius prorogandæ non viderentur; Francodalium obsedit; illamq; urbem fortiter oppugnavit. sed Mansfeldius cum integro exercitu occurrit, ut Hispanos inde, atque ex universo Palatinatu submoveret. illius vero vestigia pressit Tillius, ut Episcopos Herbipolensem, & Bambergensem protegeret; sicque inter ferventissima armorum exercitia, pacis, ac induciarum mentio penitus expiravit; & quilibet sese ad defensionem præparavit, non sine ingenti molestia Electoris Moguntini, atque Herbipolensium, qui fere universum impetum Mansfeldii sustinuerunt. Hinc postea etiam Bavarus immerito multorum indignationem incurrit, à quibus in suspicionem vocatus est, quasi ex composito Mansfeldium in

Obsessio Francodalensis.

Dux Bavariæ suspectus.

„ inferiorem Palatinatum submisisset ut Hispano-
„ rum progressum impediret, & ipse cum suis ac-
„ cedens, partem Palatinatus inferioris invaderet.

quod multis difficile fuit aliter persuadere. Apud Moguntinum tamen, & apud socios fœderis Bavarus sufficienter & cum veritate se excusavit, fassusq; est, à Mansfeldio se circumventum, deceptum, & mirabili celeritate fugientis exercitus præoccupatum fuisse; atq; ideo Tillium submisisse, ut damna præcaveret, & Mansfeldium detineret. Accusabatur interim Burgundorum tarditas, & nimia benevolentia, quod pactis secundo induciis Palatinatui indulsissent quietem; cum tamen potuissent, omissis induciis, citius il-

lum

lum occupare. Hæc tamen multis non sufficiebant, qui sentiebant, Tillium Heidelbergam venisse, ne Burgundus illã occuparet, quod ex successu petitionis, & occupationis illius urbis postea magis innotuit. Mansfeldium, nõ procul ab Heidelberga, cũ Francodaliũ peteret, Bavari deseruerunt, & de locis Palatinatus solliciti, eadem impune, nemine resistente, occuparũt Heidelberga excepta, quam cives pertinaciores ad extremum usque se defensuros ostenderunt.

Liberata jam à Mansfeldio Bohemia, aliquantulũ quietior Silesia & Vngaria fuit; Iagerndorfius enim ex rapto jam tum vivere solitus, spoliatis undiq; vicis, atque hominibus, vix amplius alendo exercitui sufficiens, in Bohemiam veniens semel, atque iterum repulsam passus fuit. In Silesia etiam castigato eodem Iagerndorfio, cum Ordines Comitia indixissent, & Saxoniæ Duci juramentum Cæsareo nomine (frustra illud Iagerndorfio dissuadente) dixissent; seditiosi milites in Moraviam conversi sunt, ubi cum Vngaris conjuncti; Le... ckinum, Helfonsteinium, & pauca oppida invaserunt; per quæ postmodum Vngaris aditum in Moraviam præbuerunt, sed multo minori fortuna, quam alias; cum nul... sese opponeret. Pariter in Vngaria res fæliciores evaserunt. Bethlemus etenim, spe sua deceptus à Turcis, per Polonos præpeditis, auxiliá petita, & addicta obtinere non potuit; totumque Cæsaris exercitum in Moravia, & Vngaria excubantem diutius non sustinuit. Quare rursus ad pacis mentionem injectam accessit. Maxime quia Budeanus tertiò à Cæsarianis circumventus, dum multos suos amisisset, satis constanter in conciliationem propendebat. nolebat Bethlemus solus relinqui ad ictus Cæsarianorum illo tempore excipiendos, quo Turcæ tam infæliciter cum Polonis, & Cosaccis pugnaverant amissis uno mense plusquam quinquaginta millibus

Iagerndorfii expeditiones.

Bethlemus pacem ambit.

cum tribus præcipuis Rectoribus, ac Præfectis, & Constantinopolis tanta fame, ac peste laboraret, quanta unquam ab hominum memoria laborasse constabat.

Pacis dies, & locus dictus fuit Nicolaisburgi, quo semel atque iterum destinati Cæsarei convenerunt; sed semper utraque parte dubitante: nam Bethlemiani in Moraviam excurrere non omittebant. ibidem enim aliquot turmas equitum Caroli Donavii oppresserant, & arcem Stembergicam incenderant, & paulo post rursus à Cæsarianis pulsi insolentiæ suæ pœnas dederant. Quare decedente etiam è vita Comite Nicolao Tursone pax comperendinata fuit. verum non parum inde Iagerdorfius, cognoscens, quam facile possent illa coalescere; animum & vires remisit, ac de cætero modestiorem se præbuit. Quod non parum in Bohemia do'uere Thaboritæ tunc temporis à Comite Balthasare de Marradas obsessi, qui post recessum Mansfeldii in solum Iagerndorfium spem suam collocarant, & defenderant se tant s anim s, ac militari prudentia propugnarant; ut si plures tales expeditiones Bohemia debuisset tolerare; nō exiguum metū rebus Cæsareis it jecissent. Detentus enim ibi fuit exercitus multorū millium aliquot menses, quibus praclare virtutis viri occubuerunt, aliique egregie exerciti: multoq; diutius elaborassent, si promissa hostibus auxilia ab aliquo repræsentata fuissent, aut annona paulatim deficiens illos non deseruisset. Dedit onem postea plurimum promovit, obitus Romanesci in urbe Gubernatoris. sed tamen serius Thaboritæ sese tradiderunt, ut postea referemus.

Thaboritarū obstinatio.

Iam Mansfeldius in Palatinatum descenderat, & strato ponte Rhenum transmiserat ad Manheimium, ut Francodalium à Corduba obsessum liberaret: sed prius Steinium aliaq; loca Montanæ, stratæ, paulo ante ab Hispanis occupatæ, irrito

Bellum in Palatinatum transfertur.

irrito conatu tentaverat; ita ut bellum ex Bohemia in Palatinatum translatum fuisse videretur; nam eo etiam Tillius suas copias ex Palatinatu superiori duxerat, & ex itinere aliqua loca ad Nicrum occupaverat, Heidelbergamque ambiebat; & præter Mansfeldii copias, quibus Corduba cedere cogebatur; non solum Regis Angliæ, seu Palatini sub Veerio ibidem præsidia agebant, & viarũ periti continuas excursiones habebant: sed novus exercitus Christiani Duci Brunsvicensis major quam vires illius poterant sustinere, ex inferiori Saxonia expectabatur. quod non exiguam sollicitudinem Archiepiscopo Moguntino, cæterisque Rheni accolis injiciebat; cum, & huic exercitui Regem Daniæ, Ducem Brunsvicensem, Pseudoarchiepiscopum Magdeburgensem, aliosque inferioris districtus Saxonici Principes nomen dedisse putarentur. neque jam de Mauritio Hassiæ Regulo licebat valde dubitare, qui rogatus à vicinis, ac sociis, ut transitu præfatas copias Brunsvicensis prohiberet, sociaque arma conjungeret; potius è contrario aditum aperuit, illasque in fines Moguntiacos suique patruelis Ludovici immisit. Cesserat itaque, veniente Mansfeldio, Corduba, qui cum Alzeam, Crucenacum, & Cæsareolutream se recepisset, rursus Mansfeldius Rhenũm transmisit, & loca omnia trans Rhenum Episcopatus Spirensis depopulatus est. quod non difficulter exercitus Bavaricus, & Burgundicus præpedivisset; nisi etiam inter ipsos Duces dissidia de limitibus executionis incidissent. quæ ut evitaret Corduba, cis Rhenum se continuit, & Tillius trans Rhenũ non satis copioso milite instructus, ut Palatianos, & Mansfeldianos in solo alieno aggrederetur; munitionibus, quas erexerat, se defendit, totamque prædam insolentibus Palatini, ac Mansfeldii militibus reliquit.

Christianus Dux Brunsvicensis præparat exercitũ.

Cum autem bella fere in Bohemia decessissent, & Silesii suum Iagerndorfium condemnassent, jamque nova pacis facies in illo regno appareret, legibus agi cœpit, proscriptorumq; bona passim vendita, vel in stipendium tribunis, militum, ducibus, ac præfectis assignata sunt, maxima quidem in initio confusione; nam levi æ-
» stimatione plerumque & levissima pecunia fere
» cuprea vel exiguo nummo projecta fuere bona
» licet amplissima, quia deserta nullius frugis æstimabantur eo tempore; cum vix reperientur coloni, & quia adhuc milites exactionibus illa destruebant, & pecudibus, equis aliisque armentis destituta, parum, vel nihil valerent; & denique quia adhuc erant omnia incerta, an forte vetus Dominus reconciliaretur, an alius hæres in officio Cæsaris permanens præponeretur; an fortunæ ipsæ potius Cæsari, aut alteri addicerentur. sed hæc omnia postea correxit pedetentim Aula
» Cæsarea Viennensis, ubi de Ecclesiasticis ego sol-
» licitus, suggessi, ne Parochiarum collaturæ, prout hactenus moris fuerat; simul cum temporalibus bonis venderentur in præjudicium Archiepiscopi, Abbatum ac Collegiorum difficulter tandem impetravi, ne saltem oppignorarentur non Catholicis. quod postmodum solemni decreto stabilitum fuit, imperatumque Proregi Bohemiæ, ut cujuslibet loci Parochias Cæsari reservaret, aut Catholicis tantum concederet. Emanavit deinde aliud decretum, ut nulla bona venderentur, nisi constaret emptorem solam Catholicam Religionem profiteri.

» Vrgebam tunc vel maxime, ut tandem libera-
» retur regnum à concionatoribus hæreticis, qui
» per totum regnum incautos seducebant, & ple-
» bem concitabant, præpediebantque ne Catholi-
» ca Religio expectatos fructus faceret. sed hæc adhuc immatura videbantur, nondum superato Thaborio, & Wittingavia, necdũ quiescente Iagern-

gern-

geindorfico ac Silesii, necdum etiam compositis Vngaris, de quorum pace tunc agebatur, quæq; potuisset simili Religionis præpostero zelo turbari; si obstinatiores Vngari, vel tales conditiones ingessissent, vel exemplo Bohemorum commoti, sectarios suos una cum Bohemicis, excitato Pragæ tumultu propulari non valde difficile rigidius propugnassent; quamobrē aliquantulum nobis supersedendum fuit. Praga interim (recuperata civitate Thaboriensi) novo milite præsidiario, me peculiariter instante, munita fuit ex legibus, quæ in hyberna deducebantur; & Jagerndorfius (dum Vngari de pace agerent. Silesiique serio reconciliati, Saxoniæ Electori contra mentem, & munitionem ejusdem Jagerndorfii sacramentum dedissent) contractis copiis suis Glatzium, & Troppavam secessit. Vngari etiam, adulto Decembri pacis conditionibus cum subscripsissent Nicolasburgi, sicque Moravia, & Austria inferior securius, dispertito milite poterant quiescere rursus instituti, ut seditiosi illi blaterones ex Bohemia profligarentur; quare tandem Viennæ mandatum Cæsareum impetravi idibus Decembris, quo Praga, & ex universo regno Bohemiæ rursus perpetuo, & serio proscriberentur ministri falsi Evangelii Calvinistæ, Picardistæ, & cujuscunque sectæ inquieti, ac seditiosi declamatores; ita ut ex sola Pragensi civitate quadraginta alias moniti, sed rursum Pragæ delitescentes, summo civium dolore, ac lacrymis ditioni fuerint, & Taboritæ statim post occupationem oppidi, Catholicæ Religioni nomen dederant, & sic qui ultimi ad obsequium Cæsaris accesserant, primi sinceræ fidei rudimentis initiati magna constantia cæteras omnes totius Bohemiæ civitates anteierunt. Præter mentem tamen Cæsaris, duo adhuc Pragæ detenti sunt Germani hæretici Prædicantes, de quibus cum cæteris modestiores fuissent,

Præsidiarii Pragam mittuntur.

Controversia de duo-

bus prædicantibus. sent, rursus quæstio ex composito à ministris injecta, ut plebs placaretur, exorta fuit, an communi decreto deberent etiam isti duo comprehendi. quod cum pertinaciter assererem, multique pertinacius negarent; adinventisque rationibus Politicis, non expedire assererent præsentib⁹ tumultibus, ut uno ictu omnes ejicerentur,
„ ne Saxoniæ Elector, aliique satis fideles à Cæsaris
„ fide desciscerent. & Palatino adhærentes bellum contrariis armis Cæsari inferrent. visum est duos illos ulterius esse tolerandos; curavi tamen præfigi terminum, & supprimi tolerationis decretum, quo semper auxii & incerti modestiam saltem simularent, & tempore debito recederent, In Pascha igitur Proximum anni 1622, eorum eject o dilata est, verum & tunc non exigua difficultas exorta est ratione imminentium Comitiorum Vngariæ, in quibus Vngari majori ex parte adhuc hæretici forte offensi, ob communem Religionis causam recalcitrassent. quare & tunc supersederi necesse fuit. monui tamen meum Vicarium Pragæ, ut frequenter aliquos mitteret, qui concionibus hæreticorum prædicantium interessent, & aculeata dicta contra fidẽ, aut disciplinam politicam annotarent.

Pax Vngariæ. Pax interim in Vngaria successerat, sed maxime ad favorem Bethlemi, qui à titulo quidem Regis coactus fuit abstinere, coronam Regni restituere, regno excedere, limitaneas arces & munitiones ad manus Cæsarianorum deponere. sed vicissim Cæsar, condonatis injuriis Vngaris, ac Transylvanis, titulum Principis Imperii, septem Comitatus in Vngaria cum urbe Cassoviensi ad dies vitæ concessit, & insuper duos Ducatus in Silesia, Opolensem, & Ratisboensem, nec non dominia Monchalium, Tokaium, Zagmariam, & Eschetum, quorum præsidia à Cæsare solvende Cæsari tamen tenebantur prius sacramentum dicere. De Religione cum Bethlemo & Vngaris

garis (quia aliter fieri non poterat) statutũ est, ut in eodem statu maneret, quo fuerat, quando Cæsar fælicibus auspiciis inauguratus est. insuper Iesuitæ recipi deberent, si bona soli non possiderent; & bona oppignorata possessoribus, usque ad proxima Comitia relinquerentur, sed tunc redimerentur; alia vero donata pristinis dominis adjudicarentur.

Hac transactione inita, consternati fuere quã maxime Cæsaris hostes, proximi etenim, qui in Silesia erãt, sub Iagerndorfii signis, Post aliquot disceptationes, velitationesque cum Ordinibus Silesiæ, & Saxonici Electoris commissariis convenerunt, & dedito Troppavio, Oderam oppugnarunt, atque expugnarunt. Quo tempore Teschinenses præsidiarii simili modo sese dederũt, ita ut quadraginta signa Iagerdorfiensis exercitus, paucorum dierum spatio, dissipata sit, totaque illa Provincia, præter unicam Glatzensem munitionem in Cæsaris protestatem devenerit; moxque relicta parte exercitus, alia in Imperiũ destinata fuerit nam in Imperio, ut supra tetigimus, ad Rhenũ provinciæ infestabantur à Mãsfeldio, & à milite liberioris disciplinæ qui omnes ad ipsum confugerant. ab his Landavium, weissemberga, & tota fere Alsatia magnum damnum patiebatur. solo Haganoia multis millibus deprædationem redimens, postea tamẽ spoliata, validissimoq; præsidio onerata fuit. Tabernis insuper Alsatiorum, ubi est sedes Episcopi, frequentissimo cõparato milite obsessis, crebroque tormento quassatis; retrocedere cum suorũ jactura coactus est. quam ut ulcisceretur (postquam ipsius milites à Leopoldicis insignem cladem tolerassent) ipse jam ex milite prædator factus, desultoriis passibus universam provinciam ita afflixit, ut tredecim milliariorum spatio nullum integrum pagum reliquerit, quẽ non incendio, aut extrema exacta õe ad egestatẽ redegerit.

Silesii cum Iagerndorfensibus convenimt.

Mansfeldius ad Rhenum.

Incre-

Sacrilegia Mansfeldii.

Incredibile est & inexplicabile, quot tunc Ecclesiæ perierint, quod Ecclesiastici occisi sint, & quod Sacrilegia perpetrata fuerint, tam ab hæreticis militibus, quam à Catholicis ipsis passim in Diœcesi Argentinensi, Spirensi, Wormatiensi, ac Moguntinensi, impune grassantibus, & Sacramenta conculcantibus. Sacra vasa servierunt ad ludibrium; Oleū sanctum cum Chrismatis liquorem ad ocrearum militiem: Sacræ Hostiæ ad vilipendium; Sacerdotes ad opprobrium. Altaria ad contemptum, redditus sacri ad helluandum; & quidquid sacri erat, perpetrandum lesę Majestatis divinæ piaculum, contemptum fuit. Tantæ libertatis licentiam, & cladem in solam Bavarorum, & Burgundorum diffidentiam, atque diffidium non nulli retulerunt; si enim hi duo exercitus voluissent cōvenire; non impune Mansfeldius ita grassatus fuisset, nam miles non aderat, & otiosus quidem, qui tantæ insolentiæ opponeretur. Præsidiarias copias præter hos duos exercitus conscripserat Moguntinus Elector; alias Landgravius Darmstadiensis; indies etiam aliqui submittebantur ex Austria: Spirensis suum Vdenheimium, uti fortissimum Regionis propugnaculum, fortiter tuebatur: nihilque deerat, sola concordia excepta, quæ tamen adhuc assimulata fuit, tanto majori, quanto occultiori periculo, cui nec industria, nec prudentia, aut vigilantia humana poterat mederi.

Causa tantæ cladis.

Matrimonium Cæsaris.

Matrimonium interea inter Cæsarem & Leonoram Principem Mantuanam Oeniponti celebratum est, totaq; nostra aula Oenipontū fuit profecta spōsalia cohonestatura. In Belgio tamē sepositis ludicris serio de Iuliaco etiam inter hyemis frigora agebatur, illudque obsessi quarto mense pactis milite dignis conditionibus tradiderunt, magnamque ansam ad prosequentes victorias, tradita fere universa Iuliacensi regione, præbuerunt; quam tamen Ordines Hol

landiæ,

landiæ, Rex Angliæ. & plerique Principes Imperii magno conatu studuerunt præpedire. Iam enim tunc quam plures Cæsaris fortunæ incepe- runt invidere; deque illa dubitabant inimici, ac amici. Quidam Principes etiam Catholici una cum Anglo, & Dano de restituendo Palatino deliberarunt; aliqua etiam disceptatio, & diversitas opinionum circa initium anni 1622 sese obtulit inter Hispanos, & Cæsareos Consiliarios, ratione Electoratus Palatiniani. quem Cæsar, ut verbis suis staret, hoc anno im Maximilianum Bavarum transferre decreverat, quod Consiliū, cum à Comite de Ognat in eo Conventu non exequendum, sed alio commodiori tempore differendum æstimaretur, apud ipsum Regem illud probari posse, multi alii judicarunt. hinc de mandato S.M. Gregorii XV hoc negotium in me derivatum suscepi, & cum Cæsarea Majestate arctiori consilio conjunctus judicavi expedire, ut aliquis Hispaniam demandaretur, qui idem potentissimo Regi probaret. ad quam finem in Hispaniam delectus fuit Pater Hyacinthus Casalensis strictioris Cappucinorum observantiæ Religiosus, cujus Cæsareæ litteræ missæ fuerunt, quibus talem translationem non incongruam fore Cæsar ipse significavit. ipsemet, quo negotium faciliorem haberet exitum, totius mentis Cæsasareæ occursum in Belgium, ac Nuntium Apostolicum Archiepiscopum Patras, nunc Eminentissimum & dignissimū Card. de Bagni descripsi, rogavique ut Hispanos ad consentiendum disponerat. difficultates exortas penitus scripserā, & singulares hominum affectus sobrie retigeram, ut more gererem San stissimo, & Augustissimo, quibus eadem in hac translatione mens erat. Verum nescio quo casu litteræ nostræ cum litteris Augustissimi Cæsaris in manus hostium, plateas omnes scrutantium; & Veredarios spoliantiū, inciderūt, qui quod suspicabātur certo cognoscen-

Turba excogitantur.

Litteræ interceptæ.

gnoscentes, illud præpedire studuerunt. Palatinus ipse interceptas litteras sociis Regibus, & amicis communicavit, immo typis mandavit inter „ alias scripturas Cancellariæ, quam vocavit „ Hispanicam, ut stupenda, & longe spectantia „ consilia discuterentur, & majori conatu impedirentur.

Brunsvicensis exercitū movet.

Acerrimus in illorum commotione fuit „ Christianus Dux Brunsvicensis Halberstadiensi Episcopatui intrusus, qui aliis de Causis pariter Cæsari offensus, cùm non potuisset sui Episcopatus, præposterorumque decretorum contra Catholicos Ecclesiæ Halberstadiensis Canonicos editorum, confirmationem nancisci; causam Palatini simul, & vindictam suam suscepit, conscriptisque copiis, postquam consilia sua Principi Mauritio de Nassau, nec non Ordinibus Hollandiæ cōmunicasset, ex inferiori Saxonia in ditionem Moguntinensis Archiepiscopi, deinde in Landgravii Hassiæ, ac tandem in Westphaliam devenit; ibique Lipstadium, ac Susatum intercepit. postea suas copias in Episcopatum Paterbornensem, concessa libertate rapiendi, ac grassandi, promovit; & mox interceptis quam plurimis oppidis Paterbornensem civitatem proditione nonullorum civium ingressus, Iudæos prædę exposuit. Ecclesiasticos pecunia mulctavit, Cathedralis Ecclesiæ thesaurum invasit, & sacra Lipsana Sancti Liborii optimi argento, & auro inclusa profanavit, auream q; thecam sacrilege fura, in stipendia militum insolentissimorum post cusam monetam effudit. quod sacrilegium non occulte Deus in principe tam iniquo ulcisci voluit. nam, ut notarunt nonnulli, post tam probrosum, scelestumque facinus, nunquam postea victoriam aliquam reportavit, ut in sequentibus referemus. immo ne quis de vindicta dubitaret, cum præfatus Christianus ex thesauris illius Ecclesiæ, aliisque sacrilegiis conflatis pecuniam cudisset,

Superbia Brūsvicensis castigata.

disset, atque in ea B achium cum denudato ense expressisset, quasi contra sacerdotes specialiter evaginatū, (quod superba monetæ inscriptio significavit. nimirū flagellum Clericorum) voluit Deus, ut in vindictam tantæ superbiæ sceleratæque præsumptionis, non ita post brachio, & gladio destitueretur; ut postea referemus. cujus vindictæ præsagia etiam sensit in ipsa diœcesi Padebornensi, ac Monasteriensi, ubi quamvis occupata magna parte Westphaliæ, totaque ditione Episcopatus Paderbornensis, videretur locorum illorum perpetuus Imperator; tamen exiguis copiis Electoris Coloniensis repulsus fuit, & mox egere cœpit, tam auxilio, quam commeatu, pecunia, & bellico apparatu. ob quem non ita procul à Moguntia ad Höchstam misere cæsus, dissipato exercitu, vix ipse solus effugit.

Regis Angliæ oppositio.

Rex Angliæ translationem Electoratus, non tam armis, quam dexterrimis commerciis impedire conabatur. quare apud Regem Hispaniæ de Cæsaris inconstantia aliquoties conquestus, rursus prospectam sibi esse Cæsaris voluntatem circa translationem Electoratus in Bavariæ Ducem, jam olim promissam, proferebat; rogabatque ut sicut hactenus ipsius Regis ministri hanc non promovissent; ita deinceps Rex ipse suam auctoritatem interponeret, quo tandem pax integra constitueretur, non solum in Germania, " Sed in universa Europa. Quod ut facilius impetraret, spem speciosam Matrimonii unici sui filii " cum sorore Regis Hispaniæ injecit; ita ut quidam ejusdem Regis Consiliarii, prout fama evulgabatur, recuperationi Belgicarum Provinciarum inhiantes, non leviter ad pacē incundam, & ad Palatinatum cum Electoratu restituendum afficerentur, majoriq; conatu satagerent, Electoratus translationem Cæsari sub specie majoris boni " dissuadere; aut saltem ob instantem bellorum " calamitatem tati translatione augendam cum

univer-

universali totius Germaniæ commotione, rem differri, donec mutata facie Imperii, periculum, ne omnes Palatino accederent, abesset. nec deerant maligni nimium in futurum speculantes. qui hoc consilium adscriberent non tam speciali commodo, quam metui, ne Domus Bavarica semel ad Electoralem dignitatem promota succedentibus annis Imperialem dignitatem facili negotio assequeretur.

Electoris Saxoniæ considerata.

Præter hos Principes, translationi Electorat adversus, ne leviter opponebat Dux, & Elector Saxoniæ, alio tamen fine ut ferebatur, motus, & quidem duplici, uno Religionis, altero familiæ Palatinianæ commiseratione; nam Lutherana secta, hactenus paritate fere votorum in Collegio Electorali elata, atque ideo in omnibus Comitiis sui erroris tenacissima, per hanc translationem non parum damni patiebatur, cum in Catholicum Electorale votũ decideret. quod nõ facile à civitatibus Imperialibus, cæterisque Principibus Germaniæ plerumque hæresi infectis tolerandum judicabatur, tanto suarum fortunarum, nec non sectæ hactenus per æqualitatem votorum satis conservatæ periculo; ad cujus repulsam omnes Lutherani, Calvinistæ, Hussitæ, & quotquot sunt sectarii Ecclesiæ Romanæ hostes, & videbantur conspiraturi, Quia tamen hæc non expresse dicebantur neque consultum erat bellum Religionis indicere, hinc Saxoniæ Elector rem ut sit pro familia Palatiniana per similem translationis dignitatis pessundanda, non sine desperatione filiorum; & iniuria consangvineorum non tolerantium simile opprobrium ac notã tam splendidæ familiæ. quare nullo modo defraudandam Electoratu sentiebat ob delictum unius parentis, vel potius ob consiliariorũ Fredericum seducentium culpam. Satius itaque videbatur, si castigato Frederico Palatino saltem in filiũ Electoris dignitas devolveretur,

Familia Palatiniana consuli voluit.

veretur, quo medio satisfactum iri regi Angliæ, & Majores etiam difficultates Protestantium evitare posse arbitrabatur. Cum Electore Saxoniæ non pauci Principes Protestantes à Rege Angliæ, Daniæ, & ab aliis persuasi, quos non minus Palatiniana familia, quam sectarum conditio premebat, idem sentiebant. His tamē omnibus rationibus præter zelum Religionis Cæsaris promissio Bavariæ Duci alias facta opponebatur quam ut Cæsar integrum servaret, missus est Archidux Carolus ad Electorem Saxoniæ illius amicissimum, ut illi persuaderet tunc expedire, ut Cæsar Bavaro tot subsidiis impensis addictus, & verbo oppignorato obstrictus fidem datam præstaret. Verum ab Electore vix impetrari potuit, ut solum in Bavariæ Ducem Maximilianum Electoralis dignitas transferretur, (ut Cæsar promissionem impleret) non vero in illius hæredes transiret, sed ad Fredcrici Palatini filios devolveretur: cui consilio cum Cæsar voluisset ad tempus morem gerere, de solis Austriaco nominis devotis scrupulo eximendo difficultas erat. Itaq; in eo acriter laboravimus tam Bruxellæ, quam Matriti apud Regem, Regiosque ministros Comitem de Olivares, ac Balthasarem de Zuniga; & cum nostra consilia publicata fuissent sub titulo Cancellariæ Hispanicæ; Cæsar mirum in modum anxie verebatur, ne universalis commotio in Germania oriretur. Quare non parum metuebat Sedes Apostolica, ne translatio Electoratus vel omnino omitteretur, vel saltem in plures annos differretur, ac tandem evanesceret occasio tam insignis rem Catholicam augendi, quibus curis dum undique angustiaremur, & non evidenter res tota ab evento penderet, Palatinus, ut extremum tentaret post excitatos Protestantes Principes, ipsemet ex Hollandia, facto itinere per Galliam, & Lotharingiam, in Palatinatum advenit, rem propriam suam

Cæsaris ratio constantissima.

Austriacorum scrupulus.

sua curaturus præsentia; qua visæ fuerunt res omnes abolitæ, & consilia immutata. & quia Cæsar Comitem Suartzemburg paulo ante in Angliam miserat, ut de depositione armorum, & de modo aliquo rem honeste componendi tractaretur; quod pro sua humanitate Infanti Isabellæ commiserat, sibi solam finalem sententiam reservans, per Palatini in Germaniam adventum; etiam commercium illud evanuit, & nihil certi ibidem statui potuit, cum forte si aliquid statutum fuisset, Mansfeldius vel alius pro Palatino
„ bellum gerens non obedivisset. Cæsar interim
„ divulgata jam ejus mente de transferendo Ele-
„ ctoratu in Bavariæ Ducem, eidem sententiæ constanter insistere debuit, ne levis videretur, & inconstans, ac non sine imminutione Cæsareæ Majestatis irrideretur. quare ex eo quod detecta res foret, quæ maxime nos cruciabat, natam vidimus constantem Cæsaris mentem, quam amici omnes probarunt, & soli inimici oppugnare studuerunt. Mansfeldius enim qui rursus cum infante Belgii administratrice, ac Domina, pacisci cupiverat, imo jam per D. Rollingerum, habitis conditionibus proficuis, pactus erat; ad præsentiam Palatini à pactis recessit. Marchio Durlacensis insignem exercitum quindecim millium pugnantium habuit instructum, & in apertum campum adduxit. Christianus Halberstadiensis cum suo exercitu ex Westphalia, & Paderbornensi agro ad Rheni vicina accessit, ut Palatinatui consuleret, & incepta negotia turbaret; multumque jam numero, & commoditate loci superiores omnia sibi Palatiniani pollicebantur. jam Maideburgum Spirensium arcem receperant; Spiram ipsam Mansfeldius cum Frederico Palatino intraverat; Manheimiumque suum repetierat; & Prope Wiselocham impetu facto, quandam de Tillio victoriam reportaverat, quare Heidelbergam reversus

versus magna solemnitate à civibus post tot exilia, & calamitates receptus fuit. inde Mansfeldius nomine Palatini recuperato Sintzheimio, Laudemburgum, aliaque loca obsedit, certa spe Fridericum tandem mutata fortuna, universo Palatinatui, ac mox Bohemiæ restituendum, maxime ubi exercitus Marchionis Durlaciensis, qui præsto erat, in consternatos priore clade Tillianos incidisset, & Bavaricos in medio duorum exercituum solerter oppressisset.

Pugna ad Winpenam.

Verum mox mutata fortuna, Bavaricis copiis una cum Hispanicis unitis, ad Winpenam celeberrimam victoriam cōcessit; in qua Durlaciensis, quamvis instructissimus apparatu, & numero militum, ac loci commoditate superior, cum octo legionibus, viginti octo equitum turmis, decem tormentis, & mille octingentis curribus disposita acie; cecidit in manus Tillianorum, & Burgundianorum, qui paulo ante castra sua conjunxerant.

Hanc vero insignem victoriam, tam impari apparatu obtentam quisquis ea tempestate Cæsaris fælicitati potius, quam Generalium virtuti tribuit. Cæsari enim astra ipsa & Superi militarunt, prout ipse comperi, dum essem in Conventu Ratisbonensi pro translatione Electoratus, quod tunc ad paucorum devenit notitiam. Mihi enim retulit Ioan. Godefridus Episcopus Bambergæ, & Herbipolis, ob incomparabiles virtutes dignus æterna memoria, qui postea in eodem Conventu mortuus est; ex narratione sui cujusdam præfecti militū, quamvis è Lutheri gregalibus (alebat enim suis impensis idem Episcopus duas insignes legiones, unam peditum, & alteram equitum in exercitu Catholico) quod cum ambo exercitus una acriter concertarent, & Catholicus adeo succumberet, ut duabus bombardis amissis, propius periculo esset; forte prope prædictum præfectum miles quidam, legionis Hispa-

G nicæ

nicæ Cordubæ discurrerat, hic (cui octodecim mensium facultatem loquendi magni cruciatus ademerant, quibus captivus ab hostibus attritus fuerat) ad eundem conversus, dixit mulierem candidis vestibus fulgentem se in aere videre, quæ nutu Catholicos ad bellum excitaret, & victoriam polliceretur. cumque paulo ante ipse miles progressus esset, casu in bombardā (quam smiriglium vocant) ignito fomite sui sclopi ignem intulit. illico vi erumpentes pilæ, inimici exercitus undequaque curribus constipatam munitionem inflammarunt, tanto impetu, tanto omnium terrore, ut dispersi milites vires colligere, ac pręlium restaurare nequiverint. ex quo tanta confusio postea emanavit, ut desperatione adactus Marchio cum paucis sylvas fugiens saluti suæ consuluerit, amissis impedimentis omnibus pretiosissimis, inter quę ferebantur fuisse aliquot currus monetæ signatæ, quam milites pileis suis exceperunt, & graviori mensura diviserunt. Subdam id quod postea mihi subjunxit, Episcopus ad reprimendam perfidiam Lutheranorum, aliorumq; hæreticorum impugnantium intercessionem Sanctorum. Cum enim suæ legionis præfectum hæc narrantem Episcopus interrogasset, an mulierem tunc temporis ipse vidisset, & quam illam fuisse putaret, respondit, se non vidisse: attamen pro certo credere, fuisse aliquem Angelum; cui subridens Episcopus subjunxit: num vidisset unquam angelum depictum sub forma mulieris? illam fuisse Deiparam, maximam Imperatoris patronam, cujus patrocinio præclarissimas de hostibus victorias reportarat, quam suam generalissimam vocare, depictamq; in suis militaribus signis deferre consueverat. Ingens sane miraculum, cui haud dubiam tanti Præsulis authoritas fidem facit.

Miraculum Mariæ Matris Dei.

Hac victoria divulgata fælicior fuit successus Comitiorum in Vngaria, quæ paulo post celebrata

[Com]itia Vngaria.

brata sunt; ubi de Religione opportune tamen tractari non potuit. plurimi enim Vngarorum proceres adhuc exacerbati, parum tam Religionis curarunt; de qua silentium esse volentes, regni difficultates explicarunt, pacem constituerunt, coronam stabiliverunt, commercium Turcarum moderati sunt; communi Ordinum deinde consensu de limitaneis locis præsidio Germanico firmandis, de legibus provinciarum, de Ordinum fide erga Cæsarem declaranda, de instauratione arcium, de recuperando Wastzio, de purgatione fluminis prope Taurinum de constituendis præfectis, de administranda justitia, & de recuperatione locorum Bethlemo oppignoratorum actum fuit. Post electionem vero Palatini regni Vngariæ, quem pro illa vice Lutherani adhuc votis prævalentes Stanislaum Tursum Lutheranum, sed mitioris ingenii hominem constituerunt, & præsidia Germanica admiserunt, Religionem penitus dissimulantes, Ordines ipsi Augustam Imperatricem coronare desiderantes; illud officii genus sponte sua Cæsari obtulerunt una cum debitis, ac solitis honorariis liberalissimis. maxime autem Cæsarem placare studuerunt, quando durantibus Comitiis de perturbato Turcarum statu, necatoque Ottomanorum Imperatore tragœdia innotuit; nam tunc rebus suis illi consulentes; non parum sibi ab Imperatoria potentia metuebant, quare etiã ipsi diversas contra Religionem editas constitutiones, regis arbitrio moderandas, permiserunt, & sacratis personis ereptas fortunas restitui mandarunt.

Interim cum mihi à Sacra Congregatione de propaganda Fide fuisset significatum in regnis Slavoniæ, Croatiæ, Bosniæ, & Dalmatiæ, quæ sunt unita regno Vngariæ, multum præpediri verum ritum Catholicum, imo ipsam Catholicam Religionem, ex eo, quod in dictis regnis non

essent Breviaria, nec Missalia juxta Catholicam reformationem; eaque nec Romæ, nec alibi imprimi posse; cum non reperirentur Illiricorum litterarum typi, eos obtinui gratiosissime à Cæsare dono dandos Sacræ Congregationi, quos Ferdinandus Primus posuerat Greizii ex qua civitate ad castrũ fluminis in Dalmatia, inde per mare Adriaticum ad Anconam transmittendos curavi; qui integri Romam pervenerunt. Eodẽ tempore obtinui à Cæsare templum Parochiale S. Michiaelis una cum ejus domo, & redditibus in civitate Viennensi prope palatium Archiducale pro Patribus Presbyteris Sancti Pauli, vocatis Barnabitis, qui insigne ibi fundarunt Collegiũ, ex quo sperari possunt ingentes fructus Religionis Catholicæ in illa civitate, & Archiducatu. Durantibus adhuc Comitiis, Cæsar nova Legatione Regis Daniæ pro Palatino requisitus est, ut ex variis locis exercitus pari passu dimitterentur, & amici tractatus ad totum negotium componendũ certo loco, & tempore instituerentur quam Legationem Cæsarea, qua alias, fœlicitate absolvit; ostendens quam injuste preter prima delicta, nonnulli culpam Palatini studerent adangere, & arma armis cumulando, magis iram suam irritare, prout Mansfeldius novissime fecerat in Alsatia, familiæ Austriacæ patrimonio, & in Episcopatu Argentinensi. quem imitatus fuerat Christianus Brunsvicensis, quando ex inferiori Saxonia (postposita matris, ac fratris sui adhortatione) in agrum Westphalicum, in Paderbornensem, & Moguntinensem, aliasque Imperii ditiones irruens; inauditas crudelitates exercuerat. Nihilominus Cęsar promisit, se in incepta tractatione pacis perseveraturum, omnemq; operam „ adhibiturũ, ut in pacis negotio Palatinus, aliiq; „ sentirent; nihil ab eo fuisse omissum, quo cõmu„ nis patriæ tranquillitas resarciri posset. quod etiam Cæsar pro innata clementia præstitit; & non ita

ita

ita post de novis Imperii Comitiis cogitavit; ut illa, quæ præcedenti anno ob tumultus Mansfeldicos non successerant; saltem hoc año fælicius coram plerisque Imperii Principibus, ac Cæsareæ fortunæ sociis peragerentur, & opportune habita ratione intercessionis Regis Daniæ, Electoris Saxoniæ, aliorumque Principum concluderentur. Quo responso cum minime satisfactum fuisset Palatino, non destitit cum sociis grassari in ipsos etiam Lutheranos; per illos enim dies Mansfeldius in ditionem Landgravii Darmstadiensis irrupit, & ipsum Landgravium Ludovicum captivum abduxit Manheimium, posuitque in carcere, dicto Papalino, ex eo quod fuerat ibi carceratus Balthasar Cossa post concilium Constantiense. per illum Palatinus volebat pacem restitui, Cæsaremque rogari, ac cogi. verum cum Electores Saxoniæ, & Moguntiç indigne tulissent injuriam illatam Principi Imperii innocentissimo, illamq; Palatino exprobrassent; nihil de pristina mente justitiam Cæsaris promovendi amiserunt. Huic bonæ Cæsaris voluntati favit Deus prope Höchstam, quando illius exercitui secundam anni 1621. victoriam concessit contra Halberstadiensis, seu Christiani Brunsvicensis exercitum, ex westphalia in agrum Moguntinum ad succurrendum Mansfeldio, & Durlacensi Palatinum propugnantibus traductum. straverat enim Christianus pontem supra Mœnum prope Höchstam, illudque oppidum ad Electorem Moguntinum spectans occupaverat. Ibidem etiam insignes crudelitates contra Religiosos, ac cives exercens; exercitum in pagis ejusdem Moguntini distribuerat. ubi incendiis, & direptionibus Turcarum more grassabatur, deformata Vrsella, Erlentachio, Sualbacho, Delckenheimio, aliisque locis circumjacentibus. Quod ubi Cæsaris Bavaricus exercitus intellexit; circa illud tempus, quo copiæ ex Vngaria, & Moravia

Victoria ad Hochstam.

ravia in partes Rheni transierant, selecta signa ex Cordubensis, Tillii, & Onaltini copiis convenerunt cum octodecim tormentis non procul à Francofurto; ubi cōstructa acie, aliquandiu substiterunt, ut fortunam prælii experirentur. Verum retrocedente Halberstadiensi, exercitus Cęsareus in tria agmina divisus fuit. Onaltinus medii agminis ductor hostem ex munimentis expulit, & Höchstam fugere coegit. Tillius statim hostem insequutus, medium se inter copias Halberstadiensis collocavit. sed illarū pars per pontem præcurrens, rupto ponte, in Mœnum decidit; alii in arcem confugientes, admotis tormentis, sese dediderunt: alii fluvium tranare conantes, cum equis, & armis submersi sunt. Croatæ fugientes insequuti, omnes interneciomi tradiderunt. ita ut tria millia occisorū numerata sint.

Mansfeldius in Alsatiam fugit.

Pauci, qui superfuerant Mansfeldicis sese conjunxerunt cum quibus Mansfeldius, Tillium insequentem metuens, dum annonæ penuriam in Palatinatu, à tā potenti exercitu occupato, metueret; Alsatiam prius quā præveniretur celerrime repetiit, & de novo pecuniam extorquere cæpit ab Andlaviensibus, Rossetanis, & Verresiis; quod cum etiam à Tabernitanis sperasset, spe sua excidit, validosque præsidiarios invenit, unde de fuga, depasta jam Germania, cogitavit.

Palatinus renuntiat Mansfeldio obsequium.

Palatinus vero cum sibi omne subsidium præcisum prævideret, sciretque Bruxellis de pace agi, quam sciripserat Rex Angliæ, non parum à Mansfeldio, & Christiano Halberstadiensi præpediri; utrumq; publico diplomate exauctoravit; ac Sedanum reversus, non ita post simulato habitu, in Hollandiam rebus suis diffidens pervenit. Mansfeldius autem ad antiquos suos dolos conversus, impetrata, ac publicata missione, per Tillium operam suam Cæsari exhibuit, una cum Brunsvicensi, si modo Cęsar stipendiorū partem penderet, & proscriptionem aboleret: quæ doli

doli causa tamen dicebantur, ut alteri operam suam locaturus imunis posset aliquandiu persistere, ac sine gravi periculo evadere Lotharingiæ ergo fines tunc ingressus ibidem aliquandiu hæsit, & nunc regressum in Germaniam, nunc progressum in Galliam ad Regem; nunc directum iter in Belgium moliebatur: serius tamen consilium dissimulabat. Interim Bruxellæ Suartzemburgicus cum Regis Angliæ Legatis, & Palatini ministris convenerat. sed difficulter votis correspondebant. Palatiniani enim integram suæ ditionis, nec non dignitatis restitutionem deposcebant, Cæsarei vero vix illius partem concedere Frederico, sed filio primogenito, & dignitatem post obitum Ducis Maximiliani; ea tamen conditione, ut Catholicæ Religioni addiceretur; forte se offerre posse dubitabant, sicque infecta tractatione, totum negotium ad futurum Conventum, cui maxime Palatinus diffidebat, dilatū est; ad quem Cæsar Saxoniæ Electorem, Ducem Pomeraniæ Mechelburgensem, Electores Catholicos omnes cum Ludovico Landgravio Hassiæ, qui paulo ante è manibus Mansfeldii, & Ludovici Palatini liberatus fuerat; invitavit. Prius autem Cæsar sententiam in Marchionem Durlacensem tulit, ut Marchionatū Badensem Eduardi filiis, uti hæredibus legitimis, restitueret. Lis etenim ista sub tribus Imperatoribus dudum ab Eduardi Marchionis Badensis filiis agitata fuerat contra Georgium Fridericum Marchionem, qui, nepotum suorūm tutor, hæreditatem pupillorum sibi appropriaverat; occasione capta, quod parens ad impares nuptias transisset, & Catholicam Religionē invehere tentasset. quod quamvis in Imperio absonum foret: tamen causa nondum satis inspecta, & ne ob rem singularem integra Germania bello affligeretur; in Marchionem Badensem hactenus toleratum fuerat. cum vero præfatus Marchio Georgius Fridericus

Mansfeldius in Lotharingia.

Sententia de restituendo superiori Marchionatu.

arma contra Cæsarem strinxisset; ac prius filio ditionem suam magna fraude cessisset; fuissetq; pars aliqua ditionum pupillorum Principum à
» Marchione Spinola inter alia loca occupata; vo-
» luit Cæsar ad intercessionem Electoris Moguntia-
» ni, ac nostram, (maxime ut Catholica Religio
» debite promoveretur,) veris hæredibus, Eduardi
» filiis Catholicis in Aula Bruxellæ educatis, ditionem restituere. quare ex sententia suorum Consiliariorum aulicorū unanimiter suffragantium secundum jura scripta, & Germaniæ consuetudines, Georgium Fredericum uti reum condemnavit ad restituendum eisdem superiorem Marchionatum Badensem, nec non fructus perceptos, ac percipiendos, cum omnibus clenodiis, tabulis, mobilibus, & refusione sumptuum, ac damnorum.

Sicque Marchio Wilhelmus horum primogenitus per Archiducem Leopoldum Commissarium Imperialem in Marchionatum fuit restitutus, & statim nihil antiquius fuit illi, & magis in votis, quam (sicut mihi promiserat antequam
» Vienna discederet) ut ad avitam Religionē suum
» Marchionatum revocaret; sic postea præstitit per
» Patres Societatis Iesu Spira evocatos; quos in præcipuis locis populo præesse voluit, pulsus Lutheranis buccinatoribus, immo res tam fæliciter, auspice Deo, successit; ut omnes subditi ita sacra Catholicorum susceperint, ut nunquam abjurasse putarentur, & vere sese antiquos Catholicos pietate, & religione referrent. In hac rerum constitutione instituti apud Cæsarē, ut tantarum victoriarū memor, Deo gratū obsequium rependeret in restauratione suarū provinciarū, ut paulatim seditionibus, ex heresi originem ducentibus, occurreretur; ita sua Majestas ingenti sollicitudine, ac pietate, quam semper prætulit, cum in Moraviam destinatos Legatos ad executionem suorum decretorū misisset, multosq; ca-

pite

pite mu'ctandos vita donasset; primo Cardinalem Dietrichstain monuit, ut ad imitationē Bohemiæ, Prædicantes omnes è Moravia proscriberet: deinde cum ex me cognovisset adhuc clancularios aliquos ad præcipuas urbes hærere, ac nonnullos cives passim festivis diebus eo excurrere; stricte inhiberi præcepit, ne quis privatis istis conventibus, quasi seditiosorum receptaculis auderet interesse; pariterque pupillos omnes, & scholas à cura sectariorum exemit. in quo cum singulariter vidissem Moravos obedivisse; de Anabaptistarum secta proscribenda cogitavi; licet arduam me provinciam subiturū pro certo scirem; tamen Deo Duce, multis superatis difficultatibus, invitis nonnullis Principibus, ac proceribus, à quibus fex illa (si temporale lucrum spectemus) proficua dependebat; obtinui, ut proscriberentur, & omnes Moravi hæreditario jure, & bello victi, familiæq; Austriacæ subditi, in una Religione viverent. quæ ut executioni mandarentur; maxima pietate, ac prudentia Cardinalis à Dietrichstain Gubernator provinciæ, postposito omni suo particulari commodo, elaboravit. Pari modo cum à me Cæsar percepisset magno doloris sensu, in Carinthia nidulari hæreticos, in postrema Religionis instauratione nondum penitus extirpatos, aut ex vicinis aliquorum Procerum regionibus paulatim & secrete irreptos, severo decreto, arcanis consilii directoribus Gretzii relictis mandavit, ut statim hæretici omnes in Carinthia, præcipue ii, qui Clagenfurti hærebant, aut scholæ Xenodochii, aut aliorum munerum curam gerebant, jurisperiti cives aut qualescunq; præscripto termino sex hebdomadarum, ac trium dierum (nisi resipiscerent) ex omnibus regionibus hæreditariis concessa bonorum venditione, eliminarentur; eliminati penitus, ac perpetuo proscriberentur.

Reformatio Moraviæ Cardinali commissa.

Anabaptistæ proscripti per diploma 17. Aug.

Ejiciuntur hæretici ex Carinthia per diploma 24. April.

Idem tentavimus ut in Bohemia publicaretur, *Conatus Cæ-*

[Ap]ostolicorum in Bohemia. saltem in urbibus Pragensi, & aliis Regiis: sed immaturum omnibus videbatur, donec non totaliter abactis ministris, populus, pluribus in locis adhuc omnino rudis, instrueretur à modestioribus, ac doctioribus Catholicis, quos in lingua Bohemica difficillimum erat reperire, pro Germanicis vero partibus ex Bavaria, & Passaviensi nonnullos, licet paucos bonos, poteramus nancisci. duo interim adhuc Pragæ hærebant Pseudoevangelii buccinatores, qui gentem plebejam præcipue subvertebant, & nonnunquam blasphemiis, & calumniis Catholicos onerabant. quare ad illos ejiciendos, eorumq; Ecclesias occludendas maxime à nobis elaboratum est; neq; enim deerant patroni, qui tam eorũ, quam populi Pragensis causam agerent, eosque consiliis, opibus, & favoribus foverent. ipsemet Cæsaris in Bohemia Prorex recenter confirmatus, quamvis alias diem Paschatis ejectioni eorundẽ præfixisset, ac deinde ob instantia Comitia Vngarica usque ad finem Comitiorum rem produxisset; etiam nunc de ejectione talium ministrorũ ambigebat, ac rursus differendũ fore censebat. quare contra hujusmodi procrastinationẽ Cæsarem cõveni, rogaturus, ut quod in Bohemia reliquum erat ad pietatem, & nominis sui æternitatem, amplissimumque erga Dei Majestatem meritum, ejectione duorum prædicantium, & occlusione Ecclesiarum perficeretur. neque enim de
" duobus tantum prædicantibus, sed de integra li-
" bertate Religionis agebatur. nam quandiu illi hærebant, & apertis Ecclesiis tolerabantur; tamdiu nullus è populo ad Religionem Catholicam accedebat. tamdiu adhuc sperabant sectarii suam Majestatem concessuram aliquando liberam facultatem errorum proclamationi: tamdiu etiam adhuc alii per universum regnum exemplo horum in regiis urbibus, & apud nobiles publice, apud plebejos vero, & vicanos privatim, eodem

Catholicæ Religionis periculum expenditur.

jure,

jure, ac nomine Augustanam Confessionem inclamabant, tanto populi plausu, ut ob prædicantes calicem Bohemis amicum præbentes, Catholici Sacerdotes contemnerentur. immo constabat jam ipsos Catholicos, Ecclesiis nonullis impositos, omnibus proventibus destitui, & miserrime vitã transigere. quare plurimi Ecclesias deserere cogitabant; eratque periculum, ne desertæ rursus ab hæreticis occuparentur. & quod maxime nos piosq; omnes affligebat; nisi tunc ejicerentur tales verbi Dei corruptores; de universa Religione perpetuo, aut saltem in longa tempora actum videbatur; nam si semel S.M. ad Comitia Ratisbonæ in proximum Septembrem indicta perveniret; in gratiã Saxoniæ Ducis, aliorumque Principum, coram talem gratiã pro suæ Religionis in Imperio tolerandæ exercitio postulantium, indubie cedere deberet; ut in aliis causis, è quibus alia pendebant Comitiorum negotia, eorum gratiam mereretur. Quod periculum ut præveniremus, bene gerendę rei ansas omnes arripere debebamus, maxime quod quotidie augebatur etiam in hosce prædicantes odium, cum cæteris insolentiores non desisterent in Catholicam Religionem invehi, & recenter quidem in festo Assumptionis gloriosissimæ Virginis Mariæ Matris Dei (quod solum ab hæreticis Lutheranis colitur,) unus illorum turpissimas blasphemias evomere præsumpserat. alii etiam in urbibus regiis, quamvis modestiam simulantes, non omittebant aculeata verba serere, quæ seditionem nonnunquam potuissent excitare, aut saltem turbis deditos animos seditionis seminibus fovere. Quæ cum ingenti animi sensu à me nomine Sanctæ Sedis Apostolicæ, & multorum Catholicorum repræsentata, & profunde in corde Cęsaris impressa fuissent, mandavit Sua Majestas rursus Proregi Bohemiæ, ut postquam in regnum pervenisset, tam ejectionē præ-

De prædicantibus ulterior deliberatio.

dicantium, quam occlusionem Ecclesiarum Lutheranæ Religionis promoveret. verum cum adhuc Prorex, cui multum deferebatur, suasisset, Cæsari, ut negotium hoc differri pateretur, saltem usque ad finem Comitiorum instantium Imperii, quæ jam in proximum Octobrem dilata fuerant, ne offenderentur Principes Lutherani convocati, & aversis animis, vel recederent, vel omnino adversæ parti adhærerent, differri oportuit, donec Glatzium, (quod adhuc Cæsaris copias exercebat in Silesia, in qua facile incendium novum excitasset) Lusatia, ac Bohemia ad officium Cæsaris redirent. fuerant enim qui illius loci periculum (ut prædicantiũ ejectionem præpedirent,) Cæsari suggesserant, pariterq; qui Klingebergensium fidem vererentur, & Kuttenbergensium in Bohemia recentissimos tumultus in exemplum Cæsari statuerant, ut Cæsarem ab hac mente revocarent. Bella interim ex Germania in Belgium translata illic ardebant, ut nihil certi de futuris Comitiis nobis promittere auderemus. Mansfeldius enim in Episcopatum Metensem cum viginti millibus per Sovordensem ditionem promotus, nunc reditum in Germaniam, nunc aditum in Gallias, nunc devastationem Trevirensis Archiepiscopatus moliebatur, ac minitabatur. quare Trevirensis Archiepiscopus nihil certi potuerat deliberare. Coloniensis inter media arma, non minus de suo accessu dubitabat; nam Hollandi juxta illius residentiam Bonnensem munimentũ excitaverant ad opprobrium Presbyterorum omnium, turpi nomenclatura pilei quadrati nuncupatum; illudq; jam ab exercitu Regis Hispaniæ, & à vicanis paucisque militibus Neoburgici Ducis obsidebatur, non sine periculo, ne Hollandorum exercitus occurreret, & integram diœcesem Coloniensem devastaret. Quod ut impediretur; Marchio Spinola Bergam ad Somam, munitissimam Hollando-

Differenda censetur ejectio.

landorum civitatem obsedit, ibique Hollandorum vires occupavit magna sui exercitus, & plurimorum Ducum magni nominis jactura. neque enim obsidio illa tam facilis, neque tam fælix esse poterat, ut brevi finem liceret sperare, quandoq; Hollandi urbem octo signis peditum, & quinque turmis equitum munierant, & aggeres ab una parte perfoderant, ut non nisi per aquas profundissimas posset oppugnari. Sperabat Marchio arcis occupationem tum ob dissidium in urbe inter Arminianos, & Gommaristas exortum; at illud postea, contra Catholicos utrisque pugnantibus facile compositum est; maxime ubi ter mille milites præsidiarii, & sexdecim naves onerariæ cum commeatu receptæ sunt; tum etiam quia ipse paulo ante dimidiatam lunam ante portam prætoriam obtinuerat, quæ non parum Hollandos terrebat.

Mansfeldius transit ad Hollandos. Hollandorum obsequio sese cum exercitu suo tunc Mansfeldius prope Sedanum latitans addixerat, nemine fere conscio, quare ex illo loco opportunitatē irrumpendi, & infestandi aliqua ex parte Cæsarem, & Regē Hispaniæ venabatur. Dubitabant aliqui, an rursus Hannoniam, & Cameracum in Belgium dudum pacatum invaderet. Alii partibus Rhenanis, ut obsidionem munimenti in Rheno constructi solveret, metuebant. At ille de obsessa Berga sollicitus, ut Hollandis morē gereret, Brabantiā versus iter suum direxit. Quare Cordub a qui semper illius vestigiis inhæserat cum copiis Regis Hispaniæ; infra Namurcum suum exercitum illi opposuit, & instructa utrinque acie, cum aliter Mansfeldius evadere non posset, acriter ibidem pugnatum fuit aliquot horarum spatio, dubia aliquantisper victoria, quæ à desperatis Mansfeldianis solito animosioribus magno impetu contendebatur. Sed contrario eventu illa regiis cessit, fortiter stationem suam tertio sustinentibus *Prælium ad Floreacum.*

1sem-

Isemburgicis, & Emdensibus legionibus, quibus tandem Mansfeldius cedere coactus, dum equitatus Christiani Brunsvicensis pugnaret; turpi fuga dilapsus est. Periere tamen in ipso loco ex hostibus mille equites, & ter mille pedites, magna pars reliquorum dissipata, & à rusticis miserrime trucidata fuit, vixque ex viginti millibus sex millia evaserunt. Christianus Halberstadiensis glande plumbea in sinistro brachio læsus, non sine periculo vitæ, ob tumorem vulneri concretum, brachio destitui debuit. Sex mille reliqui in Belgium ad Bergam obsessam tenderunt, ut obsidionem solverent. sed Spinola, ne interciperetur inter copias Mansfeldii, & Hollandorum, relicta obsidione prudentissime receptui cecinit; & non omissis impedimentis Antverpiam incolumis devenit. Heidelbergam interim Tillius oppugnabat, oppugnatamque multis tormentorum ictibus non ita post vi occupavit. Idem de Manhemio factum est, quem locum fortissimum totius Germaniæ propugnaculum inter duo flumina ad instruendos pontes semper illius beneficio tutos præsidiarii Angli turpissime deseruerunt. Corduba in Palatinatum regressus Frankendaliam ambiebat; jamq; exercitum ad obsidendũ locum collegerat; cum ex Belgio comercium pacis, seu induciarũ ad 15. Menses institutum advenit, quo non solũ Franckendalia, sed cæterum Palatinatus inferioris ad manus Regis Hispaniæ deponi debebat; ita tamen, ut infecta pace, rursus Regi Angliæ oppidum in eodem statu, quo recipiebatur, relinqueretur. Cõmerciis ergo civilibus de restituendo Palatino in Anglia deinceps actũ fuit magna spe restituendi Catholicam Religionem in regno à rege ipso data, cum Reformatæ Religionis declamatoribus interdixisset scomata, aut aculeatas exprobrationes in Romanos Catholicos, & singulariter suos examinari, & approbari voluisset, multum-

Induciæ inter Hispanos, & Anglos.

mque per Anglos, & Hispanos laboratum, ut si erficeretur matrimonium filii Regis Angliæ m Infanta Hispan æ; Frederico Palatino; aut ltem ejus hæredibus filiis consuleretur. Quod æsarem non retardavit, quin Comitia ad promum mensis Novembris medium stabiliret. uare certum diem vigesimum quintũ omnib⁹ lectoribus indicens, Ratisbonam ipsemet iter dornavit, tanto securius, quanto magis conabat, undique Cæsaris hostes cessisse, & vix aliquot periculum alicubi superesse. Klingenbergenses enim, & Glatzenses paulo ante sese honestis pactis dederant, & Turcarum Imperator pacem ex necessitate appetens, legatum cum muneribus destinarat, inviolatamque pacem sese conservaturum confirmarat.

Repetita tamen prius fuit sub initio Octobris Viennæ controversia de prædicantibus ex Bohemia depellendis; in quem finem consilia diversa habita sunt, & scripto argumenta hinc inde probata fuere, non valde rem Catholicam promoventia, quib⁹ ego rursus me opposui, demonstrans Cæsari Politica hæc esse figmenta, quæ hactenus divina providentia eluserat, atque in posterum eludere parata erat, nisi nimium arundineis istis fulcris inniteremur, quod dedecebat pios ac strenuos animos, Dei gloriam pro virib⁹ procurantes. Quare multi pro ejectione hæreticorũ inclinarunt. Exemplum deinde inimicorũ nostrorum à me productum coram Cæsare, ac toto Concilio, plurimorum sententiam mutavit: neq; enim putabam nos Catholicos tot victoriis auctos, ac tãta dignitate Imperiali Electorali, tantoq; Principatu fulgentes, tot regnis, ac provinciis ditatos, debere esse inferioris conditionis, quam essent ipsi hæretici satis depressi. Illi etenim (inter quos lubebat recensere Saxonem) in suis ditionibus nullum patiebantur Catholicum Sacerdotem, nullũ admittebant Catholicũ exerci-

Actio contra prædicantes repetitur.

exercitium , neque quidquam ab illos in hac causa valebat auctoritas Cæsaris, aut amicorum preces, aut Politicarum rationum consideratio ad rigorem illum in falsa Religione temperandum. Quare mirati, & indignati sunt multi mecum quod tam vili essemus Catholici animo; ut pateremur, in nostris ditionibus atque hæreditariis provinciis, seposito Dei obsequio, nunc ab uno Principe, nunc ab alio, aut à plebe etiam nobis legem imponi, quæ universam ditionem, & imperium aliquando cum æterna fælicitate præpediret, ut exemplis recentissimarum seditionum, & è sententiis Sanctorum Patrum ac Sancti Evangelii, ipsiusque Spiritus sancti oraculis luculenter probabam. Quæ omnia ita men-
„ tem Cæsaris penetrarunt; ut constantissime 28
„ Octobris Proregi Bohemiæ ejectionem prædicantium nominatim duorum Lutheranorum Pragæ, & occlusionem duarum Ecclesiarum ab hæreticis constructarum vigore litterarum Majestatis absque longiori tergiversatione imperarit. cui imperio cum Prorex adhuc Viennæ subsistens paruisset, Mandatumque de Lutheranis concionatoribus è regno dimittendis, & de templis illius sectæ, quæ ad Cæsaream ob divulgatam rebellionem devolutæ fuerant; occludendis, Præfecto urbis Pragensis transmisisset; statim occlusis Ecclesiis intra triduũ concessum, duo ex urbe Pragensi, & plures ex Regiis oppidis prædicantiũ itineri sese accinxerunt. Quod cum ad Electoris Saxoniæ aures pervenisset, statim ad Proregem pro concionatoribus, ac templis à Rodulpho imperatore permissis intercessit; magna humanitate significans, se non posse huic rumori de arcendis Evangelicis fidem adhibere; neque posse arbitrari Cæsaris mentem illam fuisse, cum sciret illius cogitationes tantũ tendere ad reducendam, & stabiliendam pacem hactenus hujusmodi rebus turbatam, ro-

vit insuper, ut talem ejectionis exequutionē eliori, qua poterat via præpediret, verum cum Prorege percepisset illam non suam tantum, d Cæsaris fuisse sententiam, jamque satis ma-io numero prædicantes ad illum lamentabū- de exilio acuriissent, Doctor Hoc Lutherano-m prædicantium apud eundem Saxonem an-signanus pro suæ sectæ ministris Apologiam uandam edidit. in qua tam Cæsaris Rudolphi, hristiano II. Saxoniæ Electori, promissiones uam recentissimas Archiducis Caroli Electoris Coloniensis, ipsiusque Cæsaris Ferdinandi ma-nas pollicitationes factas produxit, illarumq; ontrarium exitum, modeste tamē, exprobravit. Calvinianam deinde sectam, aliquando prophe-izantem Lutheranorum ejectionem, ubi Cæsa-i victoria obtigisset, exprobravit, & Iudæorum quorum Synagogæ permanserant sub tutela Cæ-faris, longe meliorem esse conditionem questus est, ac tandem ponderata Cæsaris existimatione. suaque erga suam Majestatem devotione, mul-tis testimoniis, ac periculis toleratis commonstrata, rogavit Cæsarem, ac Proregem Bohemiæ, ut Calamitatem hancà suæ sectæ viris averterēt; Occasionemque Evangelicis præberent, vitam, honorem, fortunam, & sangvinem pro sua Majestate profundendi, quod omnino fore sperabat, si expulsi exules pristinis sedibus restituerentur, Hæc tamen omnia non ita vera ut progata fuere, Cæsaris animū in fide constantissimū, & conscium quid molirentur sectarii in omnib' regionibus, nunquam in uno consistentes, immutare non valuerunt. Quare surda aure ista præteriens, itineri Ratisbonam versus, præordinatis pri' Austriacis, Vngaricis, de Moravicis expeditionibus, se commisit. Cum vero intellexisset Saxoniæ Electorem Moguntini Electoris, & Landgravii Ludovici intercessionem implorasse, eorumq; fide requisivisse pro defensione nō. nullarum

Apologeticus Doctor Hoe.

Constantia Cæsaris.

larum civitatum Imperialium ; quæ apud eum questæ fuerant , se contra pacta Aschaffenburgensia tum milite præsidiario, tum exactionib⁹, aliisque operibus etiam in causa Religionis gravari, cumque in itinere Ratisbonam vers⁹ Schardingā pervenisset, ab eodē Saxone missus nobilis quidam ex iis, qui in intimo cubiculo ei assistunt ; qui tam voce, quam scriptis suo nomine questus est de prædicantium ejectione; quam actionem Elector illaudabilem dicebat. Hinc tota fere aula commota fuit , & in me quilibet culpam rejiciens, non solum hæretici, sed & Catholici ardentibus meis consiliis offensi , non
„ dubitarunt me turbatoris pacis nomenclatura
„ dehonestare ; jamque obganniebant etiam illi,
„ qui Electoratus translationem non optabant; cum Saxoniæ Electorem emansurum dicerent, & mox acerrima bella à multis præparata vaticinarentur, quib⁹ integra Catholica Religio in periculum exterminii deduci posset. Quæ omnia Cæsarem vexarunt , & me tunc paululum antecedentem , quo Cæsari precibus , & consilio in tanta anxietate adessem, non parum de contrario aliquo decreto sollicitum, revocarunt. quare ad Cæsarem accedens ei magno conatu persuadere studui, sic divinę voluntati fortiter & suaviter omni disponenti placuisse , neque talē Principem merito tantopere offensum ob rem quæ ad ipsum parum spectabat , & quamvis securus essem , Suam Majestatem nullo modo contrario decreto velle obscurare gloriā adeptæ victoriæ; & beneficii in expugnanda hæresi Catholicæ Religioni in Bohemiæ Regno impensi; nihilominus pro majori rei actæ confirmatione debebam suæ Majestati in memoriam reducere , nullum esse in Imperio Regulum , qui sui patrimonii subditos non Religioni, aut sectæ suæ obtemperare velit , & passim omnes subditos dominis suis in Religione credere , quare hoc mirum in

Argumentum pro restauratione disciplinæ.

Cæsare

Cæsare non debere esse apud alios Principes, cum ipsi hoc in suis ditionibus exequerentur, verum Cæsar cogitabundus litteras Electoris Saxoniæ ostendit, quæ inter alia mentionem litterarum suæ Majestatis ingerebant ann. 1620, quibus Calvinistas extirpatores tam Catholicæ Religionis, quam sectæ Lutheranæ nominaverat, quam tamen Calvinistarum insimulationem propter ejectionem prędicantium è regno Bohemię ille in Cęsarem modeste rejiciebat. Quare eum sua Majestas (pro ut mihi videbatur) maluisset, ejectionem in aliud tempus fuisse dilatam; ostendi nihil in celeritate erratum esse, sed pot" in nimia Decreti procrastinatione, quod indubie " alioquin fuisset, intermissum, nō sine dedecore, & conscientiæ propriæ contaminatione, vel si etiam post præsentiam Saxonis fuisset editum; periculum exitisset magis eundem offendendi: quapropter saniori consilio tale decretum fuerat præmissum; illudq; in Bohemia excusari posset; ubi jam Lutherani facta vi irruperant, & non exiguas Turbas cum aliis concitaverant. Quare Cæsar evocato Concilio, & suorum sententiis " auditis, quos instruxeram, statuit, in facto Decreto persistere, Deoque offensorum animos committere, & Saxoni respondere, ut ad Conventū indictum se accingeret, multa ibidē posse componi; Suam Majestatem de causa Religionis in Bohemia cum eo esse tractaturam; illum etiam cogniturum mentem suam Cæsaream non adeo esse ab officio, & favore ipsius alienam, quin parata foret, sufficientem facti Decreti rationem reddere, ac ei in omnibus justis, atque æquis satisfacere,

Maturo consilio decretum factum.

Responsum Cæsaris.

Vbi Ratisbonam accessimus, ex litteris cujusdam ministri Ducis Saxoniæ, qui fratrem Catholicum meum amicum in Aula habebat, demonstrare potui, non fuisse Electorem adeo exacerbatum propter ejectos prædicantes; neque

Mens Electoris Saxoniæ.

cum

eum tanti illos fecisse, ut propterea tumultum aliquem excitare decreverit; verum debuisse Electorem in gratiam Protestantium, suæque Religionis consortium aliquo modo urgere illorũ patrocinium, ne omnino negligentiæ argueretur & ut honestam aliquam ansam suæ absentiæ attexeret: non enim decreverat tali Conventui interesse, ex quo non nisi indignationem apud suæ Religionis proceres poterat sperare, si in translationem Electoratus à Cæsare conceptam
" consensisset. & licet delegati illius de dimissione
" ministrorum Evangelicorum conquesti fuerint, & institerint, ut restituerentur; tamen illis commissum erat, ut hac in re Cęsari persistenti cederent,
" rent, modo de Silesia corrigenda, aut de Lusatia
" repetenda nullo mentio ingereretur. Quæ cum Cæsari retulissem, constantissime in Decreto facto perseveravit. Non semel tamen animadverti in sua Majestate anxietatem aliquã, cum de hisce Decretis moneretur ab iis qui faciliora omnia

Timidorum consilia.

promittebant, si Saxoniæ Electori aliquando in revocandis dimissis satisfieret. quare suadebant aliqui, ut solis Germanis Ecclesiæ duæ ademptæ concederentur, quam diu rigorosæ Confessioni Augustanæ insisterent; alii extra urbem Pragensem, & alias præcipuas regni Bohemici, cœmiterium, & Ecclesiam Lutheranis quandam censebant, alii Pragensibus saltem simile exercitium indulgeri, vel ad certos annos restringi posse arbitrabantur. quibus sententiis pro virili decuit me opponere, novas consiliariorum instructiones etiam in jure Canonico, fucatoque animi bono fundatas rejicere nõ fine maximo labore, cum hæc non plebis, sed Consiliariorum; & Legatorum nonnullorum essent machinamen-
" ta, trepidantium timore, ubi nullus erat timor;
" à quibus Divinæ Maiestatis gloria retardabatur, ac Cæsari, ejusque existimationi labes aspergebatur. prout inter cætera prudenter non mi-

nus,

-nus, quam pie dixerat Cæsari Princeps & Episcopus Herbipolensis, qui cum in utramque partem disceptasset, & undique pericula vidisset, constantiam in decretis Cæsareis, dubiæ fidei prætulit, qui etiam cedro dignam Cæsari sententiam dixit: Si, inquit, hinc, & inde sint pericula: videaturque hinc Deus, & ibi homines offendi, satius arbitror fore incidere in manus hominis, quam Dei viventis, à quibus neque nos, neque alius posset Suam Majestatem liberare. Quæ verba tandem ponderis habuerunt, ut Cæsar statim constantissima sententia in facto decreto perseverare decreverit, & Proregi Bohemiæ scribi curarit, ut incepta prædicantium ejectione, ac Religionis instauratione constanter procederet, quare etiam Electori Saxoniæ responsum fuit, ejusque rationibus satisfactum, ac præcipue " litteris S. Majestatis, de quarum fide agebatur. " nam iis videbatur Electori aliquid circa privilegia Bohemorum, ac Religionis libertatem, Mulhusii spopondisse, ad quod etiam Electoris Coloniensis sententia respiciebat; verum & illa excusabantur; nam Cæsar multa Bohemis promiserat, si parerent ipsius mandatis, aut præcib'; Sed quia ex Bohemis ne unus quidem libere sese S. Majest. subdidit, & omnes vi adacti fuerant ad subeundum onus Imperii, jure, meritoque puniebantur, & Cæsar à tali sponsione confirmationis privilegiorum liber declarabatur, ita ut Elector nihil fidei Cæsareæ deinceps posset opponere,

Episcopi Herbipolensis sententia.

Excusantur Cæsaris promissorum promissiones.

Non deerant tamen adhuc aliqui, quorum opera quæsitum fuerat votum aliquot universitatum Catholicorum Germaniæ, necnon patrum Societati Iesu, aliorumque Religiosorum Theologorum examinantium, an sine peccati labe potuisset Cæsar, ac posset tolerare hæreticos Pragæ, eorumqre ejectionem dissimulare. Quæ quæstio Pragensibus Theologis fuerat me inscio

Concilium Theologicum privata auth. celebratur.

mera

mera forensi auctoritate, proposita: sed justo Dei judicio, ac veritate teste, omnium calculo statutum fuit, Cæsarem tolerare non posse hæresim post tot victorias, etsi non sine incommodo: hujusmodi enim tolerantia ad instar novæ concessionis tam damnosę sectæ fuisset: quæ si tempus aliquot nancisceretur, firmata jam radice, non sine multo sangvine, ac totius Germaniæ & animorum vastitate miserrima. Cæsaris culpa dele-
» ri posset. Hoc Theologorum votum postquam
» ad mei notitiam venit; cum Cæsari retulissem, ac
» simul questus essem de illorum audacia, qui nobis inconsultis, præsumserant de tanta re deliberanda aliquid statuere, Cæsar eorum zelum excusavit, neque enim dixit, me centum Theologi ab illa sententia restituend. Ecclesiasticam disciplinam, & excludendi hæreticorum sectas, facile revocassent; cum sciam quanto periculo, & patientia similia mala tolerarim. Quę omnia Electoratum concernentia non servato ordine visum fuit enarrare; ut simul quid in ejectione prædicantium factum fuerit, potuisset exactius cognosci, nunc ad intermissam historiæ seriem revertamur.

Cæsaris ingressus Ratisbonam.

Cæsar 24 Novembris Ratisbonam ingressus & solemni Pompa ad Cathedralem Ecclesiam, præeunte Landgravio Ludovico Darmstadiensi, ac subsequentibus Archiepiscopo Salisburgensi, & Episcopo Herbipolensi deductus; mox ab Electoribus Moguntino, ac Coloniensi, qui paulo ante advenerant, salutatus fuit; atq; inde statim, ad Saxonem litteras dedit, quibus illius adventum, ut cuncta melius componerentur, se præstolari perscripsit; Electoremque Moguntinum, ac Darmstadiensem Principem similes litteras ad invitandum illum dare voluit, verum cũ frustra Elector. cujus mater paulo ante defuncta fuerat, expectaretur. & sufficienter culpam in proscriptionem prædicantium rejecisset; neq; jã ulterior

terior spes foret de Brandeburgensis, Pomerani, Brunsvicensis, aut alterius Principis invitati præsentia, qui eandem cum Saxoniæ Electore culpam, atque inde natam diffidentiam arguerunt: Cæsar post transmissas multas Legationes, & sufficientes justissimę suę causæ, de quibus paulo ante diximus, deductiones, quib⁹ merito in Regno Bohemiæ se armis victricibus superatos prædicantes insolentiores, ac turbulentos arcuisse, unamq; Religionem statuisse asserebat, suaque promissa nunquam aliter intellecta explicabat, tandem VII Ianuarii præsentibus Electoribus Catholicis, eorumque Legatis, & Principibus, multisque consiliariis, causas conventus Ratisbonensis per Imperii Vicecancellarium Vlmā exposuit. Omissis etenim pristinis Comitiorum remoris, propter quæ alia Comitia non sine dedecore, ac damno Romani Imperii dedita opera fuerunt abrupta, dum Majoribus votis, Cesare decisionibus, & Comitiorum decretis nonnulli se opposuerant, & judicia Cameræ Spirensis sufflaminata, aulicique dicasterii jurisdictionem in dubium vocaverant, statim ad simultates inde ortas, ad perniciosa fœdera, & ad detestandam Bohemiæ rebellionem devenit, ejusque Ducem Fredericum Palatinum proscriptum accusavit, deinde amicas, sed falsas interpositiones, cavillationes, sacramentorum violationes, regni, & coronæ rapinas, perfidas Legationes, subditorū suscitationes, & fœdera etiam cū Turcarum cliente, enarrans, totius Electorum Collegii spretas admonitiones, temerarias pugnas, suasq; tandem victorias diversis in locis è variis hostium exercitibus, Deo propitio reportatas: obstinatum tamen Palatini animum recensuit, unaq; explicavit, quanto jure Palatinus Cæsaris, ac Imperii declaratus hostis, dignitate sua ob enarrata crimina, & læsæ Majestatis perfidias excidisset, & quomodo ad ipsum devolutam dignitatem.

Proposita Cæsaris.

Culpa Palatini.

tem alter benemerito ergaImperium,Ordinum defensionem, & familiæ suæ conservationem,
,, conferre decrevisset; atque defacto ex plenitu-
,, dine potestatis modo dictam Electoralem dignitatem Maximiliano utriusque Bavariæ Duci contulisset. Secundum hæc petiit Imperator ab Electoribus, & Principibus præsentibus, ut pro eorum prudentia & innato erga Patriam affectu consilium,ac sententiam dicerent qua deinceps res Imperii Romani supradicti Electores, ac Principes, qui Cæsari fidam operam præstiterant,melius possent stabilire,hostiumque consilia dissipare,ac pravis molitionibus prævenire, Deinde enarratis gravissimis horum annorum expensis,partim in tuenda Vngaria,partim inLegatorum receptione, ac missione liberaliter effusis; principaliter consulebat de ærario restaurãdo,si forte à Turca,vel Bethlemo appeteretur. Tertio de Hollandorum conatibus,bellum non solum in domũ Burgundicam, sed in Imperium ipsum tantis seditionibus incompositum, in damna Westphaliæ, Coloniensis Diœcesis,Iuliacẽsis ditionis, aliarumque, adornantibus disseruit. Quarto de gravaminibus jam sæpius magno studio, ac contentione partium prolatis, auferendis;de Cameræ Spirensis Tribunali ad justitię dictamen fideliter aministrandum reformando;ac tandem de adulterata moneta proscribẽda, melioriique sufficienda deliberari voluit.

Intentio Cæsaris erga Ducem Bavariæ.

Responsio Electorum.

Ad hanc Cæsaris propositionem præsentes Electores,& Principes, & absentiũ Legati responderunt,se humillime gratias agere Suæ Majestati pro cura ac solicitudine restaurandæ Germaniæ, eamque se obnixe rogare, ut in isto laudabili affectu, & solicitudine Clementer perseveraret. Quod ad primum propositionis caput, de privatione Palatini, de promotione Maximiliani Bavari,& de tuenda pace.multi consultũ putabant, ut cæteri Principes absentes expectarentur; aliis tamen

tamen satis videbatur, si S. C. M. jestas rursus illos tertiis suis litteris evocaret, atq; interim præsentes, quæ exorirentur difficultates, discuterent. Proscriptio itaq; Palatini fere ab omnibus, ut justissima existimabatur, sed afferebatur quorundam sententiam esse, tam grave negotium, quod S. R. Imp. Electoratum concernat, non ad solum Cæsarem, sed ad Electorale Collegium pertineret juxta pacta regia, quæ loco legum in Imperio erant habenda, & integerrime custodienda. Ipsa quoq; executio dicebatur à nonnullis fuisse improbata; servato enim juris ordine Palatinum prius citari, & audiri debuisse ajebant, antequam proscriptionis nota afficeretur; nihilominus ex his nullus volebat cum Cæsare contendere, sperabantq; ipsum Cæsarē officio suo facturū satis. Quod ad Conventū attinet, dicebant Electores consulentes, eum esse institutū ad omnem diffidentiam auferendam, & pacem stabiliendam, atque ideo his finibus contraria obstacula esse removenda. Putabant ergo, Cæsari operā esse dandam, ut in Bohemia inchoatæ reformationes, & exequutiones intermitterentur; deinde ad firmandam pacem suadebant Suæ Majestati, ut in Palatinum iras remitteret & misericordiā rigori juris anteponendo, ipsum Palatinum post factam submissionē, deprecationē, & renunciationem, in gratiam reciperet, eiq; ablata restitueret; alioquin Suam Majestatem nunquam fore securam, sed perpetuis bellis obnoxiam esse futuram. In translatione vero dignitatis Cæsarem attendere volebant ad ipsius Friderici filium, qui ante noxam parentis jus acquisitum ad Electoratum habebat. Ad fratrem etiam, qui alterius delictum ferre non debebat, cum in persona propria non deliquisset, & ad proximiores agnatos, qui prorsus innocentes Cæsari utilem operā navassent, quos ab Electoratus jure excludi, non erat valde æquum; iniquitatē autem vindicari posse à Regi-

Modesta taxatio Cæsaris.

Proponuntur ad Electoratum varii.

bus, ac Principibus Friderico Palatino affinitate conjunctis. Quibus omnibus incommodis obviari posset, si pax constitueretur, & Palatinus clementia Cæsaris restitueretur.

Contraria sententia rigorem Cæsaris laudans.

E contra aliqui sentiebant Cæsarē in sua propositione graves attulisse causas proscriptionis, & rebus ita constitutis Electoratum illum, ita ad Cæsarem esse devolutū, ut postpositis omnibus proximioribus, dispositio illi soli competeret; & si Palatinus restitueretur, sine delictorum pœna, metuendum fore, ne illius exemplo, alii idem molirentur. Inter Cæsarem, & Palatinum nullum alioqnin fore discrimen, quandoquidē Cæsaris regna, & provinciæ eodem modo vastatæ sint. Addebatur, Comitem Palatinum pacem non quærere; immo nec debita submissione, sed vi, & armis causam suam peragere. Collegium autem Electorum necessario debere compleri, meritoq; Cæsarem id juris sibi vendicare. Hujus aliquando mentis fuerat Ioannes Godofridus Princeps, & Episcopus Herbipolensis, quo magis Dei zelo percitum Principem non vidit Germania; is militum pater, Sacerdotum exemplum, Principum decus, Catholicorum tutor, sui ipsius contemptor, Ecclesiæ Romanæ Cæsareæq; Majestatis cultor acerrimus, & prudentissimus, nihil nisi ad Electorem Catholicum suspirabat, inter quæ suspiria summo nostro omnium dolore ex hac vita decessit. Contra rursus alii optatam pacem desiderantes à summo jure abhorrebant, & Circuli inferioris Saxoniæ, Regis Daniæ, Regis Angliæ, & forte aliorum arma metuebant, putabantque sufficere, si Cæsar regna sua & provincias recuperasset, tunc posse secure reconciliationē indulgere; præsertim cum una Cæsaris fortuna bello omnia in discrimen adducia jebāt, si contrario prælio victoriæ fructus corrumperetur. Quare censebant de ratione faciendæ reconciliationis posse peculiarem tractatum insti-

Laus Episcopi Herbipolensis.

tui;

tui; media autem proponi, si Bohemica reformatio omitteretur; si hæreditariæ, & liberæ civitates Imperii nō premerentur; si bonę promissiones servarentur, si querelæ, & gravamina tollerentur; & cōmissariorum interposita fides liberaretur. Hæc Electorum, & Principum responsio non in votis fuit Cæsari, & nobis omnibus, qui translationē urgebamus. Cognoscebatur n. in illa Catholicorū Principum maxima timiditas, & hæreticorū sūma audacia. quare putavimus persuadendum Cæsari, ut majori constantia, & clarioribus verbis declararet iis Principibus suā firmam determinationē, prout obtinuimus. Quapropter pro Cæsare responsum fuit, illum rursus ad Duces Pomeraniæ, & Brunsvicensem misisse, ac sperare propediem venturos: suorum etiam pactorum nunquam oblitum in proscriptione Palatini, immo ea in tam gravi casu diligenter considerasse. verum eum fuisse rerum statum, & animorum consensum, ut non tantum litteris, sed etiam corā de proscriptione cum aliis agere non potuisset: quoniam Palatinus tempore necessariæ proscriptionis quotidie magis ac magis sua facinora cumularat, præterquam, quod satis monitus, & consultus fuisse videbatur, tum Palatinus, tum Electorū consensus in Conventu Mulhusino, quando rogatus fuit Palatinus, ut abstineret à tam improbis conatibus, & illi non obedienti tandem justæ pœnæ decretæ fuerunt. sperare itaque Suam Majestatem, Electores habita ratione temporis, ac periculi, hunc agendi modum in deteriorem partē non accepturos. Quod autem de restitutione Palatini aliqui dixerant, Sua Majestas de restitutione dignitatis Electoralis non intelligebat; cum contra illū maturo cōsilio, & legitimis de causis facta fuisset proscriptio. si vero de admittendo Palatino in gratiam suam Cæsaream ageretur, ad illam se sua Majestas effecturam, si modo pœnitentiæ signa exhib-

Respondetur mitioribus consiliis.

Excusatur Cæsar ab errore.

Oblatio Cæsaris gratuita.

ret. in fortunarum vero restitutionem (Electorali dignitate excepta) subdebat, se ad intercessionem Regum Angliæ, & Daniæ, nec non Electorum, & Principum, aliqua ex parte inclinare, pariterque ad pœnas promeritas moderandas. Reformationem Bohemiæ constanter negabat ad hunc Conventum pertinere; illam enim ajebat cuilibet Electori, ac Principi inferioris ordinis in suis provinciis hæreditariis esse, ac semper fuisse liberam, non ideo debere in vicinis Circulis, aut Romano Imperio Cæsaream fidem suspectam haberi, cum non semel testatus esset, & adhuc profiteretur, se pacem Religionis in Imperio, quo ad omnes articulos, velle servare, neque vel in minimo quemquam offendere.

Constantia Cæsaris in Bohemica reformatione.

His Cæsaris considerationibus non vehementer contradixerunt Catbolici, sed ad alia puncta superius recensita progressi sunt, quæ plerumque ad Comitia futura rejecerunt. Electoris Saxonici, ac Brandeburgici Legati, & Ludovicus Landgravius Hassiæ in priori voto persistentes, Cæsarem melius facturum censebant, si veniam Palatino petenti indulgeret; illam ut peteret se curaturos spondebant. Cæterũ rursus pro intermissione reformationis, & restitutione Ecclesiarum, necnon liberi exercitii Augustanæ confessionis concessione in Bohemiæ Regno instabant. Repetebant etiam quæ paulo ante de civitatum libel-
„ lis supplicibus fuerant dicta. In modo autẽ pro-
„ scriptionis & translationis displicebant illis verba addita, quæ absolutam, & citra modum proscriptionem indicabant, illaq; obligationi Cæsareæ contraire testabantur, cum proscriptio simpliciter, & absolute citra modum in sola Cæsaris potestate non esset, sed in arduis negotiis non nisi consciis Electoribus fieri deberet.

Votum Saxoniæ & Brand. Electorum.

In collatione autẽ sententiarum de modo aliquo cogitabatur ad juste terminandum hunc Conventũ, quare mediatores particulariter audi-

Elector. Moguntini, &

diti

diti à Cæsare, (quoniam si Palatinus in bonam Cæsaris gratiam reciperetur, & ipsis aliquid accederet ex iis, quæ antecessores oppignoraverant,) inprimis gratias agebant Cęsari, quod tam clementer aliquid restituere vellet Palatino. Ad instantiam Regis Angliæ videbatur Sua Majestas illis satisfactura, si nepotes saltem non præterirentur in Electorali dignitate restituenda; si tamen omnino dignitatem Electoralem propter delicta Comitis Palatini tunc vacantem in Bavariæ Ducem vellet transferre, idq; nec aureæ bullæ, nec regiæ obligationi repugnare existimaretur; rogabant, ut Cæsar ita rem moderaretur, ut supradicti nepotes, & agnati Palatiniano jure non privarentur; in quo consilio etiã sperabant Bavariæ Ducem quieturum. Huic moderationi antequam Catholici subscriberent; de defensione Electoratus in Bavarię Ducem transferendi, & de repellendis conatibus hostium actum fuit: "ideo duos ad me destinarunt, mentem, ac liberalitatem Pontificis postulantes; cumq; intellexissent Pontificem 5000. milites offerre, facilius cõsenserunt. Hisce quamvis moderatis consiliis, Saxoniæ, & Brandeburgensis Electorum Legati non acquiescebant, sed Electoratus Palatini translationem non esse medium obtinendæ pacis censebant, & tum demum ajebant pacem futuram, cum Electoratus cum suis dependentiis priori suo domino restitueretur, à qua sententia propter defectum mandati discedere non poterant. Princeps Ludovicus translationem Electoratus Collegio Electorum relinquebat; sed pro intermissione reformationis in Bohemia deprecabatur; frigide tamen, quia & ipse Cæsaris gratiam ad evacuandam suã causam ambiebat." Præter has in communi difficultates, opponebat sese translationi Electoratus Princeps Wolfgangus Wilhelmus Dux Neoburgicus non sine strepitu, asserens contra textum bullæ aureæ disponi de

Treuer. totum.

Oppositio Ducis Neoburgensis.

Electoratu, se prætermisso, cum per illam denotaretur proximus hæres innoxius; hoc autem casu nullum esse propinquiorem innoxium præter ipsum. frater enim Friderici Palatini contra Cæsarem arma gesserat, legioni præfuerat, & fratri
" semper adhæserat. Favebat Duci Neoburgico vir
" potens tunc temporis in aula Cæsarea, cum è cō-
" trario alii maxime ad partes Maximiliani accederent. quæ omnia non exiguam diffidentiam excitarunt. Finalis sententiæ remora videbatur absentia Ducis Saxoniæ, sine quo frustratorium censebatur decretum proferendum, quod alioquin ipso assentiente omnino validū existimabatur. nam neq; Palatinus, neq; alius illius voto putabatur posse contradicere, aut obniti. Illius itaq; præsentiam requirebant Bavarici, quandoque certam sibi dignitatem promittebant; ad illius etiam præsentiam anhelabant, qui Electoratus translationi resistebant: nam inde remoras
" expectabant; haud enim Saxoniæ Elector, rigi-
" dior juris Germanici observator, consensurus videbatur, ut Electoralis dignitatis translatio à solo Cæsare dependeret; nec facile illam à Protestante Principe adimi permissurus & forte omnino ob dimissos ministros Evangelicos à Cæsare recessurus judicabatur. Hinc cum de illius emansione constaret, utrimq; mihi passim ob ejectionem prædicantium è Bohemia omnes offendebantur, arguebantque tanquam absentiæ illius authorem, & commercii minus recte instituendi reum; verum postea constitit, ut superius declaravi, hanc non fuisse præcisam causam suæ eman-
" sionis, sed ea usum fuisse pro velo, ut apud socios
" protestantes, quæ facta fuissent excusaret, & Cæ-
" sarem non irritaret. Hæc tamen omnia cessarunt, quando Electores moderamen, de quo ante diximus, invenerunt.

Ducis Saxoniæ respectus.

Illo invento, nuntium de filii Regis Angliæ in Hispaniam instituta peregrinatione, vix non omnia

Nova turba circa transla-

omnia cōcepta evertit. nam matrimonium apud aliquos ratum habebatur, qui sibi aliter persuadere non poterant, filium Regis tanto se periculo exposuisse, nisi sibi certo Infantem Hispaniæ addictam habuisset & sese ipsum illi arctiori voto addixisset. quare rursus Electoratus translationem aliqui differendā censebant, & majori fructu reductionis ad fidem Catholicam integri regni Angliæ, ac totius Germaniæ per Palatini cōversionem; Cæsar pacisceretur cum Rege Angliæ pro Palatini filiis in Anglia apud Infantem Hispaniæ educandis. verum multis præsagientibus nullas futuras nuptias, hæc vana videbantur, & ab illis irridebantur. Cæsar etiam à priore sententia vix dimoveri potuit, quo verbo suo staret, quod ut Catholici Electores approbarent, me consulente singulatim quemlibet evocavit, atq; mox propitium responsum obtinuit. Quare deliberato aliquoties universo negotio, Cæsar decrevit, se in gratiam Regum, Electorum, & Principum, qui pro Palatino intercesserant, & ad declarandam clementiam, pacisq; studium post humilem Palatini deprecationem, militum suorū exauctorationem, & similium molestiarum renunciationem, ipsum in gratiam velle recipere sine restitutione Electoralis dignitatis; quam omnino alteri se donare velle ostendit absq; præjudicio Electoralis præeminentiæ, vel aureæ bullæ, aliarumq; Imperii sanctionum. Quia vero plures erant aspirantes, neque tunc decerni poterat jus cujuslibet. cum abessent proximi agnati Frederici, Sua Majestas, ne Collegiū Electorale diutius vacaret, Electoralē dignitatē Maximiliano Duci Bavariæ propter eximia illius merita conferre voluit. Filiis vero, & agnatis ut consuleret, propediem Conventum evocandum promisit, in quo amica transact o, & compositio institueretur; quam Cæsar ipse ad optatum exitum perduceret: si vero amica transactio locum non haberet,

tionem Electoratus.

« « «

Finalis sententia Cæsaris.

Electoratus datur Bavariæ Duci, pro interim.

ret, spopondit se juridico processui, assidente Electorali Collegio, decisionem causæ cōmissurum, ac relicturum; ut post Ducis Bavariæ obitum, Electoratus, aliaq; adjudicata occuparentur ab illo cui jura favissent, modo semper feudū à Cæs. Majestate acceptaretur. His conditionibus contentus Maximilianus 25. Febr. Electorali dignitate auctus fuit. quod Cæsar illa die peragi voluit, quæ aliquando etiam sub Carolo V. Electoralem dignitatem Mauritio Saxoniæ Duci concesserat. Forma autem feudatariæ acceptionis solemnis hæc fuit. Cæsar Regalibus indutus, prælatisque Imperatoriæ Majestatis insignibus, sceptro, sphæra, corona, ac gladio per eos, ad quos illud de jure spectabat coram Electore Moguntino, Coloniensi, & Treverensis Electoris plenipotentibus Legatis, Archiepiscopo Salisburgensi, Episcopo Ratisbonensi, duobus Principibus Hassiæ, perorante Vicecancellario Vlma de delictis illius Comitis Palatini, qui antea Elector Imperii dicebatur, ob quæ lege commissaria talis dignitas erat ad Cæsarem devoluta, per eundem Vicecancellarium declaravit se Duci Bavariæ Maximiliano, eo quod insignem navarit operam contra rebelles Cæsaris, dignitatem Electoralem contulisse, atq; tunc velle eam cum omni solemnitate, sessione, suffragio, & jure Electorali, coram universo Imperio conferre.

Post obitum Bavariæ Ducis ad aliquem agnatorum.

Mens Cæsaris publice declaratur.

Refertur gratia Cæsari ad Bavarum.

Ad quæ verba statim Comes Ioannes ab Hogenzolleren Aulæ Bavariæ Ducis supremus Præfectus, & duo alii ejusdem Aulæ præcipui ministri repetita propositione, eam sese Duci referre velle asseruerunt. Secedentes itaque ad proximum conclave, ubi Dux exitum propositionis expectabat postquam ei mentem Cæsaris indicarunt; reversi sunt cum gratiarum actione nomine sui Ducis Electoralem dignitatem acceptantis; dixeruntque illum coram Sua Majestate se sistere, ac solemne sacramentum præstare paratum esse.

esse. itaq; paulo post Dux per Vicecancellarium evocatus inter Archiepiscopum Salisburgensem, & Albertum fratrem medius comparuit, & mox Cæsareis pedibus advolutus, audita mente Suæ Majestatis, quam idem Vicecancellarius altius repetiit, exaggerando Cæsaris officium consistere in castigatione delictorum, & promotione bonorum; proinde dixit Cæsarem ex plenitudine potestatis ipsum Maximilianum Sacri Roman. Imperii Electorem Archidapiferum de- " clarare, eumque modo velle ad dicendum sacramentum solitum admittere. Dux actis gratiis fidem dare paratus, accepto Electorali pileo, & pallio, tactis Evangeliis prælectum juramentum fidelitatis repetiit; & exosculato ense Cæsareo, actisque gratiis, una cum Cæsare porrecta manu novæ dignitati adgratulante; ordine suo in arcanum conclave Cæsareum se recepit: ubi strata mensa, officio Archidapiferi defunctus, primam lancem assidenti Cæsari apposuit, deinde mensæ assidens ejusdem convivio exceptus fuit. Multa potuissent, & forsitan debuissent referri circa istud negocium translationis Electoratus, quæ & alibi, & in ipso Conventu Electorali Ratisbonensi evenerunt: attamen secreta Regis abscondere bonum est; opera autem Dei revelare, & confiteri honorificum. Supradictis cæremoniis " peractis, dum Principes Electores variis Imperii " negotiis intenderent; ego impetrata à Bavariæ Electori Bibliotheca Heidelbergensi, quæ & copia librorum, & raritate manuscriptorum omnibus aliis in Germania, & forsan in Europa bibliothecis antecellebat, Romam transmittendam curavi. Sacris deinde vacare, & cœnobia quædam nobilitate fulgentissima visitare constitui; ac primo S. Emerani, Ratisbonæ, & Superioris, & Inferioris Münsteri sacras ædes, in quibus remissa aliquantulum disciplina, media visitatione, correctis, quæ corrigenda erant; repa-

Dux dicit Cæsari sacramentum.

Fungitur officio Archidapiferi.

Visitatio Monasteriorum instituta.

rata fuit, singulari omnium voluptate. Quod cum paulo antequam Vienna movissem in celeberrimo monasterio Closterneoburgensi tentassem, semel atque iterum monitum Prælatum refractarium sensi, tum quia insolitum quid erat, ut inquiebat, à Nuntiis visitari, tum qu a favore magnatum sese exemptum fore sperabat; verum eisdem de causis animum sumpsi, & ne longe desuetudine periret jus Apostolicum, quod tum in cœnobium, tum in ipsum Episcopum exerceri potest, patrocinante Majestate Cæsarea, justa authoritate, ac bona intentione, visitationem intimavi, & renitentem præpositum, præmissis monitionibus, ne in contemptum veniret Ecclesiastica, ac Romana jurisdictio, censuris innodavi, & postea formalem visitationem institui. Quę juris controversia tanti momenti fuit, ut deinceps cætera cœnobia in hæreditariis regionibus Cæsareis obsequentissima habuerim, in quibus alioquin auctoritas Sedis Apostolicæ periclitabatur. Hinc deinceps electionibus Abbatum interesse, ac præesse volui, sacrosque Canones ad unguem observari præcepi, ut in celeberrima Melnicensis Abbatis electione satis apparuit.

Initio hujus anni 1623. per obitum Abbatis vacavit Abbatia Fuldensis, quã inhiabat Landgravius Mauritius Hassiæ præ cæteris hæreticis, eo quod esset opulentissima & territorium fere haberet mixtum; præterquam quod in istis turbis aliquid audebat sperare; maxime si Elector Saxoniæ, & Principes inferioris districtus ob translationem Electoratus, minus cum Cæsare convenirent. Mature tamen etiam transmissis ex Aula Cæsarea Commissariis, qui electionem Catholici promoverunt, periculo præventum fuit, & tertio mense suffectus Ioañes Bernardus Schenckius à Schvvinsberg, vir ad tuendam dignitatem aptissimus, qui & à Romano Pontifice,

& à

& à Cæsare confirmationem impetravit. Hoc ergo periculo liberati, in majus ratione translationis electoratus incid mus; nam Elector Brandeburgicus, Saxo, Brunsvicensis, & Pomeranus satis aperte translationem factam improbabant; summeque dolebant monita sua aliquoties per Legatos inculcata locum non habuisse, cum illa in Legibus fundamentalibus Imperii fu ssent, ut arbitrabantur, fundatissima; quæ si tacerentur ab ipsis, non putabant se posse apud posteritatem excusari. Querebantur itaque, quod Palatinus punitus fuisset, antequam satis esset auditus; & quidem ab illis, penes quos non erat tam grave contra excelsam personam judicium. moderationem etiam Cæsaris, qua filiis, & agnatis consulebat, non sufficientem esse, neq; satis fundatam arguebant; cum agnatorum jura hoc pacto controverterentur, & incerto disceptationis eventui committerentur; quæ tamen innocentibus clara esse testabantur; & ratione quorum ingentes tumultus metuebant tum Cęsari, tum patriæ, suisq; d tionibus, de quarum tutela solliciti jam à subd tis mon ti de milite cogitabant. Quod responsum magnas curas Cæsari, omnibusq; Catholicis, & Principibus injecit; maxime quia tunc innotuerat, Mansfeldium reparato exercitu in Frisia Orientali, quæ ad Imperium spectat, immaniter grassari, & Christianum Halberstadiensem, simili tyrannide sævitiam exercere in Episcopatu Osnabrugensi, & una simul sollicitantes inferioris Saxoniæ Principes ad rebellionem; per Landgravii Hassiæ Mauritii ditiones impetum in Palatinatum pro restituendo Palatino minitabantur. Cui periculo ut Cæsar occurreret, evocato Ratisbonam Tillio, quem ibidem in conspectu Principum titulo Comitis ornavit, de defensione Electoratus agi cœpit. Mihi incumbebat Sanctissimo Domino decursum translationis significare, & addictos quinq;

Offensa Brandeburgici, & Saxonis.

Mansfeldius in Frisia Orientali.

mille milites ad illius defensionē urgere. Principes congregati primo Saxoniæ Electorem placandum duxerunt, in quem finem nomine omnium ad illum missus fuit Ludovicus Landgravius Darmstadiensis illi gratissimus, cui Cæsar ut tanto fideliorem operam navaret, paulo ante Marpurgensem successionem dudū inter ipsum, & cognatum Mauritium ventilatam, servata justitia secundum leges Imperii adjudicaverat, cum condemnatione Mauritii, quod prævaricasset testamentum sui patrui; & quod teneretur restituere omnes fructus, & commoda à tempore contraventionis: destinaveratq; Cæsar suos delegatos, Electores Coloniensem, & Saxonem, ut subditis Marpurgensibus aliisque illarum ditionum fidem, & jusjurandum remitterent, & ad fidem Ludovico dandam hortarentur.

Sententia de Marpurgensi ditione pro Ludovico Darmstadiensi.

Ne autem Sua Majestas, vel Principes Catholici à Mansfeldio, Halberstadio, aliisq; electoratus translationē minime approbantibus prævenirentur; cōmissum fuit Tillio, ut quam citissime copias omnes in Palatinatu hiberna agentes, relictis tamen necessariis præsidiis, in Vetteraviam conduceret, & illas cum Anhaltini copiis contra Mansfeldium, & Halberstadiū pugnantibus conjungeret. Sic enim Mauritii Hassiæ ditiones pro Cæsare securæ reddebantur, ne ille, vel deficeret, vel locum hostibus præberet. In hujus consilii celerrima exequutione non parva fuit difficultas; nam statim illi se opposuit Mauritius, qui nullo modo Tillii militem admittere volebat, cum tamen alias promptissime Halberstadii copias, in Moguntinensem diœcesim irrumpentes admisisset. Quare Cæsareis maximā suspicionem de collusione cum Halberstadio, & Mansfeldio ingessit. Verū Tillius non segnis in imperata sibi statione adipiscenda, Herberstorfium Heidelberga evocatum octo millia equitum, & peditum conscribere jussit; ac cum illo collectis aliis præsidiis,

Copiæ Tillii in Vecteraviam, & Hassiam.

diis, assumptisq; aliquot tormentis partim Hanoviæ, partim Francofurti asservatis, in Hassiæ ditionem perrupit; atque mox ad limitem Brunsvicensis ditionis castrametatus est, monito Brunsvicensi, se nihil hostile moliturum: Anhaltinus vero cũ Corduba castris Mansfeldii Wiltshusium occupantis, & Monasteriensem civitatem cum tota diœcesi ambientis, se opposuerunt; utque aliquid melius agerent, Lipstadium obsederunt, atque inde circum circa regionem ab incursionibus Mansfeldii, & Halberstadiensis tutati sunt.

Tillius Castrametatur apud Brunsvicensem.

Cæsar interim relicta Ratisbona, ac dimissa Augustissima Imperatrice, secundo Danubio Viennam per superiorem Palatinatum à Bavariæ Duce deductus Pragam properavit, quẽ semper una die ob commoditatem hospitiorum prævenire debui, considerans majori opportunitate non sine sensu doloris ditiones illas profundissimæ hæresi imersas, in quibus ne unum quidem Catholicum inveni, donec aliquandiu per Sylvam Herciniam in Bohemiam progressus, ad Bischoffitheimium deveni, ubi Archidiaconum illius loci obviam habui plenum querimoniis de occupatis à prædicantibus, qui plerumq; durante ista controversia inter Cæsarem, & Saxoniæ Electorem, redierant, & maxime in limitibus Bohemiæ hærebant, & in locis, ex quibus prædicantes exulaverant, nondum Catholici Sacerdotes fuerant substituti; nam & integra Bohemia Sacerdotum penuria laborabat, & regnum destitutũ Archiepiscopo, qui ante aliquot menses è vivis decesserat, nec Episcopum, nec Suffrageneum, qui ordines conferret, aut desolatos tueretur pastores cum gregibus, Pastorem habebat. Cæsar post non longam deliberationem, applaudentibus Bohemis, Ernestum Harrachium Principem virum summæ prudentiæ, pietatis, & morum candore insignissimum ad Archiepisco-

Cæsar in Bohemiam progreditur.

Archiepiscopus Pragensis designatur.

patum nominavit. verum cum ille adhuc Romæ subsisteret, aliquamdiu quasi officio Suffraganei in conferendis Ordinibus defungi debui.

Præpositus Cottisaviensis iuxta Pilsnã.

In itinere obtulit sese seniculus nonaginta annorum, Virginum Ordinis Præmonstratensium Præpositus, qui aliquoties ad martyrium præparatus, ligatis oculis lictori cervicem præbuerat, quē diligentissime inter medios hæreticos clausuram arcte observantem suspexi, & consolatione plenũ dimisi. Nihil illo sanctius, nihil modestius ac simplicius; nam me in habitu Ecclesiastico, & Prælati quidē violacea chlamyde inter medios capellanos, aliosq; oblongis vestibus incedentem, aliquamdiu pro Legato Regis Hispaniæ habuit, multaq; de sui Regis laude, militia, ac patrocinio addidit. verum ut Sanctissimi Pontificis Nuntium me intellexit, in genua provolutus, nunquã se in istis regionibus Nuntium à septuaginta annis, quibus vixerat, vidisse referebat, suoque Sacerdotio congratulatus cum Simeone Canticum Nunc dimittis, cantabat, inquiens, se satis vixisse, quando in illis regionibus desperatis Legatos Pontificis vidisset.

Pilsnensis urbis status.

Pilsnam eadem die appuli, ubi desolationem Mansfeldii, restaurationem Ferdinandi Cæsaris plusquam alibi notavi. in suburbiis enim amplissimis nulla domus remanserat. plures in urbe domus perforatæ, ecclesiæ dejectæ, & monasteria Dominicanorum, ac Franciscanorum fere desolata. sed quod in tantis malis me solabatur, omnes cives Catholicos, & ne unum quidem hæreticum (quod mirũ erat, cum Mansfeldius urbem illam biennio, & amplius tenuisset, & Ecclesiam concionibus Lutheranorum violari curasset) inveni; ex quo cognovi verũ fuisse, quod mihi fuerat dictũ, hanc civitatem, eo quod semper in omnibus præcedentibus tumultibus antiquis, & modernis occasione hæresum Fidem catholicam acriter servaverit; per speciale Breve à

S.P.M.

S. P. M. Gregorio XIII. susceptam fuisse in præcipuam Sedis Apostolicæ protectionem; quem honorem Gregorius XV. me suggerente, per aliud breve confirmavit. Vice versa in proximo oppido Rokizzani præter Parochum recenter institutum, atque ab omnibus contemptum, vix unum Catholicum vidi; nec deinceps Parochos, aut Catholicos Pragam usque reperi, devastatas ecclesias, incensa oppida, vicos, & ruinas quamplurimas, ad lævam monstratum mihi fuit castrũ Sbiroff, sexto ab urbe Pragensi lapide, ubi proceres Bohemiæ rebelles vita donati, detinebantur, quorum consangvinei adventum Cæsaris ut liberationem impetrarent, non procul inde expectabant. Altera die locum fælicissimæ victoriæ Pragensis pertransiens, non sine lacrymis, loco benedixi, diutius considerans commoditatem hostium in editiori loco castra habentium, munimenta, & vallum præparatum, cujus adhuc vestigia extabant, hortum voluptarium Stellę atque non procul inde monasterium S. Margaritæ cum pago usque ad civitatem Pragensem extenso, quæ omnia, quia non profuerãt, merito Divinæ potentiæ victoriam adscribi judicavi.

Rokizzani omnes hæretici.

Arx Sbiroviensis.

Tandem tertia feria hebdomatis Sanctæ Pragam adveni, & urbem expectatione majorem vidi, frequenti solum Clero destitutam; quem in sacris Paschatis festis, tam in Cathedrali: quam in Collegiis animadverti, (si monasteria excipiam) vix duodecimum numerum implentem. Tunc prius animum sumserunt sacerdotes mun° aliquot Parochiarũ suscipiendi, præsente Cæsare, ad quarum administrationem multos inertes cogere debui. Religiosi Ordinis S. Mariæ de Carmelo Discalceatorum aliquandiu pro sua admissione in urbem institerant; neque illud facile erat tum Bohemis etiã Catholicis, qui cæteros difficulter admittebant; tum nonnullis Religiosis, qui suę vicinię metuebant, se opponentibus. major

P P. Carmelitæ admissi Pragæ.

ior erat de loco difficultas; nam unam ex ecclesiis novis, de quibus, ut retulimus, fuit principalis cōtroversia, ab hæreticis splendidissime ædificatam ambiebant; de qua tamen dudum disceptabatur, an, quia impendiis hæreticorum ædificata, esset destruenda; vel si integra esset servanda; an Præmonstratensibus, in quorum fundo ędificata dubitabatur, concedenda esset. Alii cives minoris partis, eo quod amplissimo cœmiterio condecorata esset, quod sepulturę incolarū deservire posset, illam in Parochialem converti postulabant. sed memoria Pragensis victoriæ, cui P. Dominicus à S. Maria interfuerat, Cæsarem etiam ad nostram intercessionem de Ecclesiæ illius dispositione movit, ut inibi Ordo Carmelitarum fundaretur. Illam itaque loco multarum ecclesiarum per hæreticas destructarum integrā servari, & pręfatis Patribus consignari mandavit. Opposuerunt sese statim Patres Dominicani è regione ad S. M. Magdalenam habitantes, & non leves difficultates in Bullis S S. Pontificum fundatas produxerunt; sed illa omnia Romæ ventilata tandem pro patrib. Carmelitanis lata fuit sententia. Paulo post patribus Ordinis Sancti Francisci de Paula alia ecclesia hæreticorum urbis veteris donata fuit, ad erigendum ibidem illius Ordinis Monasterium in compensationem eorum, quæ quondam rabies Hussitica perdiderat. subdam rem memoratu dignam, observatam à piis curiosis, quod in ecclesia, & in omnibus januuis domus ecclesiæ adjunctæ, in qua prædicantes habitabant, & postea dicti fratres Minimi successerant erat insculptum. Quod minimis mei, fecistis, mihi fecistis. Certe hæreticis prophetantibus ecclesiam. & domum futuram esse præfatorum Religiosorū Minimorum. Præterea ex præcipuis Hussitarum ecclesiis Parochialis una fuit S. Galli, quæ Carmelitanis Conventualibus, sicut & alia S. Wenceslai, Patribus

Datur illis Ecclesia hæreticorum parva partis

Ecclesia altera P P. S. Francisci de Paulo donatur.

tribus Ordinis Discalceatorum S. Augstini, altera S. Michaelis, Patribus Ordinis Servorum B. Mariæ ad commendationem nostram fuerunt assignatæ.

Ne autem tot Religiosi sine studiis virtutem excitantibus diutius sordescerent, vel inedia interirent; novellis istis Ordinibus occupatarum ecclesiarum redditus, qui in S. Wencellao, S. Michaele S. Gallo, &S. Salvatore non exigui fuerunt, assignati sunt: Patribus vero Dominicanis, Franciscanis Conventualibus, &Augustinianis ad S. Thomam, ex ærario regio seminaria fundata fuere sat s liberali redditu annuo, qui duodecim, vel quindecim Religiosis in studiis philosophicis, ac Theologicis alendis sufficerēt, collegium Carolinum, quod celebre erat Hussitis, ubi suos errores profitebatur, & gradus male Doctis conferebant; una cum omnib' collegiis, seu seminariis inde dependentibus, P P. Societatis Iesu pro erectione Vniversitatis Catholicę donatum fuit, dummodo consensus Apostolicus accederet. Ac tandem, ne quid deesset sæculari Clero, Canonicæ portiones mirum in modum à Cæsate auctæ; Archiepiscopatus. dignitates, Decanatus, Præpositura, quasi de novo erectæ fuere. Imo jam de Clero in universum contempto, ac quasi ad opprobrium, & abjectionem deducto, ad pristinum statum, ex quo ante ducentos « annos exciderat, reducendo ut inter ordines re- « gni numeraretur, & primum locum obtineret, « actum fuit. Verum hoc initio majoris molis. quā putaveramus, repertum est, nihilominus fundamenta tunc jacta sunt, quib' postea insistendum fuit. præterea quia in usu Calicis. ex indulto quodam à f. r. Pii Papæ IV regno Bohemiæ, finitimisque regionibus concesso laicis sub certa forma, & conditionibus, pro pacandis præfatis regionibus, permisso; debitus, ac statutus ordo non servabatur, seu à communicantib' non impleba-

Alii Ordines Praga admittuntur.

Augentur redditus Cleri Canonicorum Decani, &c.

plebа-

plebatur, quin potius variæ sectæ, & hæreses sub illa communione tegebantur, ita ut nec honor Dei, nec pax regni Bohemiæ, neq; etiam ipsa Religio Catholica (cujus alias augendæ gratia illa & cõcessio introducta fuerat, ullo pacto promovebantur, ex ordine Sanctissimi Domini de voto D D. S. R. E. Cardinalium Generalium Inquisitorum, quibus de supra dictis relationem feceram; Calicis usum laicis Bohemis, & aliis vicinarum provinciarum inhibui, contradicentibus nonnullis ex primoribus viris, spe inani deceptis uberioris fructus in Religione Catholica, si de novo concederetur,

In Moravia, me suggerente, Cæsar per particulare diploma prohibuit, excursionem hæreticorum ad concionatores hæreticos, recuperavit jura patronatus ab hæreticis Baronibus occupata, ab Eminentissimo pariter Cardinali Dietrichstain, & ab aliis Religiosis viris, & Baronibus Catholicis fuit summopere laboratum pro conversione hæreticorum ad Catholicam Religionem. quare non solum multi nobiles, sed civitates integræ; ut Polnensis & aliæ ad gremium S. Ecclesiæ Catholicæ redierunt, ad quod multum conduxit expulsio prædicantiũ à Zenoima; & quod Deus voluererit ostendere signa suæ pietatis, cum ob intercessionem S. Paulinæ Virg. & Mart. cujus reliquię corporis paulo ante fuerunt dono datæ à Gregorio XV Collegio Olomucensi, pestis sęvissima in eadem civitate hoc tempore fuit extincta.

Fœdus Arcanum pro restitut. Palatini. Interim in inferiori Saxonia de translatione Electoratus, quæ multis summe displicuerat, serio apud Ordines deliberatum est; & quia Tilli non procul à Brunsvicensi ditione cum exercitu sedem fixerat; sub specie districtum illum tuendi è milite tam Tillii, quam Mansfeldii adhuc in Frisia hærentis, inter Regem Daniæ, Electorem Brandeburgensem, Ducem Brunsvicensem, Du-

cem

cem Holsatiæ, & Mechelburgensem, civitates Bremam, Lubecam, Hamburgum Luneburgum, & alias arcanum fœdus initum fuit, cui Christianus, Dux Brunsvicensis sese cum Imperio Præfectum præbuit. verum cum tantum ad defensionem dicerentur servituræ copiæ; Dux Luneburgensis, qui jam à triginta circiter annis præfecturam ordinariam Circuli sustinuerat, hoc sui muneris fore existimans, collectis aliquot copiis nomine totius Provinciæ moderata præsidia disposuit, magnaq; modestia vim deprecatus fuit. Alii tamen præfato Christiano Brunsvicensi clam copias suas commiserunt, eumque bellico apparatu promoverunt, qui in proximam Westphaliam aliquandiu secedens, ac cum Mansfeldio tractans plenis exercitibus in fratris sui ditionem, & in Halberstadiensem Diœcesem revertens, propriis concivibus metum incussit, indignatusq; Duci Luneburgensi quod alias tam frigide arma illius districtus movisset; & quod non ita pridem contra illius parentem Comitatum Grubenhagensem à Cæsareis Delegatis impetrasset, non modice ei, & Cęsari offendebatur; neq; jam aliquis dubitabat, quin cõtra Cæsarem tam validum exercitum instruxisset, tum ut Palatinum cognatum suum restitueret; tum ut confirmationem singularẽ sui Episcopatus Halberstadiensis obtineret, & impune leges latas ab illius Capitulo; nec non ab ipso confirmatas, sacramentaq; de novo exacta in præjudicium Catholicorum Canonicorum stabiliret. nibilonim⁹ illi⁹ frater Vlricus Dux Brunsvicensis, qui & ipse nõ parum Cæsari offendebatur, eo quod ad nostram instantiam investituram Ducatus Brunsvicensis ad instar Parentis sui obtinere non potuisset propter bona occupata à suis prędecessorib⁹ tempore Caroli V. Episcopatus Hildesheimensis pendente lite in Camera Spirensi, iram dissimulans, Tillio, & per eum Cæsari persuadere nitebatur,

Modestia Ducis Luneburgensis.

Dissimulatio Brunsvicensis.

batur, Christianum fratrem nihil hostilitatis contra Cæsarem velle movere, atque ideo velle Mansfeldium equitatum dimittere, sibi Duci militare, nec in aliquo Circulũ inferioris Saxoniæ aut aliũ vicinũ offẽdere, nisi pri' lacesseretur. quare etiam Tillium rogabat, ut quietis amans, nihil contra inferiorem districtum moveret. verum hæc tantum eo fine dicebantur, ut Christianus impune meliora loca occuparet, aciem mature instrueret, & aditum sibi in Bohemiam aperiret. nam eo ipso tempore à Saxoniæ Electore transitus in Bohemiam petebatur, ab Eisfeldensibus collatio non exiguæ summæ pecuniariæ impetrabatur; & copiæ multo majores, quã opus esset, conscribebantur; jamque Christianus cum Mansfeldio copias unire studebat. Imo Fredericus, & Mansfeldius Bethlemum Gaborem ad movendum eodem tempore exercitum in Moraviam & Bohemiam urgebant; tractatusque à Rege Angliæ cum Hispanis institutos, se invitis omnem pacem ejurantib', profectos esse testabantur. nec desinebant Christianus, ac Mãsfeldius ditionem Westphalicam devastare, arcẽ Rettelianam invadere, aliaq; loca, jam non sua, ut aditus Tillio præscinderetur, præsidiis munire. Quare Tillius tum coactus fuit Brunsvicensem Ducem fratrem Christiani Halberstadiensis de mala fide, ac violentia arguere; & castra sua Hirsfeldiam, necnon in Eisfeldiam ad occurrendum violentiis Christiani promovere. ibi cum aliquandiu substitisset, diribitorium occupata Eschvvega, Altẽdorfio, & Wissenhusio instituit. ac nonnunquam cum Christiani Brunsvicensis militibus velitationes, quę tamen insolentię militum potius adscribebantur, permisit. Bis Christianus Cæsareos milites primo insolentes aggressus, semel Francisci Alberti Lavvenburgensis Ducis legionem in viarum augustias conjectam affl xit, eique omnia impedimenta ademit,

Cum Bethlemo conspiratio.

Halberstadius primo aggreditur Cæsareos.

Alias

Alias Einotensis Tribuni legionem opprimere tentavit; sed ipse aliquot signa satis magna clade suorum amisit,

Cum interim hæ clades, & pericula Cæsari adhuc Pragæ hærenti renunciarentur, jamque fama percrebuisset de Bethlemi Gaboris apparatu, inconsultum judicans loco minus tuto diutius hærere, Viennam festinavit, ubi mihi cæterum Bohemiæ nec non partē Moraviæ videre licuit, sicut & aliam partem omnino desolatam; &, quod maxime deflebam, totaliter hęresi infectam, è qua non ita pridem prædicātes hęreticorum migraverāt, & popul⁹ nunc à Religioso Polono, aut Germano in defectum Bohemorum sobrie satis instruebat, tum ob defectum scientiæ, probæ vitæ, parvi respect⁹, paupertatis, diffidentiæ, tum vel maxime ob obstinatam voluntatem incolarum, quod patienter dissimulandum fuit, donec adesset in tanta messe major maturitas, & operariorum abundantia Sacerdotum. interim tamen ut à teneris assuescerēt Catholicę Religioni, in singulis locis, scholis præfici curavi Clericum Catholicum, cui etiam necesse erat in absentia Sacerdotum nōnunquā ad tres, quatuor, vel plures leucas distantium, necessaraim Baptismi Sacramentum ministrare, & Cathechismum diebus Dominicis loco cōcionis, ac Sacri perlegere. Antequam Praga d scessissem, de restauranda principali Abbatia H rsfeldensi, novissime à Tillio recuperata deliberare cœpi, illam enim inter hæreditaria sua bona numerabat Mauritius Landgravius Hassiæ, qui eā filio secundo genito jure patronat⁹, vel pot.⁹ sūma injuria donaverat; neq; nūquā à Cæsare vel à Sanctissima Sede tantæ Prælaturæ Ecclesiasticæ confirmationē acceperat, ac nihilomin⁹ integris fructibus fruebatur. Commendavi tunc Sanctissimo PP. Gregorio XV Archiepiscopum, & Electorem Moguntinum, cujus in Germania ob

Cæsar abitum Praga parat.

Abbatia Hirsfeldensis dispositio.

Cancel-

Cancellariatus officium est maxima auctoritas, quem etiam uti illi loco vicinum Principem, ac zelo Dei percitum, judicavi facilius ad possessionem admittendum, juraque è Cancellaria Imperii eruta quam commodissime posse restaurare; prout ipse Sanctissimus Dominus optime consideravit; ac tanto beneficio, jure devolutionis ad ipsam Sanctam Sedem spectante præfatum Moguntinensem Electorem condecoravit. Et insu-
" per ne deficiente Archiepiscopo Electore, iterum
" Abbatia occuparetur ab eodē Landgravio, Co-
" adiutorem in eadem cum futura successione instituendum curavi Archiducem Carolum, ut cū sua, & suæ domus potentia illum tueretur.

Decretum de Religione in Bohemia.

Cæsar etiam antequam è Bohemia discederet; singulariter opus Restaurandæ Religionis Domino Archiepiscopo commendavit; mandans suo relicto Legato, ut solius Divinæ bonitatis, ac justitiæ intuitu, nulli indulgeret; sed in omnib9, & per omnia Catholicæ disciplinæ præsentem manum adhiberet. Exemplo suo doctrinam, ac mādatum voluit stabilire: bis enim miraculosam B. Virginis ædem Brandisii tertio ab urbe lapide voluit visitare, atque liberali dono aliquot millium ducatorum (quod multum erat in tanta egestate, ne dicam necessitate) Ecclesiæ illius structuram promovere.

Decretum de restit. bonorum Ecclesiæ.

Alterum decretum antequā abscederet in favorem Cleri pene ceciderat de restituendis bonis ecclesiasticis nam cum passim fortunæ reorum venderentur, essentque inter illas, quæ ad sacrum Ordinem quondam spectaverant, relictos Vicarios monuit, ne similes venderentur, vel jam venditę alio beneficio non inæquali compensarentur. Hinc non multo post quoslibet totius Bohemię Prælatos requiri voluit, ut scripto consignarent, quod, quale, quantum, quando, à quo fuissent bona Ecclesiæ ablata, & à quo tunc detinerentur, & suo tempore posset Prorex à venditione talium abstinere, vel [illegible] beneficio compensare.

D uo-

Duodecimo post decessum die modicis itineribus Cæsar Viennam devenit, ubi mox memor quanto incommodo, & periculo vitæ, suarumque fortunarum in Bohemia, nec non in Germania eum vivere cōtigisset ob unam hæresim, quæ tantam excitavarat inter subditos, & hæreditarium Dominum diffidentiam, ut vix Dominus securus, & vix subditus quiete dies suos posset transigere, de restauranda Religione saltem in hæreditariis Provinciis, serio deliberavit, hortatusque est eos, ad quos cura ecclesiarum spectabat, ut non minus doctos, quam probos animarum curiones animabus præficerent. Deinde inquisitione facta, an in locis nō privilegiatis, qualia erāt oppida Austriæ, & majores vici Cæsarei, alicubi esset exercitium sectarium, ubi intellexit adhuc in Gravvenvverdt, Langeloise, & Forthoff, dissimulatum fuisse exercitium hæreseos; statim Andreæ à Stadl, Casparo à Nienhaasi, & libero Baroni Ioanni Ioachimo ab Aspan respective illorum locorū jure oppignorationis dominis, omne exercitium sectarum interdixit; imo de facto Doctorem de Schaffleram una cum Patribus Societatis Iesu à Collegio Cremsensi Langeloisum mitti voluit; civibus severis mandatis præcipiens, & instructi statim Catholicam Religionē complecterentur, quia nunquam cōcessa fuerat Religionis libertas quarto ordini plebejo in minoribus oppidis ac vicis, sed solū nobilitati in propriis arcibus domibus, villis, & molendinis, aut in aliis locis proprio usui destinatis.

Cæsar in Austriam redit.

Diversa prohibitiones hæretici exercitii.

Hinc ad minora oppida Cęsar conversus, omnes cives, aut incolas Catholicæ Religioni nomen dare voluit incipiens ab Enzestorfensibus, Prætersdorfensibus, Modlingensibus, Bandensibus, ac Drackirchiis, quibus in locis jus civium obstinatis in hæresi denegari mandavit. Nec minus de Styria, Carinthia, & Carniola sollicitus Episcopo Lavantino restaurationem d.s. plenæ Cathol:...

Coguntur ad Religionem Catholicam incolæ Austriæ.

thol:.æ

tholicæ commendavit, eamque ut satageret disertis verbis præcepit. Et quia Iaurinenses tam præsidiarii, quam institores plerumq; erant turpi hæresis labe infecti, à quib⁹ tamen tanti momenti contra Turcas repaguli conservatio dependebat, serio de restitutione Catholicæ Religionis ibidem agi voluit, mandans, nisi id obtineretur, locum Catholicis præsidiariis committi.

Bellum in Saxonia inferiori.

Sæviebat interim bellum in inferiori Saxonia ubi Halberstadiensis miles acriter sese Tillianis opponebat, jamque passim vicanis data fuerunt arma,& milites pabulatores expediverant;&Tilliani vice versa incendio aliquot pagos castigarant, deinde arces duas in ditione Brunsvicensis Ducis interceperant, quas & munire,ibidemq; castramentari cœperāt; tanto confluxu copiarū, ut Ordines inferioris Saxoniæ diem Luneburgi indixerint ad restinguendum incendium,quod alioquin, ut prudenter prospeculabantur, integram viciniam erat pervasurum.

Comitia Luneburgensia.

Scripserat Cæsar ad præfatos Ordines congregatos, eosque rogaverat,ut Christianum Brunsvicensem intra modestiæ limites continerent, & ad acceptandam Suæ Majestatis gratiam jam pridem oblatā perducerent, vel omnino eliminarent, cum tam pernicioso illius exercitu; ne cogeretur præter suā mentem contrariis copiis illū prosequi, ac fidos sibi socios à tot ruinis vindicando etiam ipsis obesse. Quod cum Ordines Christiano proposuissent, neque adhuc(aliter sentiente Luneburgico) illi adhærere decrevissent, absque cunctatione Christianus exercitū suum Visurgim transduxit per pontem Hamelensem; Comitatumq; Lippensem tum infestare cœpit, incenso prius in Eiflia insigni monasterio Gerodiensi, quod ad Electorem Moguntinensem attinebat. Cęsaris vero oblatam gratiam respuens, cū nondum conciliari voluisset; multa, quæ sugillaret, invenit. quare illa minime contentus

Halberst. Cæsaris gratiam respluit.

alte-

ulteriorem veniam pro se, & pro omnibus illi militantibus, nec non iis, & sibi secundum illa omnia, quæ Daniæ Rex in novissima Viennensi Legatione à Cæsare petierat, satisfieri postulavit. Quibus verbis tecto nomine Palatini causam agens, illũ ex integro dignitati, & fortunis omnibus restitui, & de aliis tam suis, quam fratris sui nondum ad investituram Brunsvicensis Ducatus absolute admissi, ob bona, de quibus diximus, Ecclesiæ Hildesheimiensi adempta; pacisci volebat, sicq; Cæsarem in ordinem redigere, atq; alia postmodum suæ familiæ, & sibi ratione Halberstadiensis Episcopatus impetrare cogitabat; ita ut sine pugna victor diceretur Cæsaris; & plus commercio, quam armis profecisse cognosceretur. Quæ cum præter Cæsareæ Majestatis dignitatem postularentur, essetque periculum, ne illa similibus commerciis degradaretur; Cæsar prudentissime postulata distinxit; & singulariter ipsi Christiano, ejusq; militibus præsentibus, cujuscunque tandem conditionis essent; gratiose veniam indulgere promisit; hac sola reservata conditione, ut qui ex hæreditariis provinciis contra Suam Majestatem militassent; deinceps ex eisdem provinciis excederent, & oblata gratia infra octiduum à die publicationis uterentur, in cæteris prudenter dissimulavit absque alicujus personæ causæ, aut occasionis explicatione.

Verum Christianus, qui nunquã paci animum applicuerat; his non cõtentus, insanire perrexit, & exprobrato prius universo Circulo Saxonico, qui illius audaciæ particeps esse noluerat, illumque extra limitem rejecerat; quam socorditer causam suæ patriæ otiosi defenderent, & quanto periculo Cæsari, longe altiora erga ditionem illam cogitanti, se suaque stolide concrederent; exercitum suum in ditionem Monasteriensem, deinde Coloniensem, atque ita in Belgium Hispanicum abducere cogitavit, quo *Cæsaris gratia oblata respuitur.*

tandem spoliatis illis regionibus, & præciso nervo Hispanico, in Belgium militem Burgundicum ex Palatinatu revocaret, suique brachii amissionem vindicaret; ac tandem per illam viam Palatinum proscriptum patriæ suæ regnoque Bohemiæ restitueret. Ast Tillius cum suo exercitu fugientis vestigia premere constituerat, & ut alicubi primas copias detineret; Anhaltinum evocaverat cum aliquot copiis Burgundicis, quo vires conjungerent ad prælium, si sese occasio ferret in eundem, antequam Halberstadius Rhenum attingeret, & Hollandorum copiis, prout dispofuerat, suas uniret. Favit Deus bonæ intentioni Tillii, qui 31. Iulii Horem appulit, & prima Augusti per patentissimum campum Samen copias suas in ditionem Ravenspurgensem transtulit, ac tandem quarta die Anhaltini copias in Greve suis conjunxit; cum paulo ante Halberstadiensis etiam suas Embresam traduxisset. Intellexerat tunc Tillius Halberstadensem prope Stenvordam consistere, suosq; ibidem in aciem constituisse, quare quo certior de ordine, loco, numero, & castris fieret, Tribunum Avandanium cum legione equitum aliquot Croatis exploratibus adjunxit; ipsemet vero cum toto exercitu optime disposito subsequutus est. reperit jam hostem primos ordines Avandanii invasisse, quibus continuo 500. sclopetarios submisit, quorum virtute hostis retrocedere coactus est, nõ tamen ordines dissolvit; nocte autem succedente, data fuit utrimque quies, sed Halberstadiensis tenebrarum beneficio usus, usque ad sylvam prope Statloo devenit inter aquas, & vallum, ubi sibi tutum fore refugium arbitrabatur. sed Tillius circa meridiem locum prospeculatus die 6. Augusti (quo Romæ Sanctiss. D. Vrbanus VIII. Pontifex ad maximum Vrbis, & Orbis bonum electus fuerat) Equitatum Ducis Adolphi de Holstain, & Tribuni Herberstorfii præcedere jussit, illis-

Intentio Halberstadiensis.

Prælium ad Stadloo contra Brunsvicensem.

Fugit Halberstadiensis.

illisque succedere legionem Iunioris Tillii; equitatum legionibus peditū Schonbergii, Furstenbergii, Ducis Henrici Iulii Lavvenburgensis, & Ervvitii, suffulsit, quibus rursus opposuit equitatum Linattenii, Lindloi, & Nucenhaimii. deinde ipsemet in medio totius exercitus cum cæteris legionibus consistens, signū pugnæ dedit, ac mox spatio duarum horarum totum exercitum Halberstadiensis, qui triginta circiter millibus armatis cōstabat, adeo dissipavit, ut 6000. in ipso loco sint cæsa, quatuor mille sese dederint, cæteri captivi, læsi, ac fugati fuerint. Inter captivos numerati sunt tres Duces, quatuor Comites, sex Tribuni, & facilè centum Capitanei cum ducentis signiferis, ac magni nominis ministris. Halberstadius ipse fuga sibi consuluit cum duabus equitum turmis, amissis duodecim tormentis bellicis, totoq; exercitus bellico apparatu.

Numerus occisorum, & captivorum.

Accidit autem hoc tempore, quod Religiosus quidam reformatæ Religionis (cujus nomini parco) indiscreto zelo conjunꝭto cum summa propensione in domum Bavaricam (licet inscio Electore) transmiserit socium suum ejusdem Religionis ad Regem Angliæ, illique in scriptis offerre jusserit talem propositionem.

Duplicem viam magnæ Britanniæ Rex habet, ut negotium Palatini, & suorum filiorum terminet, utq; rem sui regni consolidet. Prima quidem est cum Protestantibus se unire, cumq; iis, qui Protestantes sequuntur. Secunda vero cum Catholicis bene convenire. Ambæ quidem maximiorū eventuum capita esse possunt: quoniam ambæ potentes sunt, & sicuti Protestantes auxiliari possunt, quippe qui amici sunt; sic etiam alii nocere possunt, quia inimici existimantur. Quæritur nunc, utra harum viarum magis conferat ad easdem dissensiones componendas, regnumque firmandum an ut S. M. cum Protestantibus se uniat, an potius cum Catholicis bene conveniat.

Propositio ad Regem Britanniæ à Religioso quodam.

Hujus quæsiti veritas, ex qua bonum, aut malum regni dependere potest, ex tribus dependet, primo ex auxiliis, quæ Protestantes afferre possunt. secundo ex damnis, quæ in eos à Catholicis inferri possunt. tertio ex securitate, quæ haberi ab iis Catholicis potest.

De primorum auxiliis loqui possumus vel de facto, vel de possibili.

De possibili quidem multa esse, ac formidabilia affirmo, quoniam totus pene Septentrio posset S. Majestati favere: Daniæ Rex, Saxo, Brandeburgicus, Hollandi, Hugonotti Galliæ, Gabor, & Vngaria, & sic videtur quod Angliarum Rex omnibus mundi partibus ipso immoto manente, motus excitare posset. Et cum ipse sese movere vellet, sui regni viribus contra quemlibet potentem Principem bellum gerere posset. De possibili ergo magna sunt auxilia.

Quoniam vero argumentũ de possibili ad esse minime concludit, & in rebus publicis, & præcipue in rebus bellicis multos Principes in errores intolerabiles ingessit, proinde videndum, qualia sint auxilia de facto.

Ex quiete ad motum longior cursus, quam ex motu ad motum. Catholici profecto sunt in motu belli, & quod maximum est, belli, cui plaudit victoria. Qui auxilium ferre possunt, adhuc moti non sunt, ac majori impendio fiet ab ipsis, & majori apparatu se ad bellũ promovendum accingent, quã inimici ad bellũ prosequendum. constat quantum dispendii fuerit in militia componenda, quæ hinc in Palatinatum missa fuit.

Hinc aliquis fortasse dicet in eo casu magis conferre Regi, quoniam ejus arma recentia forent, aliorum vero omnino fatigata, at respondetur minime fatigata esse, vel etiam si fatigata essent, in hoc prævalẽt, quod victricia sunt. Quare adversę parti opus erit extraordinario conatu, supposito quod Catholici velint dimicare tanquam

quam possessores ad simplicem defensionem.

Verum quod magni refert, quippe victores volent etiam offensivum inferre, & ideo de facto non concurrent multi eorũ Principum, qui principalia auxilia possent subministrare, & quorum momentum maximi faciendum est, tanquam maxime intrinseci; iique sunt Germaniæ Principes, quoniam prçterquam, quod sunt viribus exhausti, territi sunt etiam eorũ exemplo, qui contra Catholicos invecti sunt, non obstante quod illis temporibus Catholici nec possessores erant, nec victores, ĩmo viribus longe inferiores, & tamen in quem statum deducti sint, ignorat nemo. Quamobrem tanquã propriæ quietis amatores in indifferentia stare volent. immo eorum nonnulli; propter res privatas contrarii efficiuntur, sicuti visum est, & adhuc etiam videtur. Sed his omnibus datis, & cõcessis, prudens sane Princeps maxime in belli materia, in qua non minus timore, quam spe utendum est: nunquam fundamentum pones in alieno auxilio, sed necesse est, cum bono ærario rẽ agere magis in re quam in spe. & hac de causa Palatinus male consultus, pejorique adminiculo fultus, cum propter defectum pinguis ærarii illo conatu, quo cœpit, prosequi non potuerit; in eum statum, in quo cernitur, redactus est. Nunc an regnum habeat plenum ærarium ad multos annos (certum enim est ad multos annos bellum gerendum esse) immo an regnum ad multos annos subministrare queat illa auxilia, quæ supponuntur, qui bene novit hujus regni perfectiones, nec nõ defectus, jure optimo potest abnuere. Addo etiam bellicosum Caput deficere, itemque unio, quæ adeo necessaria est inter Consiliarios, & regni primates, non reperitur. Deficientia ergo, & valde periculosa sunt auxilia per istam viam.

De damnis secundorum pariter loqui possumus de facto, vel de possibili.

De facto videtur illos bellum in Germania abstulisse, & in unum angulum prope mare illud constrinxisse, cum alieno statu potiti fuerint. Tali ratione præcipuos bellatores suos hostes adeo humiliaverunt, ut non possint amplius hi caput extollere. Et stantibus rebus, prout stant, talia hæc damna sunt; ut ad iis medendum, tametsi omnia auxilia, quæ de possibili sunt, haberent; adhuc anceps res esset.

Et optime considerandum est istos inimicos Catholicos esse defensivi belli magis, quam offensivi, magisque vi, quam electione. De possibili igitur bellum geri potest offensivum, & per electionem. Nec tamen possibilitas ista à facto distabit, quoniam ingrediens Rex primam viam necessario contra Catholicos bellum includit; quoniam fit statim de Religione bellum; multi Catholici Principes unientur, ac Papa ipse primus erit. Nunc damna, quæ intulerit hæreticis, cum contra eos bellum actum est de Religione, quidque suas exerens vires Papa potuerit; qui historias callet, optime novit.

„ Verum in quem statum redacti sint Protestan-
„ tes inimici, eorumq; sequaces, cum contra ipsos
„ Catholici uniti fuerint; videri potest. Nam Palatinus pro propriis regionibus Cæsarem pœne privaverat, ac eum Viennæ aggressus fuerat, in qua quidē urbe plures habebat inimicos Cæsar, quam amicos. Verum cum aliqui ex Catholicis Principibus simul una conspirarunt, eum & ex iis, quas abstulerat provinciis rejecerunt. & iis, quas jam proprias habebat, spoliaverunt. Quare quemadmodum magna sunt damna, quæ à Catholicis Regi illata sunt in re Palatini; majora esse possunt, cum non bene cum eisdem Catholicis conveniet. Majora, inquàm (& hæc deberent à S.M. & prævideri, & magis quam alia timeri) & cum Palatinus sua non habeat oppida ea existimans ob Regis defectum se non recuperasse

(ut

(ut perpetuo dicent,ac de facto omnes ejus amici deblaterant,ac præcipue regni Puritani in Regem, ac Principem male affecti, ac adeo in ejus amorem propendentes, ut eos non pudeat palam proferre à se in illo regno cum desiderari) nunquam illud regnum internis dissidiis agitari desinet, propter magnam correspondentiam, quam ille ibi retinet, quæ in Regis Principis, ac regni perniciem tristem aliquam tragædiam poterunt excitare.

Ex duabus istis igitur, hoc est, ex debilibus auxiliis, quæ à Protestantibus habebuntur, & ex multis damnis, quæ à Catholicis inferentur, quasi ex duabus præmissis potest absque ulla dubitatione concludi,potius Regem cum Catholicis bene convenire, quam secum Protestantibus unire debere.

Sed quia tota vis consistit in hoc; quantum Rex poterit se Catholicis credere, tanquam inimicis existimatis:

Dicitur tandem tertio &ultimo loco,duo Catholicorum genera existere. Aliqui Majestatem Suam auxilio sustentare possunt, sed possunt pariter in eam zelotipiã injicere, in re maxime dominatui annexa. Alii vero Regi favere,&auxiliari possunt directe & indirecte; zelotipiã vero in eum injicere non possunt.si S.M.volet cũ primis convenire facere id poterit.poterit enim magna inde auxilia obtinere, omnino vero illis se credere non poterit.Si vero cum secundis bene cõvenerit,quales sunt Catholici Principes Germaniç,aliiq; libertati Imperii adhærentes;dico Majestatem S. debere omni ratione; si finẽ excitatis dissensionibus velit imponere;resq; sui regni cõsolidare,cum his bene convenire; neq; alia sine periculo iniri poterit via. nam si se Protestantibus adjunget, eorumq; asseclis, vel omnino,vel magna ex parte,bene cum Catholicis convenire, ac ab ipsis auxilia recipere non poterit. Sed si

bene conveniat cum Catholicis; non tamen ideo cogeretur à Protestantibus dissentire, cum possint una omnes coire.

Declaravit postea oretenus bonus iste Religiosus tam Regi, quam suis Consiliariis, quod caput istorum minorum Principum Germaniæ quandoq; erat Dux Maximilianus Bavariæ; cum illo deberet tractari unio, & compositio de negotio Palatini promovendo, licet inscio Cæsare, promittens reconciliationē Cæsaream, dumodo Palatinus filio vellet dignitatē cedere, vel post obitum Ducis Maximiliani officium Electoris concredere, & ad totā rem componendam Cæsarem certis pactis conditionibus de Catholica Religione asserenda, Archiducissam filiam Minorennem filio Palatini desponsurā, qui educari deberet in Aula Bavarica; vel alterius Principis Catholici in Germania; & dum adolesceret, ipsemet Fredericus Palatinus totum Palatinatum gubernaret, & regeret tutoris nomine. Ista tractatio fuit instituta, & producta per aliquot hebdomadas, sed evanuit priusquam devenisset ad notitiam Cæsaris, & Regis Catholici; & si habuisset optatum finem, qui erat stabilire dignitatē Bavari quoquomodo poterat cum unione ejusdem Bavari, cum " inimicis Cæsaris, etiam si S. M. & Domus Austri- " ca noluisset; utique origo fuisset discordiarum " inter Domum Austriacam, & Bavaricam, & ruinæ " utriusque, quod semper procurarunt, & procurabunt hæretici; cum unio istarum duarum familiarum, sit unum ex principalibus fundamentis conservationis Religionis Catholicæ in Germania. sed sperandum est, quod bonitas divina disrumpet in futurū consilia impiorum, quemadmodum disrupit tractationem istam exoecando intellectum Regis, & Palatini, ne vellent consentire, præter alia, ut ejusdem Palatini filius educaretur in Aula Bavarica.

Bethlemus interim, ut addixerat, victoriæ ignarus

rus arma in Vngaria moverat, una cum Turcis, & Tartaris, quos fidei datæ oblitus magna summa sibi coëmerat; ideo Cæsar copias, quæ in Bohemia, ac Moravia erant sub Hieronymo Carafa Marchione de Montenegro, ad resistendum tanto exercitui quam celerrime collegit; conduxitque sex Cosaccorum millia, quæ prius in Moravia exauctorata fuerant. quem exercitum in Moraviam progredi jussit. sed jam Bethlemus occupato oppido S. Andreæ, & accensis suburbiis Filleckensibus, Epporisium, Tirnaviam, multaque alia loca in suam potestatem redegerat, trucidatis quam miserrime militibus, qui ad eorundem locorum præsidia ex legione Tiefenbachi excubabant. Excurrerat eodẽ impetu pars una illius exercitus in suburbium Possoniense, ut in Austr am pervaderet; illamq; provinciam more suo incendiis vastaret, sed Neusolium, & Comorra, quam plurimum procedentem retardavit, alia vero pars aditus omnes in Moraviam occuparat, quo postmodum integer hostilis exercitus, devastata Vngaria, se recepit; ut simili clade Moraviam affligeret, vixque tunc erat, qui tantis copiis se auderet opponere.

Motus Bethlemi in Vngaria.

Quare in Bohemia, & Moravia timor maximus populos invaserat qui passim Pragam deserentes locis tutioribus se, suasque fortunas credebant, tanto strepitu, & plausu hæreticorum, ut jam esset, qui auderet Catholicam Religionẽ ejurare, irridere, ac rursus Lutheranam, ac Calvinianam pestem sibi promittere. Sic suos concives consolabantur exules Bohemi, sic conabantur persuadere suis confœderatis hæreticis, qui in Palatinatu superiori, in Franconia, & in Germania dispersi, in oppidis, ac civitatibus Imperialibus hærebant; sibiq; de Mansfeldii, Halberstadiensis, & Bethlemi adventu congratulabantur. Cæsar Viennæ sollicitus de tanta irruptione, & tali hostiũ apparatu per singulas ecclesias preces indici

Pragenses, & Palatiniani gaudent.

petiit, & vota Deo, necnon Gloriosissimæ Virgini Mariæ obtulit: prout in hujusmodi rebus mos ejus erat, maxime cum Cæsareus exercitus impar hostibus illis se non auderet opponere, sed cogeretur latere, & impune latrocinia, incendia, devastationes, & cædes tolerare. Prudentissime tamen tunc Cæsaris exercitus selecto loco Ghedinensi se inclusit, quo commeatum sufficientem, & non spernendum belli apparatum contulerat. tumultuario etiam opponere sese ibidem munierat, ut hostem in Moraviam, & Bohemiam procedentem subsequens intercluderet, vel redeuntem exciperet. quod animadvertens Bethlemus in initio Moraviæ substitit, & quasi victor conditiones pacis superbissimas Cæsari præscripsit, pacem stabiliturus si Cęsar pręter duos Principatus Silesiæ, omnes civitates montanas Vngariæ illi cederet, si illum Vngariæ Palatinum crearet, si belli sumptus resarciret; & horū sufficientem cautionē præstaret. cum autem haud ei pro voto responderetur, velletque potius Cæsar, ut quantocyus tota Vngaria excederet, damna sarciret, & nexos omnes Christianos solveret; Cæsareum exercitum Ghedini inclusum maximis copiis Turcarum, & Tartarorum, quæ ad 60. millia ascendebant, obsedit. Verùm Cæsarei prudenter annonam dividentes, & valide tormentis sese contra obsidentes propugnantes; fortissime obsidionem sustinuerunt; atque interim Cæsar Tillium cum aliquot legionibus ex inferiori Germania evocaverat, ut suos obsessos, & jam inediam summopere tolerantes liberaret. Bethlemus, ut advenire subsidiarias copias intellexit, & obsidionē diutius ex composito protrahi cognovit, pertæsus instante jam hyeme de solutione ejusdem deliberavit. Deliberantem, & nonnunquam gravi damno impetum facientem ad obsidionis solutionem coegerunt Turcæ, ac Tartari, qui impatientes frigoris, ac pluviarum, etiam

Cæsaris exercitus Ghedini.

Obsidetur Ghedinum.

etiam non obtenta facultate Bethlemi, imo maxima illi' indignatione castra deseruerunt: quorum magna pars in manus Comitis Esterhasii stationem Neuheuselianam constanter defendentis, cecidit; & prædam adductam, quæ non exigua fuit, una cum vita plurimorum amisit, secunda, & tertia die Esterhasius contra hos elabentes una cum præsidiariis Cõmorensibus excurrit, & abrupto ponte ad Neutram plusquam 300 Turcas in fluvium adegit, qui frigore rigentes & aquis hausti perierunt, præter 1200. captivos liberatos, adeptos octo camelos pretiossimo panno Turcico, & argenteis vasis onustos, Prætorium vexillum, & Vexilliferum una cum pluribus nobilibus, inter quos duo erant Budensis Bassæ, alteriusque purpurati filii, tanto cum Turcarum terrore; ut fugientes per ignotam sibi viam, in manus Preineriorum militum sese ipsos præcipitaverint. Quod idem cum Bethlemus sibi vereretur, & contigisset maxime si obsessi tergis fugientium institissent; satius duxit cum obsessis, ac Cæsareis inducias pacisci, quæ tanto facilius admissæ sunt, quanto illi majori inedia premebantur, nam vix per aliquot dies arctum panem, & aquam brevem, ut dici solet, habuerant. Neque multum Bethlemus postea à pace constituenda abhorrebat, nam & Turcas, & Tartaros spe sua frustratos infestos habuit, illique non semel objiciebant lanienam, ad quam fuerant conducti; quam non minus Vngari exprobrabant, & Poloni vindictam illaturi; omnem occasionem quærentes, solum Cæsaris mandatum expectabant.

Solvitur obsidio Ghedinensis.

In inferiori Saxonia cum Tillius magnam partem exercitus adduxisset, jamque limites Bohemiæ attigisset; nova consilia contra Cæsarem cudebantur; Daniæ Rex, qui paulo ante celebrem, de qua diximus, victoriam, milites aliquot superato Albi in districtum Saxonicum deduxerat, &

Altenam, ubi Catholici Hamburgenses suis exercitiis intenti divina celebrabant; per suos cum oppressione eorundem Catholicorum expugnaverat; novam Legationem ad Cæsarem adornandam duxit, ut eum vel ad moderate utendum victoria hortaretur, vel ad serium bellum provocaret. Displicebat summopere Regi, quod miles Cæsareus peracto prælio Lipstadium serio obsedisset, & locum tam munitum expugnasset; sed magis, quod totam illam viciniam Sparenburgum, Herfordum, Ravenspurgum, aliaque loca versus Paterbornensem, & Hildesemiensem diœcesim occupasset. imo maxime quod miles omnis in hyberna, Hassiam ad limitem inferioris Saxoniæ deduceretur, quare non parum sibi, suisque, quos pro filiis prensaverat, Episcopatibus metuebat; jamque non contentus Ferdensi, Halberstadiensem, Bremensem, Lubecensem, ac Osnabrugensem, ut tanto comodius constitueret suum regnum Interamnisticum, ambiebat. Hinc transmisso Comite Oldemburgensi ad Cæsarem, qui veniam Palatino impetraret, ipsemet Rex ad Ducem Brunsvicensem excurrit, & Magdeburgensem pseudadministratorē primo, deinde alios illius districtus Regulos, & præpotentes civitates ad arma cogenda sub alio prætextu provocavit.

Daniæ Regis consilia.

Legatio Oldeburgici.

Quæ dum præpararentur, nō feriabatur Mansfeldius in Frisia orientali apud Emdam (quem locum sibi pro refugio delegerat) Emdenses exercere; ab illis enim magnam pecuniæ summam exigebat, quam ut impetrare non potuit, loca pleraque unitis Ordinibus Hollandiæ oppignoravit, & cum illis agens de uniendo suo milite Saxonicis inferioribus varias deliberationes Imperio noxias instituit, quibus posset fortuna Christiani Brunsvicensis restitui; verum propius accedens, dum illas ex Monasteriensi diœcesi putasset executioni demandare; jamque in eum finem

Mansfeldius in Frisia Orientali.

finem ter millia peditum, & mille equites tam ex suis, quam ex reliquiis exercitus Christiani Brunsvicensis collectis, in Westphaliam deduxisset, à Comite de Anholt, & Etvittio non procul à Warendorfio invasus amissis quindecim vexillis, prostratisque quingentis equitibus, & fugatis cæteris omni pene militia exutus est; ita ut cum paucis Lacunas Emdensium debuerit repetere; ibidemque donec aspiraret aura fælicior, quæ illum in Hollandiam, Angliam, & Galliam deveheret, latitare. Etvittius interim cum commissa sibi parte exercitus Comitatum Hoiensem, pro hybernis desumpsit, majoremque metum Daniæ Regi incussit.

Tot unius anni victoriæ, ac victoriis præmissa pericula, quibus tota Bohemia, Moravia, Vngaria, Austria, totumque denique Imperium occupatum trepidavit; aliquantum Religionis Catholicæ progressum ubique retardarunt: inter arma etenim ambigua feriabantur leges, nec quisquam audebat quicquam innovare aut sua majori impetu pertentare. Paucis ex Imperio per sententiam obtigerat bonorum Ecclesiasticorum restitutio adjudicata, ut Præposito Elvvacensi contra Oppidum Dagenfeldt ratione concionatoris hæretici in Eybah; quem jussit Cæsar avocari; & substituto Catholico curione ritus antiquatos restitui. Quod etiam in favorem Episcopi Augustani, Abbatis Campidonensis, & Decani Gronenbacensis, Volfango Christoforo à Pappenheim detinenti bona omnia Collegiatæ Ecclesiæ Gronnenbacensis præceptū fuerat cum obligatione restitutionis Catholicæ Religionis, ut olim paulo post pacem Religionis fuerat: & pariter in favorem Episcopi Eistatensis contra Marchionem de Onolsbach occupantem Ecclesiam de Galleronevetz cum omnibus decimis, proventibus, mobilibus, & immobilibus ordinatum fuerat. verum hæc, uti & alia in favorem

Remora reformationi facta.

Sententia diversa contra hæreticos.

Equitum S. Ioannis contra Comites de Hanou civitatis de Dinckelspull, contra Comitem de Oethingen passim intrudentem prædicantes, & antiquantem Catholicam Religionem; contra Comites de Stolberg pro restitutione monasterii de wassersloft, à Cæsare decreta; postquam Cæsareus miles ex Imperio fuisset avocatus, serius executioni demandata fuerant; immo aliqui horum neque isto, nec sequenti anno sua jura vendicare potuerunt.

Differtur ejectio Anabaptista.

Pariter sufflaminatum fuit per Bethlemi tumultuarias irruptiones id, quod Cæsar ad promovendam Catholicam Religionem, & ad extirpandam hæresim ordinaverat in Moravia per ejectione Anabaptistarum, serio Cardinali à Dietrichstain, & Principi de Lichtenstein cõmendatam; solum ea, quæ Episcopo Labacensi pro restauratione Catholicæ Religionis in Carniola scripta fuerant, quamvis adhuc sobrie ob viciniam turbatam, locum habuerunt. In Bohemia, ubi multi inceperant apud suos subditos Catholicæ Religionis instaurationem, cum substitutione Catholicorum, quibus templa fuerant aliquibus in locis consignata; vix Catholici Sacerdotes securi poterant officiis Ecclesiasticis defungi, tum ob vicanorum insolentias ad nomen Mansfeldii, Halberstadii, Bethlemi, aliorumque exultantium; tum ob trepidationem Catholicorum, passim cum pretiosioribus emigrantium.

Reformatio in Carniola.

Neq; Catholicæ Religioni multo fælicior fuit annus subsequens 1624. quamvis tunc à gravissimis bellis Germania, & Bohemia vacaret, quæ plerumque in Belgium, in Alpes, & ultra illas in Galliam videbantur adducta; nam tacitus quidam metus omnium animos invaserat, quod miles in hyberna deductus, primo vere insolentior ubique per Bohemiam, & Moraviam stipendia efflagitaturus; atque non absimilem ruinam ipse

Insolentia militis Cæsarei.

ipse amicus miles, quam hostis alias inusserat, esset inussurus. Attamen in Bohemia Archiepiscopus non solum sua vigilantia, & prudentia, sed etiam præstantissimorum virorum opera, specialiter P. Valeriani Magni, ex strictiori Ordine Cappucinorum, vere viri magni, verbo opere. & corpore, quod hæresis fomes erat extinguere cœpit. nam facultatem libros hæreticos imprimendi & vendendi sustulit, bibliothecas Pragensium visitari, & scrutari per certos doctos viros mandavit; Decanis, Parochis, Rectoribus, & aliis curam animarum habentibus, ut à funeribus hæreticorum celebrandis omnino abstinerent indixit. Per totam Achrchiœcesim suam ordinavit, & constituit, præclaros, & selectos commissarios, quos cum amplissima facultate, & severioribus mandatis per amplum regnum Bohemiæ misit, qui omnes, ac singulas totius regni ecclesias eorumq; ministros, Archidiœcesi Pragensi subjectos, personaliter visitarent, admonerent, corrigerent, & Clerum, quoad fieri poterat, pristinæ morum gravitati, & sanctimoniæ restituerēt; laborarēt præterea, ut omnium Parochiarum jura, bona, redditus in inventarium, & thesaurum ecclesiæ referrent, ut in archivo Archiepiscopali potuissent deponi: insuper quod vacantibus Ecclesiis, ex quibus prædicantes, Hussitæ, Calvinistæ, & Lutherani, seu alii per publicum decretum Cæsareum fuerant expulsi, & proscripti, Catholicis Parochis, seu aliis Regularibus personis impositis optime consulerent; assignantes pro necessitate administrandorum Sacramentormm uni viro Ecclesiasticæ docto, & pro plurium Parochiarum exercenda munia Ecclesiastica; quæ commisso, usque ad annum 1625 inclusive protacta fuit. quare ad supplendam istam penuriam Parochorum quantum fieri potuit, obtinui à Sanctissimo Domino, & ab Eminentissimis Cardinalibus Sacræ Congrega-

tionis

tionis de propaganda Fide, ut mandaretur omnibus Generalibus Regularium, ut transmitterent personas idoneas ad excolendam vineam Domini in tam amplo regno, ut postea factum est, & sic Regulares monasteria olim ab hereticis ablata recuperarunt, & multæ Parochiæ Pragenses, quarum jus ad S. Majestatem Cæsaream devolutum erat, in monasteria conversa fuere.

Ex tota Moravia Cæsar mandavit per publicum decretum, ut ejicerentur omnes prædicantes heretici, prout ex Iglavia, & ex aliis multis civitatibus, & locis fuerat exequutum. Duo Collegia Societatis Iesu fuerunt de novo constituta, alterum Znoimæ, alterum Iglaviæ, fundatore Comite Adolfo ab Altheim, viro nobilitate, & pietate præclarissimo, maxime ob institutionem cum aliis duobus Principibus Religionis militiæ Christianæ. Hoc eodem anno Imperator seminarium Olumucense condidit; quod Ferdinandeum vocavit; in quo alerentur trecenti juvenes nobiles, sed egeni, qui ad Sacerdotium aspirarent.

In Imperio aliquantulum audaciores Ecclesiastici executionem precedendi anno omissam promoverunt. Archiepiscopus Moguntinus propter decreta facta à S. M. in Conventu Ratisbonensi ad nostras preces, & beneficio Hispanicarum copiarum Stradam montanam, quam olim antecessores illius Palatinis oppignoraverant, & recenter Regis exercitus invaserat, recuperavit,
„ moxq; in illa exercitium Catholicæ Religionis
„ magno animo instauravit, idem fecit Episcopus Spirensis in aliquot oppidis ante recuperatis, & Herbipolensis Episcopus contra Comitem de Hanau apud Cæsarem restitutionẽ aliquot monasteriorum isto interim impetravit. Roma mihi Breve Apostolicum venerat ad Cæsarem, quo Sanctissimus D. Suæ Majestatis brachium implora-

plorabat ad tuenda jura Sedis Apostolicæ in Præpositura Ecclesiæ Halberstadiensis, quam contra Iura Sedis Apostolicæ, & concordata Germaniæ, Rex Daniæ filio suo etiam emptis votis sacrilege addixerat, admotaque vi propugnare studebat, cujus violentię cum Cęsarem monuissem, magna diligentia Tillio imperavit, ut satageret jura Ecclesiæ Romanæ; & licet multos parati exercitus Inferioris Saxoniæ deterrerent; non deterruerunt tamen Cæsarem, neque Tillium qui officii sui memor sedulo rem Catholicam promovit. Et Cæsar non solum Regem, ut à concepto beneficio desisteret; monuit: sed Legato ipsius in Conventu, non ita post Vlmæ celebrando iuxta Electorum aliorumq; Principum mentem omnia sedanda promisit; & ne videretur timuisse inferioris Circuli minas, Halberstadiensi Capitulo revocationem temerarii decreti impetrans; Canonicos, ac Præpositum propter tale Decretum rejectos admitti mandavit; Religiosos S. Francisci Halberstadii monasterio suo restitui voluit, ac tandem Pseudoarchi Episcopum Magdeburgensem ac restituendam Præposituram in Altenbaldenslebeu, ejiciendumq; intrusum condemnavit, & Abbatissam ibidem in Catholica Religione una cum toto virginum cœnobio servandam, nihilq; innovandum strictissime præcepit.

Non multo post, ex decreto tamen Cæsaris, exequutioni demandata fuit sententia, alias contra Landgravium Mauritium ratione Marpurgẽsis ditionis lata, contradicente, ac intercedente quantum poterat, Landgravio Guilielmo Mauritii filio, in quem pater (qui jam tunc in Hollandiam abierat) discedens dominiũ transtulerat; in quo tantum compendii Catholica Religio fecit, quod ditiones illæ statim à Calvinismo ad Lutheranismum devenerint, vix ullo se opponente; ita enim facile Germani de Religione- *Mutatio secta Marpurgi in Hassia.*

Prin-

principibus suis cædunt, cum non agitur de assumenda Pontificia, quam maxime hoc nomine, quod Pontificia sit, odio prosequuntur; non ita abhorrentes doctrinā, quā uti nō valde profunde scrutantur, ita non multum curare videtur.

Elector Bavariæ admittitur à Saxonia. Magno bono Germaniæ sequenti mense Sleusingæ convenerunt Elector Saxoniæ, Elector Moguntinus, Landgravius, Ludovicus, & nomine Electoris Bavariæ Tillius cum aliquot familiæ Saxoniæ Principibus; à quibus cum serio pericula Germania examinata, & nonnullę diffidentiæ ob Electoratus translationem in Bavariæ Ducem à Moguntino remotæ fuissent; confirmatus est Saxoniæ Elector in obsequio Cæsaris; ita ut non solum Bavarum in Electoralis Collegii fratrem, ac socium admitteret, sed deinceps ad conservandam Cæsareæ Majestatis auctoritatem operam suam addiceret.

Liberantur captivi. Hanc ut Cæsar rependeret, Fredericum Saxoniæ Ducem Altenburgicum, & Gulielmum etiam Saxoniæ Ducem Vinariensem, una cum Christiano Principe Anhaltino læsæ Majestatis reos clementissime in gratiam recepit, duosque alios Saxoniæ Duces è Neostadiano carcere liberatos, eidem Electori gratis remisit.

Obsidio Bredana. Bellum Germaniæ, ut diximus, totum in Belgium derivatū fuit; ibi magni nominis civitas Bredana à Marchione Spinolæ obsidebatur, quā ut propugnarent Hollandi, undique copias evocarunt. Huc Mauritius Hollandici exercitus præfectus descenderat, suaq; castra castris Hispanorum opposuerat, ita ut vix medio milliari à se invicem distarent. Sed quia serius venerat, excitatis jam circumcirca munimentis Hispanicis, illa persuadere potuit, ut obsessos liberaret, quare obsidentibus incommodare, commeatum arcere, subsidia præpedire sategit, sed frustra; ita etiam impetu quodam castra Hispanorū dissolvere conatus, cum incassum successisset, undique

que postea in auxiliis comquirendis laboravit. importune Paulo ante Rex Angliæ telam matrimonii per aliquot annos inter filium illius, & Regis Hispaniæ germanam tractati abruperat, postquam restitutione Palatini desperasset. quare inito novo fœdere cum Rege Galliæ, (cujus Regis sororem pro filio ambiebat,) & cum Hollandis, de oppugnando Rege Hispaniæ, vel saltem de restituendo Palatino deliberavit; nunc Mansfeldii, nunc Regis Daniæ, & quotquot Domui Austriacæ officere poterant, auxilia imploraturus, quæ tamen facilius, tum à Cæsare, tum à Rege Hispaniæ tolerata, quia in sequentem annum rejecta fuere. nam Rex in Italia impeditus Vallem Tellinam propugnabat, suamque Bredam, nisi cum summo dedecore non audebat. Hinc ne præpediretur à copiis Germanicis Spinola, Henricum Bergensem Comitem arma in Marcam circumferre jusserat, & ipse interim in restagnantibus aquis coercendis, & in militibus, ac commeatibus acquirendis, hostibusque omnibus viis insidiandibus expellendis, à quibus plurimum negotii præbebatur; summa industria, ac solertia se exercuit; Mauritius vallum suorum castrorum fere usque ad Castra Spinolę promovit; eaq; magnis operibus munivit Rosenthalii, quo etiam Mansfeldium evocaverat; quem cum Spinola negligeret, in Angliam ad sollicitanda auxilia transmisit, & ut divergiis ab obsidione ipsum Spinolam deterreret, strategemate industrioso Anteverpiam tentavit missis eo aliquot peditum copiis, quæ intempesta nocte lembos in fossam arcis subduxerunt, & inusitatis instrumentis bellicis mœnia pene defensorib⁹ vacua, invadere nisi sunt. quod strategema cum non successisset ob ventum vehementi⁹ flantem, atq; scaphas uno loco consistere nō patientē, alias artes, sed frustra excogitavit. ex Anglia etenim, Gallia, & Hollandia copias in partem

Fœdus inter Anglum & Gallum.

Anteverpia tentata.

partem Flandricam apud portum Caletensem disposuit, quas Rex Angliæ in Palatinatum, ad occupandum Franckendaliam, ubi induciarum terminus expirasset, mittendas curavit. verum & illæ copiæ, partim à tempestate afflictæ, partim inter se non satis cõvenientes, ibidẽ renitentibus indigenis parum effecerunt. Ne tamen alias aliquid efficerent, Belgarum Infans à Cæsare aliquot legiones peditum, & equitum impetravit; quæ in Bohemia, Moravia dipersæ, ta dè quidem motæ, sequenti tamen anno Belgium ab invasione hostium securum reddiderunt.

Cæsaris copiæ.

" Proficiebat interim Cæsar tam in Bohemia, " quam in Moravia contra hæreticos edictis; nam proscriptos prædicantes tamen in Bohemia latitantes, serio per Principem de Lichtenstein ad nostram instantiam perquiri, & arceri jussit. Archiepiscopus Pragensis in singulis districtibus alios reformationis Commissarios instituit, qui evocatis in Synodum Parochis, singulorum gravamina adnotarunt, subdole latitantes pseudoministros detexerunt, loca propinquiora inter se pro administrandis Sacramentis saltẽ ad tempus distinxerunt, & modum reformandi discutientes, eundem commodissimum suggesserunt. vix scio districtam fuisse, in quo tres, vel quatuor ministri diabolici ad mensem ejurata hæresi non redierint. Præter hæc spiritualia auxilia, quoniam sic tempus requirebat, ad temporalia magis sensibilia confugimus, & à Cæsare alia præter supradicta rigidiora decreta impetravimus, quibus Principi de Lichtenstein mandavit, ne deinceps in Regis Bohemiæ oppidis aliquem civem non Catholicum adscriberet. Deinde, ut ubique Catholici soli, vel ubi aliter fieri non poterat saltem modestiores hæretici in Senatum civitatum adsciscerentur, & quia in Moravia necnon in nonnullis etiam Bohemię locis prædicantes à secularibus dominis defendebantur, vixq; erat

Novis litteris urgetur proscriptorum exilium.

Decreta Cæsarea proficua.

qui auderet, illis invitis, tales Pseudeuangelii ministros arcere: Cardinali de Dietrichstein 27 Decembris præceptum fuit, ut, non habita ratione quorumcunque prædicantes omnes arceret, & recalcitrantes per militarem manum (quam jussus est Maximilianus à Lichtenstein Cardinali præbere) ut perpetuæ emigrationis triste, sed justum officium compelleret.

Arcentur Anabaptistæ.

Maximus tunc in Moravia strepitus fuit contra Anabaptistas, quos paulo ante Cæsar assignatis aliquot terminis proscripserat, cum plusquã vigintimillia illa labe infecti reperirẽtur, dominis suis in œconomia, in curandis agris, in mercimoniis, officiis, hospitiis, & opera manuũ valde utiles; quare gravatim illos dimittebant, pręcipue qui patriæ imperabant. Verum Cæsar constanter etiam ipsis Principibus, nisi parerent, & suos Anabaptistas statim dimitterent, suæ indignationis comminationem indixit, quod ut Anabaptistæ viderũt, dum difficulter à patriis bonis, & ab officiis divellerentur; plusquam decem mille Catholicæ Religioni sese submiserunt. cæteri in Vngariam, in Transylvaniam, Vallachiam, & ad Siculos perrexerunt, pauci ad Polonos pervenerunt, ibique minus grati novo exilio mulctati manserunt,

Prohibentur prædicantes intrare Viennam.

Admirans laudavi hoc ipso anno fervẽtem Cęsaris in Austria reducenda zelum; in quo tamen nequaquam modestia desiderabatur; nam per ordinarios Magistratus, monitis prius civibus, ut qui Religioni Catholicæ nollent adscribi, libere solum verterent; prædicantes hæreticos arceri voluit, quibus ipse alias nonnulli in locis more majorum securitatem præbuerat; tunc vero ob novas insolentias diutius tolerare non poterat. Itaque de tacito Cæsaris consensu, Senatus urbis Viennensis in ipsa urbe, sub specie quæstionis Parochorum; quibus emolumenta ad sustentãdam dignitatem Sacerdotalẽ necessaria detrahebantur,

tur,

tur, & cives corrumpebantur, prædicantibus Lutheranus exercitium Sacramentorum interdixit, solebant enim non procul à civitate commorantes in ipsa urbe hæreticos baptizare, matrimoniis interesse, & alia sua putativa Sacramēta secreto infirmis administrare. Deinde ne ad civitatē etiam sine misterio venirent; militib⁹ ad singulas portas constitutis, cautum fuit, illisque mandatum ut advigilarent in tam perniciosas personas, easque vel reiicerent, vel ad superiores deferrent.

Severius Cæsar in Austria superiori, armis Ducis Bavariç jam dudum recuperata, & etiam tunc pignoris loco detenta; cum prædicantibus egit, bonis etiam mandatis 39. Augusti, & 4. Octobris, Viennæ editis, omnes Pseudeuangelii, ministros è tota provincia eliminari jussit absque majori dilatione non aliam causam addens, quam quod pristinæ ac novissimæ rebellionis non parium ansam præbuissent. quapropter ordinati fuere novæ disciplinæ Catholicæ instauratores Doctor Abbas Gotvicensis, & Doctor Spinlerus.

Commercia varia cum Turcis ratione induciarum. Transmiserat Cæsar præterito anno Legatum suum D. Iacobum Curtium ad portam Ottomanicam cum solemni Legatione, ac solitis muneribus ad pacem stabiliendam; contra quam, quia nihilominus Bethlemus recenter adhuc Turcarum auxilia impetraverat, habens tamen Cæsar hoc anno novas Sultani excusationes, & incitamenta, condescendit, certos Legatos in Vngariā transmittere; quib⁹ commisit, ut una cum destinatis ab eodem Sultano in locū unum convenirent, illis indicarent Rom. Imperatorē aliquam causam habuisse, & quidē adhuc habere movendi bellum contra Ottomanum; cum jam sepe sępius sive illius, sive alterius culpa delusus, & à militibus præsidiariis Budensib⁹, & Strigoniensibus, aliisve, ipsius regiones præter induciarum articu-

aniculos fuissent inique fatis devastatæ, atque in extremam fere perniciem deductę nihilominus S. M. declarare pro innita sua bonitate non parum se ad pacem affici, non ut nova aliqua pax condicerentur, sed ut illa quæ anno 606 in Sithvvarok fuerat conclusa, & anno 1616 explicata & confirmata, rursus ratificaretur, modo tamen conditiones diligenter observarentur, & nonnullæ clarius interpretarentur, & corrigerentur, cum hactenus in eorundem observantia fuisset peccatum.

Querebatur enim Cæsar de transgressione pactorū circa pagos dedititios, de devastationibus, captivis, de jure patronatus Transylvaniæ, de subsidiis præstitis rebellibus, ac denique, quod Vazzium vi fuisset occupatum. quibus omnibus per contrarios articulos, & justam compensationem Cæsarei deinceps mederi postularunt. Sed tractio ista in aliud tempus dilata, sępius interrupta, ac rursus anno sequenti concepta, non nisi tertio adhinc anno stabilita fuit; nam Turcæ semper difficiliores se præbuerunt, quam anno 1624. quādo Ottomannicum Imperium quorundam Consiliariorum imprudentia in præsentissimum periculum conjectum fuit, strangulato Imperatore Osmannno, & reassumpto, ac rursus octavo mense destituto Mustafa, & evecto Achimat, & eiecto Mehometo Giraio, qui Caffæ, quæ est Regia Tartarorum sedes, rerū patiebatur, ac suffecto novo ibidem Rege, quem frater Methometus, occiso Turcico præfecto, seu Vesirio, fugere coegerat. Quæ inter Turcas seditiones rem Christiano hoc anno 1642. & 1625. non parum quietam reddiderunt, donec compositis istis turbis, & auctis Christianorum bellis, rursus Turcæ difficiliores sese erga Christianos præbuerunt, ut postea recensebimus.

Instructio pro Legatis Cæsareis.

Turcarum Mutatio.

Nec minus feriantibus in Germania armis Cæ-

ſar res ſuę familiæ Auſtriacæ conſtituere ſategit; diviſa inter fratres hæreditate à Deo poſt obitũ omnium filiorum Maximiliani Cæſaris ad filios Caroli devoluta; omiſſa etenim ceſſione Regis Hiſpaniæ in jure Bohemico, ad ſolum Ferdinandum ejuſque filios maſculos pertinente) de qua forte adhuc,inter Iuriſconſultos fuiſſet quęſtio) omiſſis etiam juribus Ferdinandi, jam ante firmatis in provinciis Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Friuli,nec non in Archiducatu Auſtriæ; totus Comitatus Tirolenſis,Landgraviat⁹ Alſatiæ provincia Briſgoiæ & aliæ circumcirca ibidem adjacentes ditiones in tres partes fuerunt diviſæ, quarum una Ferdinando Cæſari,altera Archiduci Leopoldo,tertia ArchiduciCarolo obtigit.qui tamen ſacro voto obſtrictus nullo modo de ineundo matrimonio cogitans hoc ſuum jus poſtea reliquit Cæſari, contentus Marchionatu de Burgau,& nonnullis dominiis in Moravia, & Sileſia,dum viverẽt,pręter annuã penſionem multorum millium florenorum. Cæſar etiam pro ſua innata liberalitate, & animi magnitudine addixit libere hanc donationem Caroli eidem Leopoldo,ſuiſque ſui corporis hæredibus,& ſucceſſoribus, eumque conſtituit Gubernatorem, dum viveret, ulterius portionis, quæ ſibi obtigerat. Pacta autem hujus conventionis fuerunt præter alia una parte invaſã,eidem opitularetur; eam exponere, oppignorare, & pro ſuſtinenda familiæ dignitate vendere ſi neceſſe foret, cogerentur, inſuper ad majorem natu familiæ, non extante prole maſcula,devolveretur. Non omittam addere, quod tunc temporis in curia Cæſarea mirum fuit tam gravis transactionis prius fuiſſe detectam concluſionem, quam aliquam diſcrepantiam, ob dexteritatem, & ſummam prudentiam Ioannis Vlrici Ducis Cromavii Principis de Echemberg Directoris ſecreti Conſilii Cæſarei, adjuvante Ioanne Baptiſtã Verde libero

libero Barone de wertemberg &c. per quos solos fuit directum, & conclusum tam arduum negotium. quare hac occasione sumpta, libere liceat mihi affirmare, tamquam testi oculato (cui multa fuerunt cognita per octennium tamquam Nuntio Sedis Apostolicæ; etsi aliis ignota) Principem quemlibet in tota Europa (quæ potissima pars est Orbis) ministros pietatis, prudentiæ, sapientiæ, & experientiæ, meliores his duobus non posse habere, similes vix, & cum summa difficultate. Horum potissimum industriæ (neque tamen aliorum laboribus derogo) Sedes Apostolica, & Germanicum Imperium eventus fælices negotiorum politicorum, & Religionis post Deum, & Cæsarem debent una cum posteritate tribuere.

Difficilis omnino annus fuit Cæsari 1625. cujus nunc descriptionem aggredior, maxime si illius finem consideremus; initium enim non nisi in instaurationibus corruptæ disciplinæ peractum fuit: nam Cæsar de instauratione Religionis cōsilia initurus, me audito, & evocatis Antonio Abbate Chrinphaniense, Doctore Schaflero, Spindlero, aliisq; præcipui nominis Consiliariis, mandavit Præfecto Austriæ superioris (monito prius Maximiliano Bavariæ Duce illarum ditionum detentore) reformationem Religionis in tota provincia, monitis prius omnibus incolis, ut mature sese ad illam disponerent, vel patrium solum verterent. quare, ut reformatio melius suum sortiretur effectum non multo post diœcesis Passaviensis Ordinario, ejusque substitutis Vicariis significavit, ut amotis Pseudeuangelii seminatoribus; alios magis idoneos sufficerent. Deinde Lintziensi Gubernatori Comiti de Herberstorf injunxit, ut abrogato magistratu hæretico, omnino Catholicum institueret, imponens Prælato in Gotwwirs Georgio Falbio V. I. D. ut serio provinciam sibi fuisque

Præcipitur Reformatio in Austria Superiori.

que commilitonibus impositam aggrederetur; in qua dum vicani, & oppidani tergiversarentur, & in longum suam reductionem una cum instructione necessaria differri rogarent; alia sese incommoda obtulerunt, quæ Cæsarem etiam, quamvis avidissimum novæ disciplinæ, detinuerunt.

Pestis in Bohemia. Bohemicam reformationem hujus anni plurimum impedivit contagionis morbus, adeo in illo regno vehemens, ut post hominũ memoriã nunquam vehementior fuerit, ob quem fere toto anno, paucis primis mensibus exceptis, Prælati, & præcipui Proceres è Bohemia excesserunt.
» varia tamen media ante contagionis malum ad
» extirpationem hæreseos adhibita fuerant; inter
» quę non infimum fuit interdictũ matrimonium
» non Catholicis, & interdictæ bonorum permutationes, emptiones, & contractus commerciorum iis, qui obstinate Catholicam Fidem rejicerent; sed inventa lege, inventa fuit malitia; notatumq; fuit plures matrimonia clandestina contraxisse; alios scortum aluisse, vel fecisse; ita ut neque hoc remedium sufficere visum est. Profecerat tamen in aliquibus alicujus nominis Bohemis, qui ut ad matrimonia honestiora pertingerent, aut filias suas elocarent gravioribus personis, Catholicam Religionem admiserunt. Magis profuit bonorum per Cæsarem venditio, quæ non nisi Catholicis vendebantur, & si forte possessor, aut prævaricator ad Catholicam Religionem posthabito errore reverteretur; pœnarum, & mulctarũ minutio. His etenim legibus nonnulli, ut bona sua servarent, & mulctã evaderent,

Prohibentur matrimonia.

Bona venduntur solis Catholicis.

» Catholicam Religionem amplexi sunt; ut vidi-
» mus in Bohemia, ubi tertia pars regni fisco adju-
» dicata non nisi ad Catholicorum manus pervenit; quæ ratio politica rem Catholicã vehementer auxit; sed in reducendis subditis plebeis, pro-
» letariis, & civibus, maxime opificibus, maxima fuit

fuit difficultas, illi enim sine solo, ambulones solam suam artem circumferentes obstinatissimi, rigidioribus mandatis pressi urbes vacuas dominis suis reliquerunt; ut non semel, neque uno in loco accidit. nonnulli etenim incensis propriis ædibus, cum uxoribus, & liberis in sylvas se receperunt, alii vero scipionē manu gestantes, solum verterunt. Non procul à finibus Saxoniæ in vico Marquesdorf vicani omnes aliquot pagorum, fere sexcenti numero, dum illorū dominus Henricus Ottho à Wartenberg rigidius introductioni Catholicæ Religionis insisteret, & alioqui ob alias causas suos subditos infensos haberet, ex condicto ipsa die SS. Simonis, & Iudæ castrum invaserunt, & eum cum paulo ante Sacto interfuisset una cum Domina è libera Baronum de Glosen Bavarica familia aggressi nocte tota arctissime obsederunt; mane vero vi facta irrumpentes illū una cum uxore ex propria arce extrahentes ad fimarium, palis, contis, & fustibus miserrime trucidarunt, neq; propterea quisquam illorum locū deseruit, sed mox alios pagos tentantes, an idem suis Dominis vellent præstare; fere ad duos menses obstinatissime perstiterunt, donec Cæsareus miles à Tribuno Præinero conductus vicum circundedit. & simul omnes delicti reos intercepit. ex his postea viginti coriphæi capti, aliis dispersis, crudelissimas supplicii pœnas Pragæ subierunt: cives vero emigrantes in Saxoniam, vel in civitates Imperiales se receperunt, & sic periit expectatus fructus animarum, auctumque malum alibi non facile superandum. quod cum in multis Congregationibus de regni reformatione institutis animadvertissemus, adhuc aliquandiu supersedendum duximus, & Catechistas singulis locis instituimus, donec felicior aura opportune rem veheret.

Desperatio Bohemorum.

Tumultus rusticorum in Bohemia.

Calamitatum illarū partium additamentum fuit

Obitus Sera-

nissimi Caroli. fuit inopinata mors Caroli Archiducis, fratris Cæsaris, Episcopi Brixinensis, & Vratislaviensis, qui etiam post obitum Archiducis Maximiliani, Ordinem Equitum Teutonicorum Germaniæ titulo Magni Magistri gubernavit. is cum in Hispaniam fuisset evocatus, ut Lusitaniæ regno præesset, aliquando in Belgio substituendus, primis diebus, quibus in Hispaniam appulit infirmatus, pie decessit. vacarunt itaque post illius obitum Episcopatus præfati, & Generalatus Teutonicorum Equitum, de quo non levis inter Equites fuit controversia. Domus enim Austriaca plerumq; illo Magisterio usa ob magnas expensas pro liberatione Prussiæ, & conservatione bonorum illius Ordinis aliaque beneficia præstita, non libenter talem dignitatem sibi eripi patiebatur, fueratq; Archidux Carolus nonnunquam illius mentis, ut sibi nepotem Archiducem Leopoldum Guillelmum in coadjutorem adsisceret. quod tamen propter ætatis defectum omissum fuerat. vacante ergo Magisterio, Ordini Equitum liberam electionem Cæsar reliquit. non tamen omninò filium excludi cupiens, & ideo ad obtemperandum S. M. desiderio quidam ex Ordine proposuerunt Magisterium cuiquam benemerito posse cōferri; Archiduci vero quotannis pensionem duodecim millia florenorum inde solvi usq; ad annum ætatis decimum octavum, quo electus, si superstes foret, locum Archiduci cederet, & tantundem pro sui sustentatione ab eodem Archiduce reciperet. Ordo itaque matura deliberatione præhabita, consentientibus suffragiis. Dominum à Wersternach alias Ordinis Vicarium ad Principatum evexit. & ille non ita post clavo assidens, multa bona Ordinis restauravit. Singulariter notavi in hujus Archiducis decessu Cæsaris modestiam; non solum quando æquissimè mortem fratris, & quidem fratris charissimi plusquam patienter tulit; sed quando Or-

Ordinis Teutonici Magisterium.

charissim...

Ordini Teutonico repetenti bona mobilia Ordinis, defuncti q; Archiducis; ea omnia concessit, quæ Cruce Ordinis signata reperta sunt. quā distinctionem tum in arce Neustadiensi, tum in Episcopatu Vratislaviensi, Nissæ, & in Burgavico Marchionatu, ubi suas sedes habuerat Archidux, clementissimè admisit.

Episcopatus Vratislaviensis. Non exigua fuit difficultas ratione Episcopatus Vratislaviensis, quem Canonici, ad quos libera spectabat electio, nō illibenter Archiduci Leopoldo Guilielmo detulissent, ea spe firmati, quod ipsius patrocinio tuti in Silesia possent instantes tumultus evadere, & præteritas clades resarcire. erat etiam, qui illam dignitatem tenuiori Canonico addicere volebat, quod civibus Vratislaviensibus hęreticis, & egregie superbis non parum placebat; ut tanto liberius virgam Episcopi, quæ adhuc exigue illos premit, possent excutere, unà cum instauratione disciplinæ Ecclesiasticæ, si forte imperaretur. jamque non semel Canonici tantæ dignitatis avidi convenerant, socioque subarrhaverant: verùm Cæsar seposito privato commodo, per Legatum Fredericum à Tallemberg Dicasterii Bohemici Præsidem, difficultates jurispatronatus, aliasque non exiguas ingerens, etiam ad mentem Summi Pontificis talem dignitatem filio Regis Poloniæ Carolo Ferd. deferri maluit, dissuadentibus etiam hoc idem nonnullis Consiliariis, qui ex tali possessione posse innovari jura Polonica, quondam in Silesios habita, verebantur. Ægrius etiam hanc promotionem ferebant Silesitæ cum Vratislaviensibus tanti Regis splendorem extimescentibus, cui difficulter potest resistere Silesia, si semel, uti inceperat, manum restaurationi Catholicæ disciplinæ admoveret; quod uti frequenter monui, successit; nisi Mansfeldii miles pertinacior, & postea Cæsareus, ut alterum repelleret, (de quibus postea latius) adeo illas provincias infestasset.

De Episcopatu Brixinensi levior fuit difficultas. illius enim, ut extra periculum, electio Dominis Canonicis relicta, non multo post pacificè valde successit; fuitque illa dignitas uni Canonico ex Capitularibus jam pridem Collegii Decano consentientibus suffragiis collata; cujus confirmationem Romæ nos ipsi procuravimus.

Obitus Card. Hogenzolre.

Vix res Vratislavienses compositæ fuerant, quando certo nobis constitit obitus Cardin. de Hogenzolre Osnabrugi, quē adeo immaturè cæptū Cæsar, & Imperii Principes graviſſimè tulerunt; nam vix in toto Imperio fuerat Princeps rebus tractandis aptior, & in rebus Imperatoris, Catholicique fœderis magis exercitatus. Amisit illa Ecclesia præcipue optimum Pastorem, cujus opera paulò ante, Nobilitate excepta, ad gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ redierat, absq; ullo strepitu; quod non parum fuit in meditullio Imperii, seu Circuli Westphalici, ad oram Circuli Saxonici, & in oculis fere Hollandorum frequentissime excurrentium. acerbam hanc mortem paulo post sensit diœcesis, quando Sede vacante à Mansfeldii milite sub fine Augusti hoc eodem anno invasa, gravi mulcta damnata fuit, & aliquot Canonicos nobiles, ac cives abductos deploravit. Magis tamen, quando quarto mense in electione novi Prælati schisma locum habere cœpit inter Canonicos eligentes, pars enim Metropolitano Archiepiscopo obsequens Franciscum Guilielmum Comitem à Wartemberg, Ferdinandi fratris Guilielmi Bavariæ Ducis filium elegerat: Pars vero neq; infima eundē, quia nondum capitularem, repudiarat. quare tum apud Cæsarem, tum apud Sedem Apostolicā hæc controversia decidi debuit, & non nisi auxilio armorum Comitis Tillii decisa quietem accepit, non sine periculo, ne Daniæ Rex, qui Episcopatum illum pro filio ambierat, obtineret.

Mansfeldii irruptio.

Controversia de Episcopo inter electores Canonicos.

Alia controversia.

Eo-

Eodem mense Imperator, cum tota curiâ ob sævissimã pestem, quæ Viennæ grassabatur, Neustadium se cõtulit; ubi paulo post prope portam quæ Styriam respicit, cum accensus in quadam parva domo fuisset ignis, mox mirantibus omnibus, ante horam, totam medietatem civitatis ex parte dextera ab ingressu portæ Viennensis combussit. causam tam magni, ac repentini incendii nonnulli ventis valide flantibus tribuerunt; alii perfidiæ hæreticorum, cum eodem momento temporis fuerit accensus ignis in quatuor multum inter se distantibus locis civitatis, præsertim in domo Episcopali, in qua ego habitabam, sed illa combusta aliquot tallerorum millia de meis mobilibus deperdidi, meamque vicem se doluisse ex benignitate, & mente Sanctissimi D.N. Vrbani postea Eminentissimus Cardinalis Barbarinus literis significavit.

Isto interim operam dedi, ut omnino Lutheranæ sectæ exercitium Viennæ interciderertur; nam postquam urbe prohibiti fuerant prædicantes illi animarum seductores; nova sese obtulerat occasio, illorum exercitium perturbandi. habebant enim illi uno miliari Italico circiter ab urbe, in loco Hermols, qui vicus ad Helmhardum Iergerum in istis rebellionibus fere primarium rebellem, spectabat; de cujus causa, ac delictis, cum dudum disceptatum fuisset, tandem illo mortis sententia damnato, sed postea vitæ gratia impetrata, bona omnia fisco adjudicata, subditique mense Aprilis hujus anni in fidem, tutelamq; Cæsaris recepti fuerant. Tunc subito concionatoribus Lutheranis injunctum fuit, ut loco cederent, illaque dynastia paulo post Cathedralis ecclesiæ Viennensis Canonicis ad S. Stephanum tradita fuit, qui statim ibidem Religionem mutarunt, subditosque omnes illorum locorum ad Catholicam Religionem perduxerunt. Quoad hæreticorum exercitium, omnes de-

Adimitur hæreticis Hermols.

cepti fuimus. nam illi deliberantes de loco sui exercitii, proximum urbi pagum, triplo tamen distantiorem ab urbe Viennensi, ad alium Baronem hæreticum, non reum alioquin spectantem, perniciosissimum illud transtulerunt, verum est, locum fuisse tali exercitio dignum, nam proximum habebat urbis Vieñensis patibulum, quod loco imminebat, & quod præteriri non poterat, talem synagogam frequentare volentibus. Hoc tamen opprobrium non deterrebat, quominus singulis Dominicis diebus mille & aliquando plures eo confluerent. quod non sine cordis anxietate vidimus, & ingemuimus frequenter remedium quærentes, & non invenientes, nondum maturo flagello, quod sibi ipsis hæretici tandem tali suo zelo præpararunt.

Hæretici transferunt suum exercitium in Enzestorf.

Senatus interim Viennensis in nullo suis subditis obligatus, cum animadvertisset ex decreto alias facto non paucos cives loco cessisse, plures etiam ad maturandum discessum in præcinctu esse; nullũ deinceps à præstito juramento absolvere voluerunt: sed aliam viam ineundam arbitrantes, omnibus alienæ Fidei professoribus injunxerunt, ut cum uxoribus, liberis, & domesticis suis, conciones Catholicorum, eorumq; templa frequentarent; absentibus vero primo Dominico constitutam pœnam, secundo duplicem, & tertio iterum duplicem indixerunt. quæ mulctæ non parvum tumultum, ac odium seditioni proximũ frequenter excitarunt; dum hi excusationes, illi absentias, & rursus isti præsentiam in diversis ecclesiis allegarent, alii vero, ut bruta animalia sese concionatoribus, & ecclesiis magis ad offendiculum, quam ad fructum offerebant.

Decreta Senatus de frequẽtandis Eccle- [illegible]

In Stiria, Carinthia, & Carniola multo fælicius reformationes successerunt. illarum etenim regionũ Episcopis, Gurcensi Lavantino, Labacensi, Seccoviensi, nec non Archiepiscopo Salisburgensi,

Reformationes in Stiria, & Carinthia.

gensi, ferè eodem tempore, cum Austriaci, Bohemi, & Moravi durius resisterent; calcar additum fuit, ut diligentissimè reformationem suarum dioecesium promoverent; eaque omnia quæ ad sæcularc etiam officium spectarent, promotione Catholicæ Religionis adhiberent. Insuper Cæsar suis Legatis Gretzii relictis, seriò imperavit, ut diligentissimè, ac promptissimè manũ tam sancto operi auxiliatricem præstarent. & quia tam in illis partibus, quam ferè in universa Germania plus sæculari potestati propter violentiam, & potentiam hæreticorum, etiam in Religionis negotio defertur, ipse Cæsar qui alias dum adhuc Archiducis tantũ titulo illis ditionibus imperaret, evulsa hæresi, Catholicam Religionem plantaverat, suosque subditos ad suscipiendam Religionem armata manu adegerat; etiã modo irrepentes hæreticos, ac præcipuè in nobilium Dynastarum, ac Baronum regionibus, apud quos Episcopi minus audiebantur, profligare debuit. Hinc solemni scripto 26. Aprilis hujus ãni edito in Stiria, & Carinthia Reformatores ordinavit Leonardum Episcopum Levantinum, Christophanum Vrsenbeckium, & Ioannem Baptistam Vischerum, quibus etiam normam in expurgandis ditionibus præscripsit, ad quã Magistratus urbiũ, advocatos, procuratores, curiales, opifices, foeminas, tutores, pupillos, scholas, discipulos, ac pueros reducerẽt. Per illos juxta Cæsaris præscriptũ mandatum, de libris prohibitis, de festorum observantia, & jejuniorũ, de abstinentia ciborũ, de ecclesiarũ conservationibus, de hospitalibus, Xenodochiis, de bonis Ecclesiasticis, de Collegiorum fundationibus, de Parochiis, de Confessionibus, & Communione circa festum Paschatis, de revocatione adolescentum, qui in partibus suspectis, aut hæreticis, litteris operam navabant, aut serviebant; ac tandem de collaturis, & feudatariis actum fuit, singulisque juxta

Puncta reformanda à Cæsare præscribuntur.

Zelus Cæsaris.

" ordinationes Ecclesiæ Catholicæ, & maximè
" Concilii Tridentini, ut ipse examinavi, provi-
" sum fuit. tanto Imperatoris optimi zelo, quanto unquã in primitiva Ecclesia Constantini, Theodosii, Iustiniani, aut Caroli Magni sanctissimas leges sancientium. Insuper ut rem Catholicam promoveret Cæsar, adhortatus est Episcopos Bambergensem & Herbipolensem; qui nonnullas dynastias in Stiria, & Carinthia obtinent; in quibus plerumq; solebant vulpeculę delitescere, ut etiam ipsi sua loca expurgarent, & unita manu lolium ejicerent.

Excusantur Vngari.

Reformatio Religionis, hisce annis eum in Vngaria fælicitatis cursum, quem in aliis provin-
" ciis, tenere non potuit. nam concessio libertatis
" Religionis promissionibus ac diplomatibus regis roborata perfringi non potuit. Neq; enim Vngaria armis reducta, sed incolarum consensu, dictam Religionis libertatem præferentium, ad obsequium Regis accessit. quoniam ferè singulis annis à 1619. usque ad præsentem, Vngaria ipsa à Gabrielis Bethlemi armis subacta fuit, ibique tanta persecutionis procella Ecclesiasticos, ac Catholicam Religionem pressit; ut quamplures Sacerdotes vel gladiis, ac tormentis, vel fame, & frigore in montibus interierint; sicque Ministrorum ecclesiæ numerus mirum in modum fuerit imminutus. Et quoniam scholæ Catholicæ toto hoc tempore sublatæ fuerant, ne quidem subcrescere potuerunt, qui Sacerdotio idonei essent. atque hæc una res fuit, quæ maximas, atque arduas in progressu Religionis difficultates objecit. tantum enim abfuit, ut ad loca hæresibus infecta Sacerdotes mitti potuissent, ut ne quidem in locis Catholicis decima quæque Parochia Curatos haberet: sed vel unus Sacerdos subinde huc, illucq; discurrerit, vel scholares sæculares postillas vernacula lingua perlegendo, & baptizando, Catholicos in Fide cõservarunt; idq; ex Ordinario-

riorũ licentia, unde Licentiatorũ nomen habuerunt. Inter tot tamen & tantas Religionis clades divina bonitas supra omnem humanã spem magna suppeditavit auxilia, quibus Religio Catholica in regno sublevata fuit. Nam in primis magnorum virorum facta est ad Catholicam Fidem accessio, in quorum amplissimis dominiis Sacerdotes Catholici collocati fuerunt, expulsis hæresum seminatoribus; adeo ut solus Comes Georgius Zerin in locum plusquam viginti hæreticorum prædicantium Catholicos Parochos collocavit. Similiter Nicolaus Forgach, Comes Georgius Erdeodii, tota familia Iakosith, Andreas Balassa, & complures alii ex primis Comitum, & Baronum familiis ad Catholicismum redacti, suas partes strenue præstitere. Deinde effectum est, ut omnia majora officia, & regni Magistratus administrarentur per Catholicos, qui & ipsi Religionis rem potenter promoverunt. Ad hæc cum antea in Vngariæ Academiæ, & scholæ nullæ, immo ne mediocres litterarum exercitationes reperirentur; hisce annis aliquot introductæ sunt. Petrus enim Pasmanus Archiepiscopus Strigoniensis, nunc Cardinalis Eminentissimus, vir pietate, litteris, & prudentia nemini in tota Europa secundus, Collegium Ternaviense, in quo plus quam mille scholastici numerantur (prout egomet præsens vidi) fundavit, tribus millibus Vngaricis talleris attributis. Instituit præterea in eadẽ civitate Seminarium nobilium puerorum Vngarici regni, qui in Catholica Religione erudirentur. Contubernium quoque ibidem erexit pro pauperibus studiosis, scholas R. PP. è Societate Iesu frequentantibus, quibus ad numerum viginti quinque tunc adscendentibus, alimoniam præstabat. Præter hæc Collegium Passoviense sub ipsorum Iesuitarum disciplina, ab eodem Cardinali, ac vero Vngariæ Apostolo fundatum est, depositis Viennæ quinquaginta

Petri Cardinalis Strigoniensis fundationes.

ginta millibus florenis ad censum perpetuum, è qu bus singulis annis tria millia Collegio tribuuntur. Domus insuper, quæ fuerat Sancti Adalberti, primi Strigoniensis Archiepiscopi, à quo D. Stephanus Vngariæ Rex baptismate initiatus est, pauperum Vngariæ studiosorum habitationi ab Eminentissimo eodē in prædicta urbe dicata est. Sed integræ nobilium, ac pauperum simul educationi, ac disciplinæ se providisse Eminentissimo eidem satis non fuisset; ni etiam Sacerdotum inopiæ subvenisset: ac proinde Viennæ Clericorum Collegium instituit; eique partem in censu, partim in donis centum tr ginta millia florenorum in perpetuum dedit. in hoc quadraginta circiter Clerici aluntur, & jam annis singulis novi Sacerdotes submitti solent. In loco limitaneo præsidio, nempe Iavaricensi, vulgo Rab Dominus de Dalos Episcopus ejusdem civitatis Collegium P.P. Societatis Iesu erex t, applicatis inter alia etiam bonis deserti cujusdā in finibus Turcicis monasterii monialium. ubi monasterium etiā fratrum Minorum Sancti Francisci constructum fuit. Duo quoq; alia fundanda Collegia præ manibus sunt; nimirum Scepusiense ex diversis Ecclesiasticis bonis à sæcularibus recuperatis, & Humanaiense per bellicos tumultus interruptum. verum hoc, ut diu mecum egit Comes Humanaius non solum perfici, sed in eo, quod jam factum est, reparari, ac reædificari debet. Talibus incrementis status Ecclesiasticus notabiliter corroboratus est. sed nec minus, cum multa beneficia Ecclesiastica, sicut Abbatia Lescensis, & Præpositura veteris Budæ, quæ longum tempus in sæcularium manibus occupata permanserat, recuperata sunt, & in dies al:æ recuperantur. Nec Imperatoris pietas non maximam præ se tulit in Ecclesiasticæ rei promotionē. multa enim, & pergravia onera Ecclesiastici status sustuiit, me precante, & cum antea bona Eccle-

Cæsaris piissima concessiones.

sia-

siastica à fisco passim hypotecarentur; sua Majestas suo, ac successorum nomine promisit, nunquam in posterum beneficia ulla oppignoranda. Ac pariter perniciosam consuetudinem, quæ ab annis sexaginta irrepserat, ut mortuo Prælato Fiscus omnia mobilia ad se raperet, Cæsar sustulit, ac ut seminariis erigendis mobilia hujusmodi applicarentur mandavit. Insuper cum recenti, sed tantundē intolerabili gravamine Reges obstrinx issent Prælatos ad certum militū numerorum eorum sumptu in confiniis alendū, quo facto omnes redditus Ecclesiarum in milite alendo impendebantur, nec ulla Ecclesias juvandi facultas remanebat: hoc quoq; inconveniens per Cæsaream pietatem sublatum est. Deniq; cum aliquas obventiones Prælatorum Camera sibi usurpasset; eas Sua Majestas remittens, nominatim suprad cto Cardinali, tamquā Archiepiscopo Strigoniensi, redditus cōsignavit ex cusione monetæ debitos, qui vocantur Pisetum, quod est quadragesima octava pars cusionis monetæ aureæ vel argenteæ in mineralibus Vngariæ locis.

Ex his aliisq; multis Cæsaris erga regnum Vngaricum benefici s natus fuit illius nationis erga suam Majestatem summus affectus; ita ut vivo adhuc, & vegeto illo, de substituendo in Regem successorem in Vngariæ filio Ferdinando III. primo Ecclesiastici sponte sua, deinde sæculares Catholici, necnon politici à Catholicis, & Clero inducti cogitaverint; eamque admissionem adhuc hoc anno perficere maturaverant; ut suo loco dicemus, postquam de bellis hujus anni, quę maxime extra hæreditaria Cæsaris regna, singulari tamen beneficio Catholicæ Religionis, plusquam speraveram, gesta sunt; divina magis, quam humana gratia tot calamitatibus Germaniæ, per hæresim dissipatæ, finem fortiter præparante. Præteritis etenim bellis Italiæ, Vallis Tellinæ, Sabaudiæ, & Liguriæ; quæ ad nostrum instituum

Affectus Vngarorum erga Cæsarem.

tutum parum faciunt; non parum tamen progressum belloru Germaniæ detinuerunt. Belgicorum, quæ etiam ab exercitibus regiis, & Cæsare s gesta sunt, libet meminisse. Nam Legiones Saxonicæ Henrici Iulii, Nassovicæ, Collalti, & Holsteynii in Belgium evocatæ, sub initium hujus añi appulerunt. Inibi vero singulari usui fuerunt ad repellendas Angliæ, Daniæ, Regum, & Ordinum Hollandiæ copias, ad liberandam Bredam, & irruendum in Palatinatum submissas; quibus, ut victoria non successit, mortuo jam Comite Mauritio, & fere eodem mense Iacobo Rege Angliæ, iunior Rex Carolus desponsata sibi sorore Regis Galliæ, novum fœdus, prout fama erat, cum Galliæ, & Daniæ Rege, & cum Ordinibus fœderatis Belgii sancivit ad restituendum Palatinum, & impugnandũ Regem Hispaniæ. quod fœdus, ut validius esset, separatum fœdus maritimum inter Angliæ Regem, & præfatos Ordines Hollandiæ initum fuit; quo integra armatorum classis communibus expensis ordinata fuit, quæ Regem Hispaniæ in ipsa Hispania, aut Lusitania invaderet, illiusque vires una cum viris consumeret. Sic statim instructa fuit classis centum & triginta navium, commeatu, rebusque omnibus ad irruptionem necessariis refertissima. quam ut exciperet Rex Hispaniæ, quamvis in Italia gravi bello implicatus & in Belgio, necnon in Germania, immo quarto in Indiis detentus, maritima loca suorum regnorum firmis extructis propugnaculis, excitatisque præsidiis, à finitimis populis muniri mandavit. sed Deus ipse pro Rege, & Religione pugnare visus est; nam vix classis adornata littus exierat, quando iterum portum petere coacta est, ventorum verbere repercussa, ubi naves inter se collisæ inæstimabile damnum dominis intulerunt.

Legationes Cæsaris in Belgium.

Fœdus inter Gallum, Anglum, & Hollandos.

Quatuor in locis Rex Hispaniæ bella habet.

Regis Daniæ

Terra Rex Daniæ cum subsidio aliorum Regum,

gum & auxilio totus districtus Saxoniæ inferioris, caute ad hoc bellum perducendæ, Palatinum in locum, quo exciderat, reponere decrevit. Hinc indictis illius districtus Comitiis, variis per suos, quos seduxerat, gravaminibus dissimulatis, cum semper causam Palatini, & aliam quæ propriæ ambitioni serviebat, Ordinibus non proposuisset; ostendit, quam gravi jugo Cæsar decrevisset illum districtum sibi subjicere, visitationes instituere, Catholicam Religionem introducere, Episcopatus non Catholicis adimere; imo feudatarios more majorum ab investitura excludere, aliaque in non leve præjudicium illius districtus perficere. prolixo insuper sermone ipse Rex Daniæ hoc ipsum alias Tillium voluisse, quando in Brunsvicensem ditionem irruperat, testatus est, ac deinde à præcipuis Ordinibus, se in præfectum Circuli elegi voluit, destituto seniore Duce Luneburgensi, tanquam ad defensionem Circuli non idoneo. quod cum successisset, quo magis intentio illius celaretur, Legatione ad Cæsarem omissa Tillio non procul ab illo limite excubanti significavit, præfati districtus ordines ac Principes velle in Cæsareæ Majestatis devotione, & obsequio constanter perseverare; nec contrarias præparationes bellicas admittere: quare obtestatus est eundem Tillium, ne aliquam vim inferret, qua tam devotorum Principum arma provocaret. Interea vero ipse in ipsa Dania præparationes bellicas fecit, & annuentibus Ordinibus inferioris Saxoniæ, plurimas copias collegit, quæ etiam ne strepitum facerent partim in Holsatia, partim ultra mare in Dania asservabantur. Evocaverat etiam ille Christianum Brunsvicensem, ac Mansfeldium, adhuc quidem in Bredanæ urbis liberatione impeditos, sed illos sibi arrha veluti manciparat; ut liberata, vel deserta urbe in Saxoniam accelerarent. Interim ut non

apparatus.

Causa belli inventa.

Decipula Tillio paratur.

Revocatur Mansfeldius.

non tantum Tillio, sed & Cæsari imponeret; ad Cæsarem litteras dedit, quibus præparata Comitia Electorũ Vlmam improbabat, & restitutis illis, qui Bohemiæ tragœdiæ auctores fuerant; etiam deceptum Palatinum pristino loco restitui optabat, ut sic Romanum Imperium quieti restitueretur, & clementia Cæsaris semper apud Palatini gentiles, affines, & consanguineos, laudaretur. subjunxit paulo post alias litteras, quibus significabat, Ordines inferioris Saxoniæ ipsum uti Ducem Holsatiæ, ac membrum illius Circuli in Præfectum, & belli Ducem elegisse; nihil autem se velle moliri, quod Cæsareæ auctoritati officeret, sed solum Ordines suos, illumque districtum à tot incursionibus, & devastationibus, quas nonnulli minitabantur, velle defendere, maxime à Tillio, quem viderat, nec petitione Principum vicinorum, nec Cæsaris mandatis locum ullum intactum reliquisse; adeoque suis per ludibrium respondisse Cæsarianum militem aere vivere non posse. ad quas litteras Regis primo Tillius respondit, majores belli præparationes, numerosum militem contra leges Imperii, inscio Cæsare regnante, conscriptum; & cæterorum Ordinum legatos, suspicionem injecisse longe majoris momenti, quam esset illatum provinciarum defenso, quibus tum Cæsar, tum ipse vellet assistere: si contingeret provinciam à quolibet hostiliter invadi, rogans, ut ab aliis expeditionibus non satis prudenter, & cum maximo provinciarum detrimento susceptis abstineret. Cæsar vero illius novam miratus dignitatem rogavit, & auctoritate, qua valebat, in Germania, mandavit, ut insolitam externis regibus dignitatem Præfecturæ Circuli deponeret, eamque curam Duci Luneburgensi, qui eam multis annis optime administraverat, committeret. verum hæc frustra fuere apud illum, qui bellum adornabat; quare

Regis Daniæ litteræ ad Cæsarem.

Cæsaris responsum.

quare statim nomine totius inferioris Saxonici districtus, quorum Legati Brunsvicum convenerant ad superioris Saxonici Circuli Electores, Principes &, Ordines scripsit, eorumque operam in repellendis Cosaccis imploravit, quos in Poloniæ limite convenisse, & per illas ditiones velle irrumpere finxit. quod eo fine fecit, ut etiam illum Circulum in belli societatem pertraheret; & ipsis Ordinibus superioris Saxoniæ metum externorum militum incutere, & suos Ordines nullo alio fine bellum gerere, neque alterius culpæ participem se reddere assereret. sed Saxoniæ Elector, iliiusque provinciæ Ordines melius moniti, sua quidem provinciam servare promiserunt; ipsumque Regem Daniæ hortati sunt, ut idem saperet, & à vi contra Cæsarem abstineret.. Bello hoc ingruente ad solamen Cæsaris, & Catholicorum pax Turcica mense Majo hujus anni stabilita fuit in aperto campo prope Gyarmatam, septem articulos comprehendens. & quia hi postea, atque iterum fuerunt corrupti, & rursus correcti, melius infra recensentur, nunc vero sufficiat dixisse hanc pacem non parum saltem ad famam Cæsari profecisse; cum à novis exercitibus appareretur; præterquam, quod non nisi anno sequenti Turcarum invasionem senserit, quare hæc pax vere plurimum rebus Cæsareis conduxit. *Pax Turcica.*

Soluta interim per deditionem urbis Bredanę obsidione, & obsidentibus hinc inde dispersis etiam defendentes urbem cum exercitu Hollandorum, qui frustra liberationem procuraverant, dimissi sunt. quare Mansfeldius cum magna parte exercitus ad Regem Daniæ profecturus, duodecim mille pedites, & mille equites. Genneppæ Mosam transiens ad Cliviam deduxit, deinde prope Emmericam navibus Rhenum trajiciens, ibidem aliquandiu inter Resam, & Vesaliam substitit, ubi Christianus Halbersta- *Breda deditur* *Iter, & expeditio Mansfeldii.*

Principi curam dedit, ut novas copias conscriberet, illisque militem veteranum ex Bohemia, & Moravia in formam integri exercitus uniret. quod quam citissime exequutus, spatio duorum mensium exercitum viginti trium millium ad limitem Bohemiæ prope Ægram deduxit; illoq; ibidem lustrato, mox relicta ad levam Norimberga in Franconiam optimo ordine perrexit, sextisq; castris Magdeburgensium, & Brunsvicensium fines attigit. occurrit huic exercitui in viarum angustiis difficillimis Dux Brunsvicensis evocata Nobilitate, & vicanis quamplurimis militibus mixtis, per quos aliquantulum repulsus Wallesteinius ad Gotthingam octiduo subsistere coactus fuit; donec adveniente Tilii milite ad sex millia, & viam sternente tutiorem, aditum invenit. Tunc superatis semel sylvis, & anfractibus, plenis gressibus in inferiorem Saxoniam, non ab ea parte qua Tillius castra fixerat, sed versus Halberstadium irrupit, atq; non ita post Halberstadium, Halam, & totam Magdeburgensem ditionem invasit. *Nova copiæ Vvallesteinii.* *Resistit Dux Brunsvicensis.*

Interim Tillius majori securitate, postquam frustra Nienburgum oppugnasset, & Regi Daniæ negotium facessere non destitisset; in suis expeditionibus progrediebatur, hoste non parum metuente novum exercitum. Iamque semel Tillius satis magna clade afflictus, non solum cum Gardum, & Grottum Ducum Legatos amisisset: sed cum sævientes rustici aliquot turmas Croatorum, & wallonum dissipassent; sese debuerat subducere, verum ad Wallesteinii accessum rursus irrumpens insignem victoriam non procul ab Hannobria 4. Novembris retulit: quando in conflictu cecidit Fredericus Dux Saxoniæ Altenburgensis perfidus, qui dudum Neostadii captus, Cæsarique conciliatus sancte spoponderat, se non amplius contra Suam Majestatem militaturum; & Oberntrautius Danici exercitus *Tillius caditur.* *Cadit hostem.*

tuto, nihil concludi potuit; Bethlemi enim Legatus sine sufficientibus mandatis comparuerat, alia tamen expectabat Suevus; necdum advenerant Legati aliorum inimicorum Principum Domus Austriacæ. Interim conditiones fœderis sanciendi perpendebant; & quia remotiores minoribus periculis, ac odiis suberant, minoraque cōmoda expectabant, hinc minoribus sumptibus gravari volebant. Alii etiam in fœdere faciendo segniores eo tempore, quo adhuc dubitabatur, de commercio districtus Saxonici, Brunsvici instituto, manum cohibuerāt; & rem communem paratiori animo tractandam in subsequentem Martium remiserant. Interea Angli susceperunt Legationem ad Regem Galliæ; & Dani ad Saxonicum & Brandeburgicum Electores, Hollandi ad civitates Hansiaticas, Camerarii ab exule Palatino ad Regem Sueciæ; & cuncti in vigesimum diem Martii cum paratissimis mandatis ad feriendum fœdus comparere debebant.

Dum hæc in inferiori Saxonia varia adhuc fortuna agerentur, & viderentur magis Cæsari fore propitia, quam adversa; Cæsar suæ Austriæ non oblitus conceptam aliquando instaurationem disciplinæ Catholicæ serio promovendam duxit. evocato itaque D. Georgio Falbio Gottuvicensium Abbate viro præstantissimo, & meo amicissimo, aliisq; Commissariis ad reformationem Superioris Austriæ constitutis, eosdem progredi voluit, ne autem in tam difficili opera titubarent, diploma diligenter à me aliisque Ecclesiasticis examinatum, superioribus Austriæ populis transmissum, & 10 Octobris Lintzii publicatum fuit. Cujus longe prolixior à Gubernatore, & Reformatoribus nomine Cæsareo talis facta est publicatio. *Reformatio Superioris Austria.*

"Cum omnibus satis, semperq; notum sit, quo "pacto maxima pars trium Ordinum, virorum il-"lustri-

dominum adsciscere conati sint: quod non tantum in suæ Cæsareę Majestatis, totiusque inclytę Domus Austriacæ detrimentum vertebatur, sed etiam in omnium vicinorum Electorum Principum, & provinciarum cum magna ipsorum inquietudine, sumptibus, curis, & molestiis ad totius Romani imperii perniciem, cum summa peturbatione multorum millium Christianorum cæde, & pernicie & universi Orbis Christiani periculosa concussione, vastatione, ac ruina, vertebatur. ob quam causam in pœnam læsæ Majestatis, & amissionis omnium privilegiorũ, vitæ ac fortunarũ incurrerint: Cæsarem ad conservandum sibi à Deo demandatum Archiducatum supra Onasum, & tuendam inclytæ Domus Austriacæ dignitatem, & existimationem commotum fuisse, ut Illustrissimo, & Excellentissimo Principi Maximiliano, Comiti Palatino ad Rhenum, Duci superioris, & inferioris Bavarię, Sacri Romani Imperii Archidapifero dilecto, suo cognato, affini, & Electori mandata dederit, eumque jusserit pervicaces illos refractarios subigere, & ad obedientiam sibi debitam reducere: quod etiam ipse Elector, & Dux Bavariæ perfecerit & exequutus sit.

Insuper non obscurum esse supradictæ rebellionis, & contumaciæ non postremam causam fuisse prædicantes, & qui hinc inde in provincia calumniosis, & seditiosis suis concionib' populum excitaverint, & animos auditorum contra suum magistratum exacerbarint, à quibus tribunitiis concionibus necdum sibi temperare, sed audacter non cessare sacramenta & salutiferam Religionem exagitare, & traducere,

Quoniam igitur officii, & conscientiæ ratione Cæsar hujusmodi auctores, & inventores turbarum in hęreditaria sua provincia, & Archiducatu supra Onasum diuti' tolerare nec, si id fecerit, cuj' rationẽ Deo reddere possit; suã Cæsareã Maje-

Majestatem gravibus de causis ad stabiliendum tutum quietum, & firmum regimen, omnes & singulos supradictos concionatores ex tota
„ provincia supra Onasum ejicere, & Religionis
„ ipsorum exercitium prorsus abrogare, & intercludere constituisse.

In quem finem Suam Cæsaream Majestatem omnib⁹, & singulis provinciæ incolis, cujuscunque dignitatis, status, & conditionis sint, apud quos suprad&ti concionatores sive in arcib⁹, urbibus, oppidis, pagis, sive in agris, & villis commorentur, injungere, & serio mandare, ut intra proximos octo dies post publicatum hoc generale decretum omnes, & singulos concionatores, eorumque ludimagistros dimittant, qui etiam confestim cum suis facultatib⁹ certo, & in fallibiliter ex provincia migrabũt, neq: unquam in eã sub pœna carceris, aliisq; certis pœnis, revertãtur. Illustri vero Adamo, Comiti Herbersdorff Sacræ Cæsareæ Majestatis dilecto, & fidei consiliario & cubiculario, nec non Electoris Bavariæ equitũ Tribuno, atq; hoc tempore Lintzii Præfecto, plena potestas confertur, quæ etiam hoc publico diplomate, & Cæsareæ Archiducalis potestatis plenitudine, & certa scientia ipsa datur, ut hoc mandatum omni obsequio observandum curet, & eos, qui ei non paruerint, nec concionatores, & ludimagistros dimiserint, vel aliquid, etsi minimum, contra illud mandatum tentaverint, pro re comperta, & qualitate delicti, in horrorem, & exemplum aliorum, nullius personæ habita ratione, vitæ, & fortunarum pœna afficiat. quod unisquisque sibi dictum putet.

Hujus decreti publicatio multum diversorum animos torsit, qui in dies consilia inierunt, ut Cæsaris animum omnino constantem everterent. quare advenientib⁹ reformatorib⁹ omnem lapidem moverunt; ut rem impedirent, ac tandẽ

adulta

adulta hyeme illos audiverunt, ubi jam de bello Saxonico, & de adventu Bethlemi desperassent; sed parum ex auditu profecerunt, nam aures, ut aspides surdæ, obturaverunt, suosque concionatores in annum sequentem remiserunt.

Plurimum universæ Ecclesiæ,& causæ familiæ Austriacæ profuerunt tunc Comitia in Vngaria habita, ad quæ Cæsar sese præparaverat, & Ordines Vngariæ in mensem Septembris, ac postea in 13. Octobris convocaverat, ut de imminentibus Vngariæ periculis, de Cæsareis mandatis impositorum promovendis, eorumque violatoribus puniendis, de polygamia matrimonium dehonestante, de Turcicis Canisiensis præsidii excursionibus refrenandis, de prędonibus castigandis, de Arrabonis fluvio purgando, aliisq; regno necessariis consulerent. Cum autem Neostadii nuncium de Saxoniæ inferioris exercitu percepisset, & de Gabrielis Bethlemi bellicis apparatibus varius hactenus rumor fuisset, de quo pauci dubitabant; cum constaret, eum à Regibus, ac Rebuspubl cis ad arma contra Austriacorũ Domum suscipienda fuisse sollicitatum, Cæsar undiq; copias ad tuendam Suam Majestatem conscribi voluit, inter cætera Bethlemi animum tam de Comitiis, quam de belli societate jam suspecta tentare placuit, atque ideo Georgium Nozzaroth Legatum misit, qui in illius ditionibus nomine Cæsaris facultatem militem conscribendi peteret, eumque ad Comitia convocaret. Ad quæ Bethlemus Cæsari adhuc Neostadii hærenti æque caute respondit, amplissimis verbis gratias agens pro titulo Serenissimi recenter oblato, dans etiam non solum dictam facultatem militem conscribendi, sed mandans Generali militiæ suæ Præfecto, ut Cæsareis Ministris in conscriptione militum omnem operam præstaret. Comitia indicta eodem contextu, op-

Comitia Vngarica.

Propositiones Comitiorum.

portune fuisse indicta testatus, seque suos Commissarios juxta pristinam regni consuetudinem transmissurum promisit. Ferebatur Bethlemus paulo ante Cæsaris filiam in matrimonium ambiv ffe, tecto quidem nomine, ita tamen, ut non deesset, qui ambitionem notaret; nam per Legatum Cæsari significaverat, se jam statuisse secundas nuptias inire, atque ideo rogare Majestatem Suam, ut dignaretur illi aliquam ex Imperii Principibus invenire. cum vero Cæsar dubitaret, erga quam inclinaret, litteras ad Electorem Brandenburgicum impetravit, una cum facultate illius sororem libere per Imperii limitem conducendi, ex quibus tantorum verborum ornamentis pleriq; sibi omnia fincera pollicebantur, prudentiores tamen, aliquoties decepti, nihil non sinistri latere augurabantur.

Cæsar Sopronium proficiscitur.

Interim Cæsar indicta die una cum Augustissima Imperatrice, filiis, & filiabus, totaque Aula Neostadio movens, Sopronium versus iter instituit, habens pro custodia præter Prætorianos equites, ac pedites mille Cathaphractos, & Legionem integram Germanorum. exceptus autem fuit ab universa nobilitate Vngarica lætissimo aspectu; quæ media fere hora antequam Sopronium attigisset, Suæ Majestati occurrit, ubi Cardinalis Pasmanus Archiepiscopus Strigoniensis elegantissima oratione latina fœlicissimum adventum Suæ Majestatis nomine totius regni adgratulatus; communem omnium plausum expressit, rogavitque dignaretur hunc occursum regni, loco devotæ subjectionis recipere, & civitatem suam attingere universamque Vngariam splendore suæ Majestatis recreare.

Occursus Vngarorum.

Cæsaris ingressus Sopronium.

Ad quæ cum Cæsar gratissima voce respondisset, conscenso equo præcedentem nobilitatem, solemniter incedentem, summa gravitate subsequutus est, præmissis pretiosioribus equis, Ephebis, nobilibus, Baronibus, Consiliariis, Principibus,

bus, me, & Legatis Hispanico, & Florentino. & penes nos erant feciales singulorum regnorum trabeis suis, tunicisque signatis, & singularibus cujuslibet regni insignis, quos sequebatur Aulæ Mariscalcus cum denudato gladio justitiam repræsentante, qui immediate præcedebat Archiducem Ferdinandum Ernestum; & penes eum Cæsar ipse eques, necnon Imperatrix cum Archiduce Leopoldo Gulielmo, & utraq; filia in splendida rheda, quam sequebantur quinquaginta aliæ cum mundo muliebri, & penes illas Prætoriana cohors.

Ad portam urbis Magistratus civitatis rursus Cæsarē perhonorifica oratione excepit, cui cum S. M. respondisset; urbem ingressus, ad ecclesiam Patrum S. Francisci de observantia descendit, dictoque laudis cantico DD. Ambrosii, & Augustini; ornatum palatium subiit, in quo die sequenti coram Ordinibus regni post invocatam gratiam Spiritus sancti, Supremus Aulæ Cancellarius Ordinibus proposuit: Sacratissimam Rom. Cæsaream, Vngariæ, Bohemiæque Majestatem Dominum clementissimum omnino sibi persuadere, inter tot universi pene Imperii factiones, destructis regnis, & ditionibus Majestatis suæ hæreditariis per gravissima bella civilia; nihil esse quo opportunius remedium adferri posset ad conciliandam turbatæ reipublicæ tranquillitatem; quam Comitia indicere, quæ cum ubiq; habuerit, maxime tamen sollicitudinem, curas, & cogitationes, omnesque tractatus, & consilia sua eo direxisse, ut inclytum, sibique carissimum Vngariæ regnum Orbis Christiani antemurale, tot annorum sævis, & intestinis contentionibus agitatum, quocunque modo respirare; jactisque solidis, & in multos annos duraturæ pacis fundamentis, stabiliri posset. Quem in finem neque sumptum, neque laborum dispendia subterfugiens Sua Majestas, etiam temporum, in quæ inci-

Comitiorum Propositio.

Cæsaris liberalis indulgentia.

 deat,

derat, calamitati indulgens, factas olim inducias cum Turcarum Imperatore fæliciter renovavit; motus, cum extremo Vngariæ periculo excitatos, composuit; & sincero, serioque affectu ad pacem rest tuendam adlaboravit. Nunc vero eisdem sollicitudinibus insistens, ne quid ad regni Vngarici conservationem pertinens desideraretur; fidelibus Ordinibus generalem regni conventum in hac urbe Soproniensi indixit, clementissime confidens, futurum, ut quemadmodum Ordines isthuc prompte confluxerant; ita quoque de negotiis ad securitatem, & incolumitatem publicam spectantibus, prout patriæ, & posteritatis suæ amantes cives decet, quam maxime necessariam, & salutarem deliberationem instituerent, ut nihil diffidiis, simultatibus, vel id genus animi affectionibus tribuentes, quin potius sincere, & candide solum Deum, & regni conservationem præ oculis habentes, citra strepitus, & pretiosissimi temporis jacturam ad ea, quæ necessaria essent, non modo consilia, sed etiam opem, operamque suam libenter impenderent.

Primum punctum inobedientiæ.

Et prius quidem habita consideratione, quod in regno Vngariæ peculiari forsassis infelicitate hactenus rarissime pax semel facta, diu conservata fuerit, nullumque satis firmum, validumq; videretur habere fundamentum, quibus modis eadem conservari posset, actum est; ne tam facile ab excursionibus, infestationibus, deprædationibus, aliisque ejus generis calamitatibus turbaretur, ex quo postea regnicolæ, dum sæcula aurea sibi pollicentur, improviso opprimi solent; quod annis proxime superioribus luctuosus docuit eventus. Ideo status, & Ordines regni maturas rationes disquirerent, atque Majestati suæ suggererent, quomodo à perpetua formidine, damno, & periculis regno sufficienter caveri, & adversus turbatores pacis publicæ stabilem securitatem

parari

parari posse existimarent. nihil vicissim eorum, quæ ad hunc finem assequendum videbantur opportuna, Majestatem Cæsaream Regiamque sua ex parte intermissuram.

Ante omnia vero primo perquā necessarium judicare, ut auctoritatis, & mandatorum regiorum accuratior, quam hactenus à nonnullis factum sit, ratio haberetur; & acerrimæ pœnæ cōtra prævaricatores decernerentur. de præsidiis etiam Canissæ excurrentibus, unde Turcarum infestationes sive induciarum, sive belli tempore cohiberi possent; probe recordari Suam Majestatem Cæs. Regiamque; quod status anni 1618. sua ex parte sese facturos promiserint, ac proinde confidere ea omnia, quæ ablegatus Commissarius, ut oculatus testis de loci situ, & opportunitate retulerit, illos citra morā, operis, laboribus, ac sumptibus necessariis prospectis, esse facturos. cum vero universa regni salus in eo sita esset, ut arcibus limitaneis; & confinario militi de sumptibus in restauratione, de commeatu, stipendiis, aliisque necessariis debito modo, & tempore provideretur, & cum in hos à tempore suscepti regiminis Sua Majestas Cæsarea ultra ditionū suarum subsidia cum ordinaria, tum extraordinaria, ex propriæ Cameræ, Mensæque suæ redditibus, ingentes pecuniarum summas affectu paterno erogarit; clementissime requirere, ut Status, & Ordines, descriptis, liberisque fortunis suis liberalem contributionem usque ad futura Com tia instituerent, ita de frumento, aliisque commeatibus in alimenta confiniorum providerent: ordinarent etiam labores ad reparandā, & munienda confinia, ante hac quidem limitata sed neglecta. quare & pœnas contra eos ponerent, qui hoc in fraudem auderent, supradictorumque annorum decreta innovarent.

Auctoritas Regia stabilienda.

Annona provisio.

Additum etiam, usu compertum esse, nimiam familiaritatē regnicolarum cum Turcis, ex qua cor-

Familiaritas Turcica

vitanda. correſpondentia, tractatus, & machinationes i-nitii ſolerent regno plerumque fuiſſe pernicioſam. quare articulum alias conditum adverſus illius farinæ homines non modo renovari, ſed & contra tranſgreſſores certam pœnã ſuperaddi, ſuſpectoſque inquiri, & reos repertos acriter puniri publice intereſſe.

Prædones coercendi. Nec minus conſtare, vagabundos, & prędones, qui in confiniis, totoque regno rapinas exercebant, & latrociniis vias, & itinera reddebant infeſta; quotidianis querelis, & ſubinde etiam ipſis Turcis ſpecioſi prætextus occaſionem præbere, quaſi illorũ injuriis laceſſiti in ultionem merito exurgerent, ex quo facillime fieri poterat, ut tanto labore, ac ſtudio concluſæ induciæ tempore importuniſſimo diſſolverentur; cogitare igitur debere Status, & Ordines de rigoroſis pœnis ac mediis, quemadmodum alias quoque fuit ſancitum, & ut contra illos, qui poſt ultimas factas inducias hac in parte noxii fuerant deprehenſi, in aliorum terrorem procederetur.

Pulvinitratus. Quo commodius, & minori cum diſpendio arcibus, & præſidiis limitaneis de pulvere tormentario, qui plerumque ex Imperio magnis ſumtibus, & ob itinera non ſatis ſecura haud abſque periculo curari deberet; impoſterum per Majeſtatem Suam Cæſaream, Regiamque poſſet provideri, benigniſſime poſtulare, ut articuli alias conditi de ſalnitro, cujus regnum ferax eſt, nequaquam extrahendo, ſed in uſus regni imponendo, renovarentur.

Fluvius Arrabonis purgandus. Obſtructus fluvii Rabæ alveus propter diverſa molendina aggeribus congeſtis, ab aliquot annis in eodem erecta, cum maximo præſidii Iaurinenſis incommodo, necnon pagorum, è quibus ſolebat Iaurinenſibus de commeatu proſpici; nunc in paludes redactorum, neceſſario debere inſpici, ac remedium adhiberi ſicut alias fuerat decretum; hinc Suam Majeſtatem poſtulare, ut aliquis

aliquis serius ad medelam tantorum malorum ordinaretur, eique de modo & mediis prospiceretur, ut aggeres destruerentur, quo constantem, & antiquum suum alveum fluvius haberet, & tum beneficio pagorum, tum etiam præsidio tanti loci consuleretur.

Vectigalia integre servanda. Adlaborandũ etiam esse, ut articuli alias conditi contra eos, qui variis collusionibus trigesimorum proventus defraudare satagebant, renovarentur, & in effectum deducerentur. Multum præterea incommodi emersisse ex dicatoribus Communitatum, quorũ nonnulli tardius comparebant, alii segnius munus suum absolvebant, omnino negligebant. Hinc videri, & illis terminum indicendum juxta articulum anni 1542. videlicet, ut ex prima statim die post Dietã in Comitatu celebrandam, omni dilatione semota, dicatores emitterentur, proinde supradicti articuli renovationem, & observationẽ videri quam maximè necessariam.

Securitati commerciorum consulendum. Itinerum & viarum securitatem, quæ plurimum conferebat emolumenti, tum cõmerciis, tũm cõmeatibus trigesimis, aliisq; proventibus, spectare ad officium supremorum Comitum, vel illorum Vicecomitum, quemadmodum ea cura sæpius per regni decreta est commissa; nihilominus tamen experientia quotidiana constare, prędones passim debacchantes itinerantium mercatorum fortunis, & sanguini insidiari, quod causa erat, ut periculis hisce absterriti, ab omni negotiatione abstinere, vel in alias regiones mercimonia sua transferre cogerentur, cum ingenti jactura proventuum regiorum. Proinde articulos in hac re sancitos, non modo repetendos, verum etiam contra prævaricatores pœnas exequutioni mandandas.

Porrò sacratissimam Cæs. Majestatem clementer noñullas adhuc regni constitutiones superiori Dieta sancitas, quas ad effectũ deduci licebat,

 pro

pro satisfactione regnicolarum magnopere considerare; quia tamen varia intercesserant impedientia; motus in regno excitari, tractatus cum Turca de pace constituenda, occupationes in Imperio, Commissariorum defectus, multaq; alia idcirco hisce in Comitiis præsentem Suam Majestatem benignè provisuram, omniaque, quam citissimè expedituram. Eoque magis confidere fideles regni hujus Status, & Ordines officio suo facturos satis, prædicta omnia prudenter expensuros, & se nihil neglecturum, quod ad commodum regni fore cognoverit.

Gravamina. Dum his de rebus Ordines divisis inter se partibus, ac factionibus consulebant; exigua quædã gravamina à nonnullis proposita fuere, quæ potius particulares personas, militum licentiam, iniqua tempora, Bethlemi infidam vicinitatem, & Turcarum protervam libidinem; quam Cæsaris officium inculpabant; quibus tamen omnibus Cæsar quantum fieri potuit, pro innatæ suæ clementiæ bonitate & prudentia ad votum ipsorum Vngarorum providit, maxima omnium, etiam eorum, qui aliquando aversi fuerant, satisfactione, ut nihil in Sua Majestate amplius desideraretur.

Vngari aliqui filium Cæsaris in Regem postulant. Optabant vice versa Ordines Cæsari in omnibus satisfacere & quia per paucos proponebatur successio Archiducis Ferdinandi Ernesti (quam solus Archiepiscopus Strigoniensis, Episcopus Quinqueecclesiensis Vngariæ Cancellarius & Comes Esterhasius Cæsari placere intellexerant) multi hanc successionem (repugnantibus omninò hæreticis) majoris molis, ac difficultatis fore arbitrabantur. Non n. Catholici omnes advenerant, & hæretici pares, aut superiores in votis facilè propositionẽ rejecissent. Legati etiam Bethlemi subodorantes simile quid esse præ manibus aperte tali electioni se opposuerunt, multosq; in suam sententiam etiam usq; ad strepitum, &minas

Legati Bethlemi se opponũt.

nas

nas pertraxerunt. submiserat etiam Bethlemus præter illos destinatos ad Comitia solemnem legationem, una cum Secretario, ut Principes viros omnes, & procerum præcipuos ad instantia suarum nuptiarum solemnia invitaret: per hos itaq; extra ordinem singulis electionem Ferdinandi dissuadens, correspondentibus suis, ac hæreticis suggessit, hoc fore contra regni jura, contra libertatem voti, & contra decorum, singulis Polonorum exemplum quasi speculum apponebat, ut inibi fortunã suam periclitantẽ intuerentur. Illi etenim, ut ferebat, rigidissimi sui juris observantes, quamvis quarto requisiti à Rege pro filii promotione, vivente Rege, semper ejus postulata, & Vladislai electionem repudiaverant, ne libertati, & suæ fortunæ cederent, quam forte post obitũ parentis in filio non reperirent. Hæc, inquiebant Legati Bethlemi, est vestræ fortunæ imago, nunc ad oculum servientes adorabitis, quem postea adorasse pœnitebit, quando adultior, & defuncto parente, non vestris votis, sed parenti suo electionem se debere arbitrabitur. Accedebat & alia non minor difficultas ratione Legatorum Comitatuum, & ditionũ, penes quos erat votum, sed restrictum ad propositionem. cum autem hæc electio propositioni non fuisset inserta, neque delegantibus significata, non poterant delegati suam auctoritatem majoris expendere. quare plures ob has, aliasque rationes de electione Archiducis desperabant, Cæsar ipse, quasi horum omnium ignarus, promotionem filii prudentissime dissimulabat.

Exemplum Polonorũ adducitur.

Legatorum insufficiens auctoritas ad votandum.

Laborabant tamen in illa Archiepiscopus Strigoniensis, Cancellarius Vngariæ, & Esterhasius, qui apud suos jam de successu electionis desperantes, vivis rationibus necessitatem iminentem, periculum evidens, & decentissimam actionem electionis promovebant, ne defuncto Rege, periculosum interregnũ nemini nisi his, qui comodum

Conatus Catholicorum.

dum è tumultibus quærebant utile contingeret, ne Bethlemus aliquando aspiraret, vel Turca minus potentem invaderet. Quæ omnia quam maxime regno cavenda prolixe differebant; eademque opera contraria argumenta solvebant. Neque enim, ut bene illi inquiebant, eadem est ratio regni Poloniæ, atq; Vngariæ cum nunquam in Polonia vivente patre, filium coronatum acceperimus; quod frequenter in Vngaria contigisse constabat. Addidisset alius, longe majorem esse libertatem electionis Poloniæ, quam sit Vngariæ, cum hæc ad proximum sanguinis, si aptus fuerit, & si aliquis è Domo Austriaca extiterit, vigore pactorum & meritorum restringeretur; illa etiã externũ, Gallum, Belgam, Germanum, Vngarum aut Transylvanum, & Bohemum, aut alium quemlibet complecti poterat. Quod attinebat ad Legatorum Comitatuum commissionem, ea multorum judicio sufficientissima videbatur: nam præter propositionis responsa quilibet ex vi generalis clausulæ commissioni insertæ poterat una cum aliis suffragari rebus in utilitatem regni tendentibus. cum autem hæc electio in evidentem regni utilitatem foret, ad sopiendas aliquando enascituras difficultates, nullus non se auctoritate munitum ad tam sanctum opus electionis arbitrabatur quod facillime sibi Catholici omnes persuadebant, & modestiores hæretici non contradicebant. Crescebat omnibus ad electionem animus; jamq; audebant propalam de illa sibi aliquid certi promittere, quando destinati regnorum Sclavoniæ, Croatiæ, & Dalmatiæ Catholici fere omnes accesserunt; ita ut Cæsariani fortiores plurimis votis alios renitentes superarent. Nihilominus quia res erat summi momenti, ex qua fere integra Cæsaris auctoritas dependebat; non videbatur expedire absq; majori cautione fortunam experiri in Archiduce; sed prudentiores electionem Palatini

Differentia inter Polonicam & Vngaricã coronam.

præ-

præmittendam censebant, firmam spem concipientes, si ad placitum Cæsaris Palatinus eligeretur, longe certius regiam electionem Archiduci Ferdinando obventuram. *Electio Palatini.*

In experimentum itaque gravioris electionis proponebatur Ordinibus Palatinus eligendus unus quidē ex quatuor nominatis. nominaverat enim Cæsar duos Catholicos, & duos hæreticos juxta constitutiones, & consuetudines inviolabiles regni, commendaveratq; ex Catholicis unum præcipue Comitem Esterhasium, cui facto scrutinio cesserunt centum & quinquaginta vota propitia, sexaginta vero contraria. Hinc securius de electione regis licuit conjicere; quæ tamen, ut securius obveniret in re tanta, majori nixu curatū fuit à nonnullis, ut etiam ex istis sexaginta nonnulli (certa aliqua diligentia adhibita) impetrarentur, quod successit, ita ut nullus amplius electioni futuræ diffideret.

Soli Bethlemiani cum paucis aliis sese opponebant, & quod mireris, audaci fronte fœmina Budeani quondam vidua, & Iunioris Budeani mater; utque præcipiti rotæ baculum injiceret, Augustissimę Imperatrici periculum privatę suæ causæ suggessit: si hæc electio admitteretur, decideret Sua Majestas à suo jure regio, ac regiminis, quo alioquin poterat gaudere vidua usq; ad novi Regis coronationem, ac confirmationem, si post obitum Cæsa is superfuisset. verum Imperatrix prudentissima in hoc, sicut & in aliis, habitis gratiis pro benignissimo affectu, post Cæsarem nolle vivere, multo minus regnare, totumque illud filiis Cæsareæ Majestatis se velle conferre asseruit, ac de facto contulit. *Budeani viduæ oppositio.*

Electione igitur in animis eligentiū firmata, & jā, ut apparebat, certissima, tamen differri debuit ad aliquot dies; nā inter arcanos Cæsaris ministros non satis cōvenit de coronatione Regis, electioni indubie addenda. nā aliqui differendā, *Discutitur Regis coronatio.*

 alii

alii maturandam censebant, vocatique fuere ad hujus difficultatis discussionem præter arcani
» Cōsilii præcipuos, Archiepiscopus Strigoniensis,
» Cancellarius Vngariæ, Esterhasius recenter fa-
» ctus Palatinus, Legatus Hispaniæ, & ego Sedis A-
» postol. Nuntius, quia argumenta pleraque Religionem concernebant; neque illa deerant in utramque partem, quibus suaderetur promotio coronæ, & quibus eadem dissuaderetur. Consiliarii qui coronationē immediate adjiciendam dicebant; existimabant illa omissa, Archiducem non secure Regem fore. illam enim ob causam Bethlemo Gaborio regium titulum fuisse detra-

Argumenta pro coronatione.

„ ctum: nam quamvis electus, nunquam tamen
„ Rex coronatus fuerat. apud Vngaros enim inconstantes multum proderat coronatio. juramentū, & externa illa pompa animis hominum longe profundius infixa. addebant hi, coronationem proficuam fore Archiduci si forte ad Comitia Imperialia deveniretur; deinde ad ineundum matrimonium cum infanta Hispaniæ videbatur
» coronatio necessaria, ut illa non electo Regi, sed
» coronato desponsaretur. Imo electus Regis ti-
» tulus Austriacis Principibus hæreditarie regnum
» sibi adscribentibus non parum displicebat; ne quod juris esset, gratiæ adscriberetur. alii tamen aliter sentiebant; nam præproperam istam pompam oderant, non quod inviderent debitum
„ hunc honorem Regi, aut Cæsari; sed quod Religioni Catholicæ timerent. non enim admisissent Ordines Regem ad coronam nisi eadem privilegia, jura, immunitates, ac Religionis præstitutæ libertates jurasset, quas parens sacramento suo firmaverat illo tempore, cum in maximis versaretur periculis, quando necessitate quadam compulsus coactus fuit, majoris boni ergo, aliquo modo cedere graviora urgentibus: ad quæ adeo enormia nunc nulla necessitas filium adigebat. sperabant in dies, vel per obitum Beth-

Argumenta contra coronationem.

lemi,

lemi, vel per continuatas victorias meliora tempora successura, & sic expunctis iis, quæ Catholicam Religionem præpediebant, posse aliquando mitius juramentum præstari, neque certe aliquis istorum audebat, tam teneram conscientiam adolescentis tam fœdo vinculo adulteratæ Religionis irretire, quo perpetuo irretitus forte aliquando suspirasset, & fraæ ætatis Consiliariis culpam prostitutæ libertatis adscripsisset. Qui ærario præerant coronationē ob ingentes sumptus erogandos, & ampliorem Aulam, quæ Coronatum Regem decebat, deinceps alendam, differri volebant, maxime instantibus jam Comitiis Vlmensibus, quæ si à coronato Rege frequentarentur, ingentem summam requirebant; verum hæc Cæsari semper liberali exigua videbantur, suamque Majestatem solum urgebat res conscientię, quam nullo modo gravari volens, omnino coronationē pro nunc omittendam fore indixit, atque ita per Palatinum Ordinibus regni solam electionem filii concedendam insinuavit. Ast Ordines regni, vel consilium animadvertentes, vel forte casu, prout magis credidimus, electionem fecerunt cum ista conditione, ut ab Archiduce promissa, juramento firmarentur regni privilegia tam sacra quam profana; cum tamen juramentum istud soleret fieri in coronatione Regis. Itaque ex arena Consilium desumendum fuit, periclitabatur enim non solum electio, sed multorum etiam bonorum aversio; qui privilegia sua tenaciter satagentes potius electionem, & regnum, quam jura amisissent, imo jam aliqui potius ad Bethlemum, & quemlibet alium; quam ad tergiversantem Ferdinandum converti volebant. quare omnium sententia judicata fuit necessaria privilegiorum jurata stipulatio. Illam tamen in communi factam minime Regem obligaturum sperabant. Palatinus ipse omnem nobis anxietatem in rebus Religionis

Argumentum Cameræ Ærarii.

Ordinum Vngariæ sententia.

Palatini Vngariæ votum.

exemit, afferens etiam juratos regni articulos, » fervatis fervandis poffe everti; fi Rex una cum re- » gnicolis mutationi decretorum affentiretur. In » speciali, inquiebat, res Religionis facile corri- » gendas, fi plures Catholici fierent, & una cum Re- » ge Religionis incommoda, aut dedecora abroga- rent, quod non tam facile fieret in civilibus privilegiis, quorum conservationi omnes inhiabant; dum numquam proprium commodum exuebant. His rationibus permotus Cæsar non solum in electionem, sed & in coronationem (quæ pondus addit auctoritati, multumque movet ad constantiam Vngarorum animos, dum Regem suum vident corona S. Stephani redimitum) præmissa privilegiorum confirmatione non secus à filio, quam à patre facienda, consensit. Quare Ordines die S. Catharinæ sacro frequentes Cæsarem adierunt, consiliumque suum de successore (post tamen obitū Suæ Majestatis) eligendo exposuerunt. quod minime absurdum videri debere asseruit Archiepiscopus Strigoniensis, cum mors æquo pede pulset pauperum tabernas, regumque turres, hoc ad totius regni tranquillitatem spectare, si certū, ac designatum successorem haberet regnum. Itaque Cæsar gratias agens Ordinibus pro ea benevolentia, qua filium in patre, & patrem in filio prosequebantur; sibi hanc Ordinum mentem non displicere ostendit; ratumque habuit, quicquid in hoc disponerent, dummodo filius, non nisi defuncto, aut lassato parente, regni gubernacula assumeret. Postero itaque die proceres, & Ordines in Curia magna frequentia congregati, postquam per Archiepiscopum Collocensem Serenissimo Ferdinando Archiduci denunciatum fuisset, quo illum Ordines prosequerentur affectu, quo desiderabant illius patrocinium, ac tutelam regia corona insignire; & Archidux ipse invictissimo Patri morem gerere decrevisset; pera-

Offertur Cæsari electio filii.

ctis-

&c. sq; gratiis Ordinibus, tam propitiam in se voluntatem agnovisset, consentientibus votis illum in Vngariæ Regem elegerunt, simulque ante publicatam peractamque electionem, reversales litteras ab eodem de servandis eorum privilegiis receperunt; quem postea populo Regem proposuerunt ingeminatis vocibus, vivat Rex, Rex vivat. quas voces deinde bombardarum strepitus, tormentorum, & tympanorum sonus, gravissimusque totius populi clamor excepit.

Hoc strepitu nonnihil remisso Ordines, præeunte semper Archiepiscopo Strigoniensi, Cæsarem sub tribunali sedentem salutarunt, coram Archiduce adhuc in pedes ante parentem consistente; dixeruntque Ordinibus Vngariæ complacuisse S.C. Majestatis filium Ferdinandum Ernestum Ducem in Regem suum eligere, quod si placeret Cæsareæ Majestati, eidem vellent hoc significare. Id cum Cæsar annuisset, Archiepiscopus conversus ad Archiducem, altius exorsus est telam electionis ab Ordinib⁹ in favorem illi⁹ factam exponere, rogans ut tali electioni pro bono patriæ, pro fælici regimine, & familiæ augmento vellet consensum præbere, quo habito, Archiepiscopus Archiducem primo Regem nominavit, & grandibus verbis omnia fausta novo Regi suo comprecatus est, quod idem præstiterunt nobiles omnes, ac Barones. Rex vero suum patrocinium, & favorem omnib⁹ deferens, non minori humanitate, quam præparata eloquentia, vitã longissimam Augustissimo seu parenti, & devotam eidem obedientiam, ut utriusq; Spiritus sancti assistentiam ad regendum in pace populos sibi à Deo commissos cõprecatus; solium sibi præparatum apprehendit, & tunc prius supremus regni Cancellarius Vngarico idiomate totã electionis, promotionis, & obtenti consensus decursum Ordinibus universis, nobilitati, & populo explicavit. Accurrerunt postea singulari

Electionis Denunciatio.

Plausus populi.

gulari studio omnes, ut dexteram Regiam exoscularentur, quæ cæremonia in longam noctem protracta fuisset; nisi Augustissima Imperatrix cum Archiduce Leopoldo Guilielmo supervenıens, & novo Regi fælicia precans; turbam ab illo separasset, eundemque una cum Cæsare ad proximam ecclesiam deduxisset. In illa solemni pompa Deo actę sunt gratię, choreis musicorum, tympanis, tubis, & organis mira harmonia resonantibus. Reboarunt postea singula oppida, & civitates magno tormentorum strepitu, & ubique solemni extructi fuere ignes lætitię indices, ita ut viderentur omnia tali electioni applaudere, & præ gaudio novus dies exilire. Fama autem hujus electionis Strigoniam, & Budam usque pelata, ubi Turcis non minor, quam Bethlemo invidia, & indignatione laborantibus, animus desidit.

Laudes Divina.

Corona dela-tio.

Vienna mox, & aliis è locis, quę ad Coronationem faciebant, allata sunt: missi quoque è præcipuis proceribus, qui regium diadema cum regalibus insigniis Possonio, asportarent, quæ omnia solemnissimo ritu Sopronium, ultimo Novembris allata sunt. Tuncque primum mihi videre licuit mirabilem illam coronam, quam Benedictus VII Pontifex Romæ pro Mescone, seu Menceslao Poloniæ Principe præparauerat, sed divino monitu Stephano Principi Vngariæ, primo ibidem Regi Christiano transmiserat, qua idem Stephanus postea propter vitæ innocentiam Catalogo sanctorum adscriptus perpetuo usus fuerat. Miratus fui in illa corona non artem, quæ rudis est, sed gemmatum aurum, variis pauci pretii carbunculis miro artificio distinctum, & quod omnibus admirationi est, coronæ additum est paludamentum regium byssinis, aureisque filis intertextum, ab annis septingentis adhuc integerrimum; sceptrum insuper, gladius, & globus, quæ omnia D. Stephano anno

Corona descriptio.

anno 960 servierunt, & tunc Ferdinando Ernesto consignanda delata sunt. Totum agmen deferentium regalia insignia præcedebant Germani tubicines, harmoniam facientes; sequebantur Baro Aurspergius, Lebelius, & alii equitum Magistri cum suis signis cathaphractorum: deinde Vngaricorum procerum præcipui cum magno nobilium comitatu. quos sequebantur tres gubernatores regnorum Dalmatię, Croatię, & Sclavoniæ, qui Banni dicuntur. inde equitabant quinquaginta circiter è Palatino Vngarici ministris leopardorum, tigrium, aliorumque animalium pellibus tecti. Palatinus deinde ipse medius inter Germanicos, atque Vngaricos Barones, Consiliarios, & Principes. Post hos Corona regia, currui Cæsareo imposita, & à custodibus asservata, vehebatur, quam quadraginta Reges jam gestarant, tanta gravitate; ac si Rex ipse thedæ insedisset. Agmen claudebant rhedæ quinquaginta partim ad solam Pompam vacuæ, partim Prælatorum vectioni servientes, una cum Prętoriano milite, & perpetuo custodiæ coronæ assignato præsidio, & tres aliæ turmæ catraphractorum Germanorum.

Ordo præcedentium.

Dies octavus Decembris, qui Gloriosissimæ DeiMatri virgini sine labe conceptę sacer est, destinatus fuit coronationi Regis, publicato prius edicto sub pœna capitis, omnib', ac singulis, ut tumultus evitarent, & quilibet suo officio intenderet. ejus diei summo mane, dato signo majori tormento, omnis nobilitas convenit, regem inaugurandum Comitatura ad ipsam Regiam, Imperator, Imperatrix, & filia una cum solito famul tio quos comitabantur ego, Legatique Regis Catholici, & magni Ducis Etruriæ, descenderunt in templum solemni ritu deducti à fecialibus Imperii, Bohemię, Austriæ, singulisq; ministris cũ Imperatoriis, ac regiis insigniis, postquam vero Cæsar corona Cæsarea redimit' cum Impe-

Regis coro-

gelii consistens, coronamque de manu Archiepiscopi accipiens; ad populum conversus, Vngarico idiomate tertio stentoria voce clamavit: O regnum inclytum. O Vngari, quotquot estis, vultisque Sereniss. Ferdinandum Ernestum Archiducem Austriæ sacra corona S. Stephani solemniter inaugurare? respondentibus omnibus constantissima voce, Volumus, omnis nobilitas dixit, Amen vivat Rex, vivat Rex. & Archiepiscopus coronam recipiens de manu Palatini illam regio capiti imposuit, Rex vero chlamydatus, coronatus, cæterisque regalibus insigniis redimitus non procul à Sede Majestatis Cæsareæ secessit ad aliam sedem, quæ majorem aram respiciebat pro offertorio, oblata magna quantitate auri, exosculataque manu Archiepiscopi; ibique " toto tempore solemnis Sacrificii mansit: ubi " etiam devotissime Sanctissimæ Eucharistiæ Sa- " cramento sub una specie absque ablutione, ne " forte aliquis aliud sibi persuaderet, refectus " fuit; & paulo post Christo plenus versa sede ad populum viginti quatuor equites quemlibet ter percutiendo cum gladio S. Stephani creavit,

Absolutis omnibus sacris cæremoniis, totaq; pompa eodem ordine à templo egressa, novus Rex regio adhuc ornatu condecoratus, extra oppidum in clivium, qui à dextera parte est proximior rectæ viæ qua itur Viennam; equum adegit, ubi educto gladio, ut illi genti Vngariæ mos est, quatuor ictibus versus quatuor mundi plagas auram diverberans; suæ dignitatis, ac conservationis regni speciem dedit, & in signum liberalitatis futuræ pecuniam recenter suo nomine cusam, trutinaque, ac verbis justitiæ, & æquitatis inscriptam in populum frequentissimum aliquoties per duos suos ministros sparsit. In palatium deinde regressus regali convivio universam aulam excepit; quod non pigebit *Cæremonia Vngarica.*

hic

hic adscribere, ut & sessionis ordo, & sobria frugalitas cum liberalitate notetur.

Sessionis ordo. In majori aula Palatii sub uranisco erat oblonga mensa, cujus sola prima pars uranisco tegebatur, caput mensę occupabat Imperator cum Imperatrice, ad latus dextrum ipse Rex adhuc sub uranisco. ab eadem parte, tamen extra tegumentum uranisci, sed parvo intervallo mihi loc* fuit assignat*, vacuum autem ab alia parte locū implebat Baro Vngarus dapibus Cæsari, ac Regi scindendis destinatus, qualem etiam habebam subtus ad latus dexterum nostræ mensę deserviturum: deinde sedebat Archiepiscopus Strigoniensis & Colocensis, ab alia vero parte mensę juxta Baronem Architriclinum mihi è regione erat Legatus Hispaniæ, & Legatus magni Ducis Etruriæ cum Palatino Vngariæ, Rex chlamyde Regia indutus, & corona ornatus vescebatur, sed ad primum haustum coronam Regiam pateræ imposuit, eamq; ad dexteram suam toto tempore convivii servavit. ministrabant, & assistebant mensæ Cæsareæ, Regiæ, ac nostræ præcipui Barones Vngariæ, in alia aula minori excepti fuere cæteri Ordines Vngariæ, qui voto suo Comitia ornaverant; multique ex illis uxores conduxerant una cum aliis Germanicis; reliquaq; aula in quinquaginta mensis extra ordinem præparatis dapes opiparæ magnifice ornatæ præbitæ sunt, plerumque tamen Vngarico modo excultę, ex tali ordine dispositæ, ut vix patenæ mappam alicubi vacuam relinquerent, sed sibi invicem duplici gratu superimpositæ; & tertio mutatæ, totam mensam tegerent, soloque fere odore hominem explerent. Aves non nisi centū quinquaginta diversi generis; rara tamen sobrietate vinum gustabatur ab omnibus, sesquihoræ spatio, quo suavissimo concentu paucarum *Musica in convivio.* vocum elegantia magis, quam ciborum varietate, quæ tamen non deerat, recreati sumus

fumus. Excepit convivium splendissimum de nocte tripudium ab octo equitibus, totidemque nobilibus, quæ Imperatrici in cubiculo serviebant, rubra holoserica veste indutis, ab omnibus aliis distinctis, institutum, quod ad multam noctem productum est.

Octiduo post, peractis, ad quæ veneramus, Viennam, adulta jam hieme, per nives rediimus. Gratias Deo in Christi Natalitiis parsolventes de Comitiis pacifice peractis, quod cum rarissimum esset, singulariter Divino Numini adscripsimus. nam ab annis sexaginta vix ulla Comitia habita fuerant; in quibus non Ordines inter se digladiati, tum ministri Germaniei cum Vngaricis decertantes, non aliquot vita privassent, vel vitam ibidem amisissent. *Comitia pacifica.*

Enituit præcipue hoc anno in Moravia pietas Cardinalis à Dietrichstain, cum illius opera cives omnes Olomucenses præter unum tantum ad Catholicam Religionem redierint; sicut etiam cives multarum aliarum civitatum, & locorum particularium dominorum, ex civitate vero Sterberga, quæ est sub dominio Principis Munsterbergensis (licet Lutherani, & de progenie Regis Bohemiæ Poleibracci) fuerunt ejecti omnes prædicantes hæretici. Præterea ad augendam pietatem, & Religionem Catholicam in populis illis tam ampli Marhionatus, idem Eminentissim⁹ Cardinalis ædificari fecit eodem anno, in civitate sua Nicolsburgensi sacellum ædificiis; picturis, & mensuris simillimum Sacrosancto Sacello Laurentano, obtinuitq; à Sanctiss. D.N. Vrbano Indulgentias in forma Iubilei, quas ii omnes consequerentur, qui devote illam visitassent in festo ejusdem Matris Dei in Cœlos Assumptæ, quare convolarunt ad illam ex Vngaria, Austria, Moravia, & ex aliis remotis partibus innumeri populi. omnes civitates Moraviæ, & in vicinia sitæ prælatis Crucibus, vexillisq; venerunt;

nerunt; pagi itidē viciq; insignibus, agminibusque discreti, alii nudis pedibus, alii explicatis brachiis incesserunt omnes Deo, & Beatiss. Deiparæ non sine symphonia, laudes, & carmina canentes. in quibusdam etiam agminibus; multi flagris nuda, & cruenta sibi terga verberarunt numerus iniri non potuit; initus tamen est utcunq; numerus eorum, qui ad Sacram Mensam accesserunt, fuitq; decem millia hominum, Quã pietas imo illis insedit pectore, ex illo etenim cœperunt Nicolsburgum confluere tanto numero, ut nec civitas, nec suburbia eos caperent. præsertim in dieb⁹ Beatiss Virgini sacris; septem, octo, novem, nonnunquam etiam decem integræ civitates, labaris sacris splendentibus venerunt. tantoque pietatis sensu modulati fuere, ut multorum ex oculis, prout ipse vidi, lacrymę spiritualis jubili testes ubertim fluerent, nec modo venerunt, quos vel fortuna, vel natura suis opi-
» bus cumulavit utcumq;, sed Principes ipsi, Impe-
» rator, & Imperatrix; prole Augusta Comitante.
» Frequentiam, & celebritatem auxerunt miracu-
» la. multi enim quorum vita desperata jam erat,
» implorata Beatissima Virgine Lauretana Nicols-
» burgensi, convaluerũt. Virginis etiam opem sen-
» sere alii variis calamitatibus implicati, infans
» mortuus vitam, & Spiritum recepit, statim ut mater vovit, se filio redivivo, Nicolsburgum Beatissimam Virginem salutandi causa venturam. Omitto cætera, quæ à viris præstantissimis, & doctissimis veteri morte diligenter examinata candido calculo approbata sunt, nam publicis litterarũ monumentis ab aliis mandabuntur.

Rex Daniæ occupat Stolizenavium.

Sed ex Moravia in inferiorem Saxoniam properandũ est, ubi sub nive ardentibus bellis, ut supra tetigimus; Rex Daniæ Stolizenavium recuperaverat magna Tillianorum clade; qua victoria insolentior evasit, maxime ubi intellexit, Mansfeldium Stadensem civitatem attigisse. at-

que

que ibi multorum tormentorum bellicorum apparatu instructum copias velle cum suis conjungere. eum tamen Tillius, impetrato Kalenbergio, ac tunc Hannoveram ambiens; magno conatu studebat præpedire quod Dan⁹ animadvertens; Hannoveram præsidio sex millium firmans, ipsum Mansfeldium in agrum Bremensem cum decem millibus hyberna molientem expectavit. Habebatur interim Conventus Ordinum Brunsvici, quo Saxoniæ Elector, nec non Brandenburgensis, & Pomeranus suos Legatos miserant, ut Ordinibus inferioris Saxoniæ, majora bella adornantibus pacem persuaderent; quod cum difficile foret apud bello incensos animos, undique tympana pulsabantur. Magdeburgenses civitatem suam festinatis operib⁹ munierunt, & commeatum sufficientem ad annum integrum collegerunt, duorumq; millium præsidium conscripserunt; quo insolescente, ac nonnunquam comminante Cęsareis multoties velitationes militari potius licentia, quam ex hostilitate contigerunt. Ne autem tamdiu Magdeburgensium fides dubia Cæsareis incommodaret, Cæsar fecialem Magdeburgum transmisit, ac per eum moneri jussit Magistratum suæ fidei, & officii, vel omnino hostilitatem publicari mandavit. cives vero ad fecialem, & adjunctorum tibicinum adventũ consternati, Cæsaris devotioni sese commiserunt; nihilq; hostib⁹ subsidii ab ipsis præbendum fore sancte addixerunt: Multũ detrahebatur Cæsaris exercitui per vicanos in Hartzcynia sylva, qui integras equitũ turmas prostraverant; & jam militib⁹ similes, professiq; militum hostes formidandi, nõ nisi legionib⁹ aliquot poterant compesci quare tã Cæsarei à vicanis afflicti, quam Regis Daniæ atq; Ordinũ inferioris Saxoniæ milites à Cæsareis, & Bavaricis omnem regionem infestantib⁹ perterriti; ad pacem, vel ad inducias aliquas cogebantur.

Magdeburgenses monentur à Cæsare.

Insolentia rusticorum in Hartz.

Tractatio de pace.

In illa constitutione laborabant Legati Brandenburgici, ac Saxonici; neque jam multum ab illis adhortebat(quātum colligi poterat) instante hyeme Rex Daniæ; qui ut rebus Danicis, propter illius absentiam periclitantibus consuleret, in Daniam, & Holsatiam properare volebat, quapropter non multo post in inducias quindecim dierum ad tractandum de longioribus induciis consensit; postea vero induciæ triū mensium constitui debebāt, in quibus coram Brandenburgicis, & Saxonicis Legatis tota ditionis inferioris Saxoniæ controversia discutienda, & cum voto Saxonici Ducis & Brandeburgici (consensu tamen partium) terminanda erat. verum has Mansfeldius totam fere Luneburgensem ditionem fæliciter occupans, præpedivit; benignitate tamen Cæsaris postea reparata est.

Rex Daniæ sollicitat auxilia.

Magna interim auxilia Rex Daniæ ab Hollandis, Anglis, & Gallis expectabat; dub.⁹ postea de eorum fide Legatos expedivit; apud illos tamen tarda erant omnia. Rex Galliæ quidem pecuniam aliquam per Epesseum Legatum suum, prout fama vulgatum fuerat, transmiserat: sed Angliæ, & Hollandiæ Ordines tergiversabantur, nam infæliciter Anglicana classis cum decem mille peditibus, & aliquot Equitibus, centum, & quinquaginta navibus insolitis instrumentis bene instructa, & in Hispaniam ad portum Caletensem delata, ibidemq; exposita, male pugnaverat; acriter stationem sibi commissam defendente D. Ferdinando de Giron, cujus industria, & fortitudine in uno prælio octingenti Angli, & 300 equi interierant, acquisitis octo tormentis bellicis; post quam victoriā fere totidem dispersi milites in terra profugi perierāt: cæteri vero exiguo satis numero in reditu tempestatis injuria perculsi, & commeatu destituti, infirmiq; in Angliam sub finem hujus anni redierant, nullo omnino fructu suæ expeditionis collecto. quare

Infelix expeditio classis Anglicanæ.

annis

postea

postea non modica regni, Ordinum, & particularium mercatorum, partem in hac expeditione habentium lis orta fuit; quā ut Rex sedaret; suos aliquamdiu domi cōtinere, ut vires resumerent, omnino debuit. Ex hac etiam infælici expeditione non parva inter Angliæ Regem, & Hollandiæ. Ordines controversia, diffidentiaq; nata est; quam excrescentem aliquoties Rex Daniæ, & Galliæ voluerunt componere, ut fælicius fœdus contra Cæsarem initū pro restitutione Palatini, succederet: sed serius illa cōposita fuerunt, & Rex Daniæ tanto facilius in præparatas inducias cōsensit. pactis induciis miles Cæsareus partim in agrum Hirtsfeldensem, partim in Hassiæ hyberna deductus fuit, ut commeatum sufficientem obtineret. Rex verò Daniæ suos ad justam disciplinā militarem 140. articulis complexam constrixit, & nulla habita ratione induciarū, eos ad Lavvenburgensem ditionem perduxit. Halberstadius verò, & Mansfeldius lustratis suis copiis, de aggrediendis wallesteinianis deliberarunt; & paulatim cū essent Lubecensibus oneri, non aliter quam si hostis per districtum civitatis grassaretur, Lubecenses occisione aliquorum hostilitatem mulctarunt. *Pacis tractatio.*

In pacis antē tractatione strenuissime laborabant Saxonici, & Brandenburgici Legati, Brunsvici utriusq; partis Legatos sufficienter instructos examinantes, & audientes. proposuerant enim inferioris Saxoniæ Provinciales alia media ad stabiliendam pacem, petentes, ut Comes Tillius exercitū ex Saxonię inferioris locis occupatis abduceret damna illata resarciret, provincias illas ab armorū metu etiam inposterum liberaret, atq; harum rerum idoneam cautionem præstaret. quare voluerant, ut Tillius nomine Cæsaris promitteret, quod in Principatibus suis tam hæreditariis, quam libera electione acquisitis, contra Imperii de pace Religionis, aliasque con- *Postulata ordinum inferioris Saxoniæ.*

ſtitutiones; inprimis circa liberum exercitiu Auguſtanæ Confeſſionis Principes non pertu barentur: quare non ſolum Bavaricum, & Fri lándicum exercitum abduci, ſed in electionibu poſtulationibus, ac decretis ſuis liberi, atque Cæſareis ſententiis, pœnalibuſque clauſulis in munes in cauſa Religionis eſſent. Voluerant e nim, ut à monaſteriorũ viſitationibus *per pere* grinos Abbates aliquando factis ſine cõſenſu, a præſcitu Principum liberarentur, & ut in male poſſeſſis provinciis, ac regionib⁹ Eccleſiaſtici juris ſtabilirentur. Quæ omnia ſi Tillius præſtitiſſet, ſpondebant ſe exercitũ ſuum dimiſſuros. ſed hæc ut valde iniqua poſtulata, ut diſcuterentur inducias concedere detrectabant, immo potiu eadem imperare prẹſumebant. verũ cum illa po ſtulata prima fronte multis acerbiora viderentur, ut Saxoniæ Dux ipſe judicaverat, (& vere Cæſar illa concedere voluiſſet, jam victas manu præbuiſſet. & Cæſareæ auctoritati quã plurimum detraxiſſet,) tam Cæſar, quam Saxoniæ Dux tal petitioni irridẽtes, alias pacis propoſitiones fieri, & ſufficientes inducias conſtitui poſtularunt quas ut Saxoniæ, & Brandenburgici Electores a vide pararent, Cæſar ampliſſima ipſis mandata conceſſit, quæ ut intimata fuerunt, utrinq; à pri ma Decembris in dies quatuordecim proximos deinde in tres menſes fuerunt induciæ conſtitutæ. poſtea quaſi aliis pacis articulis editis, petierunt, ut cõſtitutis die, nocteq; induciis, nulla invaſione, aut oppreſſione violandis; nullæ etiã exactiones fierent, nullas antea jam debitas exigerent, nulla præſidia inveherent, nullas hoſtilitates exercerent, deprædationes, & depopulationes viarũ vitarent, prævaricatores punirentur, & in principali cauſa articulos alios propoſitos, rurſus produxerunt, & urſerunt. Cæſarei è contra ægre ferentes articulorum arrogantiam, poſtulaarunt, ut Regis Daniæ, Ordinumq; inferioris Saxoniæ

Articuli induciarum.

Poſtulata Cæſaris.

xoniæ copiæ exauctorarentur, de Mansfeldio, Christiano Brunsvicensi, aliisq; contra Cæsarem, arma ferre gestientibus, traderetur cautio quod deinceps nunquã Imperialis Aquilę patrocinium subterfugerent, neq; quicquam contra illã agitarent. Nulli etiam milites absq; expressa Cæsaris licentia cõscriberentur, nulli exercitui suppeditaretur contra Cæsarem commeatus, annona, aut transitus. Præterea ut damna Cæsareæ Majestati, & Principibus ejus Imperium venerantibus illata refunderent; maxime, quæ Christiano Seniori Duci Luneburgensi illata fuerant. Tandem ut occupatos Comitatus Hoiensem, Diepholtzanum Bruckhersanum aliasque urbes, & arces restituerent, præsidia imposita dimitterent, ac paci Religionis conformiter viventes, serio obtemperarent. sed de hoc posteriori puncto, uti de prioribus fere omnibus, non levis orta fuit quęstio, quænã pro pacis Religionis observantia intelligi deberet. Cæsarei n. ad jura sese referentes, facillime se ab ista quæstione explicabant. Danici vero, & inferioris Saxoniæ Ordines in abusibus consistentes, uti hactenus consueverant, tutos, & immunes in omnibus libidinibus sese fore putabant. idoneam deinde cautionem à Cæsare de non vexanda amplius provincia exigentes; & Mansfeldii societatẽ dissimulantes, defensionis provinciæ modum sibi reservare præsumebant: neq; unquam promissione Tillii, aut Wallesteinii, aut ipsius Cæsaris verbali sponsione contenti esse voluerunt. quod cum indignè tulissent Cæsareani, nullo modo copias suas primo è provincia abducere statuerunt, nec ante Mindam, vel Hoxteram restituere, nisi prius Rex Daniæ militem suum abduxisset. damnarunt etiam Principes, & Ordines Saxoniæ, quod nunquam ad articulum illorum principalem de juramentis Halberstadii, & alibi contra jura, & leges editis, respondere voluissent; ac tandem omnem

Disceptatio de pace Religionis.

Renitentia Cæsareanorum.

compositionem desperantes Mindam,& Hoxt-
ram, tanquam extra Saxoniæ ditionis districtu
oppida, restituere noluerunt,neque aliam ca
tionem Cæsaris dare potuerunt,præter eam,qu
„ Imperialem Majestatem deceret. imo clare r
„ spondentes, nihil Principibus inferioris Saxi
„ niæ in causis Episcopatuum,Collegiorum,Cap
„ tulorum promittere voluerunt, & ea omnia i
„ antiquis terminis Duci Brunsvicensi minus ac
dicti, Cæsari reservarunt.

Postulata Principum.

E contrario vero Principes liberum Religioni
exercitium, & jurisdictionem in suis ditionibu
tam hæreditariis quam acquisitis, salva libertat
Germanica juxta pristinum statum pertinacite
postularunt. quare sperata pax obtineri non po
tuit.& quilibet peracta fere hyeme,arma præp
ravit. Daniæ Rex majori spe fultus nihil aude
bat, (nam peractum erat fœdus,de quo supra d
ximus,inter Anglos, Batavos, Suecos,& alios a
reprimendam Domus Austriacæ potentiam; i
quo singuli sua subsidia pecuniæ, militum, & in
strumentorum addixerant. in hoc fœdere exp
ctatus fuit Legatus Bethlemi cum amplioribu
mandatis;sed is non nisi tertio mense postea ad
venit. Rex quo securior esset de fœdere,& de
Brunsvicensi ditione, loco ad belli impetum su
stinendum delecto suspectum Ducem Vlricum
Fredericum Brunsvicensem majorem natu,ad
in Holsatiam evocatum ditione propria spolia
vit;eique animosiorem Christianum Halberstа
diensem Pseudoepiscopum substituit non fine
Ordinum DucatusBrunsvicensis aliqua indigna
tione; eo quod non Christiano, sed Vlrico sacra
mentum dixissent;neque facile ludum istum pi
læ instar admitterent;sed Rex factum ex necessi
tate,& ad tempus tantum, cui servire oporteret
excusavit.

Cæsar interim quo hoc comercium fuit inst
tutum, rebus suæ familiæ intentus, postquā ja
dudu

dudum ante de Archiducis Leopoldi matrimonio ad propagationem prolis deliberatū fuisset; dimisso Archiduce Romam; ut necessarias Pontificis dispensationes obtineret,& sponsam Florentiæ præparatam deduceret;factis jam ante renunciationibus Episcopatus Pataviensis, & Argentinensis, nec non Præpositurę Constantiensis; quam libere ad manus Pontificis in favorem filii Alberti Bavariæ Ducis deposuerat;de Episcopatibus Pataviensi, & Argentinensi pro Leopoldo Guilielmo, una cum capitulis Cathedralibus utriusque Ecclesiæ agere cœpit. neque enim invitis Canonicis electoribus Cæsar filio dignitatem aliquam pacisci cogitabat; sed proposita necessitate Ecclesiarum, ære alieno gravatarum, & periculorum in mediis Germaniæ turbis indies magis ac magis excrescentibus, necnon congruentiis,quæ maxime locum pro Austriaco Principe in diœcesi Passaviensi habebant; Canonicorum vota præsentabat,eaque à Canonicis honestatem,decentiā, & necessitatē suarum Ecclesiarum expendentib⁹ obtinuit; ita ut paulo post in utraq; Ecclesia Leopoldus Guilielmus Episcopus electus fuerit, ut Cæsar apud ipsas Ecclesias promeretur cum utroq; Capitulo convenit,ut stante minorennitate filii usq; ad annum decimum octavum ætatis (decimumtertium enim tunc agebat) omnes Ecclesiarū redditus ad extinctionē debitorum applicarentur, & Capitulum interim gubernaret, quæq; ad promotionem essent Ecclesiarum,satageret Passaviensis Episcopatus administratio demandata fuit Marquardo Svvendio; Argentinensis vero Comiti Hermanno à Solms, illius Episcopatus jam pridem contra Mansfeldium,& Brunsvicensem conservatori.

Resignatio Leopoldi, & promotio Guilielmi Leopol.

Cæsar etiam,ut proximiorem Ecclesiam Pataviensem promoveret, sub initium anni 1626. intermissam aliquantulū instaurationē disciplinæ Fidei Catholicæ ob Vngaricam coronationem,

Reformatio Austriæ superioris.

& graviores belli tumultus; urgere perseveravit, novis litteris compellans Abbatem Gotvicensem, aliosque reformationi destinatos, ut sedulam manum operi reformationis adhiberent. quæ ut facilior esset, rursus sub initiũ Februarii Ordinibus Politicis scripsit; ut reformationi quæ tam proficua paci, ac necessaria saluti animarum est, morem gererent, ac prioribus decretis serio factis prompte obedirent. quæ cum Provinciales solitis suis excusationibus protrahere voluissent, atq; sub initium Martii longiorem instructione termini dilationem postularent, eundem omnino præscidit. quod Bavariæ Duci, adhuc Austriam loco pignoris obtinenti, ejusque ministris Austriam superiorem regentibus, necnon designatis reformatoribus significavit, ne quovis modo in officio incepto præpedirentur, vel hæretici spe longioris dilationis luctarentur.

Austriæ inferioris reformatio.

In Austria vero inferiori Cæsar non minus de Religione sollicitus, minorum oppidorum cives fere omnes ad Catholicam Religionem perdu„ctos, à suis Magistratibus tam Politicis, quam sa„cris in eadem Religione servari jussit. quare Vi„ẽnensi universitati serio imperavit, ut expunctis „iis, qui hæresim sapiebant, universitatem ex solis Catholicis membris constituerent. nam præter juristas aliquot, & pragmaticos plusquam viginti erant in civitate Viennensi Medicinæ Doctores, qui Lutheranam doctrinam profitebantur, quorũ nonnulli in consiliis universitatis votum habebant, & non infrequenter bacillum Rectoris Magnifici, aut Decani munus in suo Collegio „gerebant. Hæc ut totaliter deinceps caverentur, „Sua Majestas universitatem cum omnibus Col„legiis hoc anno Collegio Patrum Societatis Iesu „univit, solas duas professionis Theologicæ lectiones Ordinibus mendicantibus S. Dominici, & S. Francisci reliquit. de Collegio Austriaco Patribus Dominicanis annexo, ac fere in ipso Mo-

Universitatis remora.

S.Fra... tribus Iaud...

naſterii

nasterii fundo ædificato, atque hactenus ab ipsis Patribus Dominicanis, quasi pædagogis gubernato. non levis fuit difficultas: major erat ratione officii Cancellariatus, quod Ordinario Viennensi hactenus debebatur, illudq; valide propugnabat, sed qui Cancellariatũ obtinere non potuerunt, Vicariũ munus reportarunt. Ex his contentionibus nata fuerat alia controversia ambitioni proxima, quæ in omnibus locis membra universitatis, aliis omnibus quamvis eruditissimis, antiquissimis, religiosissimis, ac dignissimis præferebat ita, ut nõ solum in actibus universitatis, sed etiam in aliis exercitiis alibi etiam in Ecclesiis aliquando habendis, cuncti litterarum professores postremo universitatis membro debuissent cedere. ex quo jurgia, contentiones, invidiæ, simultates, & scandala oriebantur eo periculosiora, quo inter doctiores, qui se invicem poterant sugillare, & ingenium aliquando in perniciem Christianæ charitatis exercere. Sed hoc decretum revocavi, & mandavi, ut singuli locum suæ professionis, ac Ordinis, extra actus universitatis, nullo habito respectu ejusdem servarent; quod etiam publico edicto in singulis Monasteriorum Archivis perpetuo asservando nomine Sanctissimi Domini Nostri Papæ Vrbani VIII. declaravi.

Lites universitatis.

Saniori consilio etiam hoc ipso anno laborarunt in ipsa urbe Viennensi pro sua admissione Patres, ac Fratres S. Francisci de Paula summo rigore singularium Ordinis sui abstinentiam servantes. quorum admissioni non unus, neque infimus se opposuit; quare nec uno in loco debui eorundem protectionem assumere, quos sciebam, & Cæsareæ Majestati gratos, & Ecclesiæ Dei proficuos fore. Locus itaque illis obtigit extra portam Italiæ in celebriori suburbio, ubi anno subsequenti fundamenta Ecclesiæ fodit ipsa sua Majestas Cæsarea, & Regia Vnga-

Admissio Minimorum.

riæ, & nunc celebre monasterium ædificatur.

„ In Bohemia hic annus Religioni Catholicæ fuisset longe felicior, nisi bella proxima, de quib' infra, justas moras injecissent. nam & Archiepiscopus illius regni Ernestus Adalbertus ab Harrach primis diebus anni 1626. ad Cardinalitiam dignitatem evectus, diligentissimam operam Ecclesiæ suæ impendere decreverat; in quem *finem* Theologorum Congregationem singulis hebdomadis coram ipso habendam instituerat; & aliunde non sine expensis viros animarum saluti præficiendos impetraverat. verum vicanorum in Austria rebellio, & Silesiorum Moravorumque, ab alia parte Bohemiæ oppressio, med os Bohemos deterruit, strictamq; reformationem in aliud tempus rejecit. In eadem tamen Bohemia tunc cæteris animosior Magnus Prior equitum Melitensium, omnes suos subditos, quorum non pauci erant in civitate Pragensi, ad Fidem Catholicam perduxit, duobus exceptis. quos etiam à suo fundo eliminavit. paulo ante idem fecerat Abbas Strohoviensis, & ad illius imitationem nonnulli alii Religiosi. sed hoc cum extra civitatem attentasset in Benissavii vicinia Comes Paulus Michna, vix non ditiones una cum vita, exorta periculosissima seditione, amisit.

Promotio Cardinalis de Harrach.

Imperium procul ab istis turbis aliquantulū pacatiori tempore non parū in Religione Catholica profecit, præeunte, & minoribus regulis ani-
„ mum faciente serenissimo Bavariæ Electore in
„ Palatinatu Heidelbergensi; ubi post duorum an-
„ norum tolerantiam, castigata jam satis civium fortuna, Catholicæ Religionis professionem, primo diligenti instructione seductorum, deinde minis, propositione immunitatis præpositis præmiis, deniq; obstinatorum ejectione; postliminio revocavit. Bavariæ Electorem imitari voluit Comes Ioannes de Nassau in Belgica Regis Hispaniæ militia educatus, ibidemque Principis

Reformatio Palatinatus.

Reformatio ditionum Comitis de Nassau.

Li-

Lignaici gener factus, non procul à Moguntia „ Principatum obtinens hæreditarium per decessum sui parentis Calviniana hæresi infecti, verum „ constantia bonæ voluntati deerat, & nimius metus bono Principi oberat. animum itaq; non semel volenti addidi, & à Cæsare aliquoties litteras tum ad Principem talia imperia anhelantem; tum ad subditos à mutatione Religionis abhorrentes, procuravi; quibus tandem effectum fuit, ut omnes illius subditi ad Religionem Catholicam devenerint, lepide quidem, sed vere. Princeps enim is Catholicus suos ex Calvinismo ad Lutheranismū pro tunc perducere moliebatur, aut saltem se hoc moliri fingebat; ne, inquit, tam „ procul abessent à suo Catholico ritu, & ut Reli- „ gioni in Imperio admissæ obtemperarent, cum „ spe, & minis, se alias faciliori modo Catholicam Religionem inducturum. Quod cum à subditis intelligeretur, ipsimet pertæsi tam frequentem mutationem, potius ad Catholicā Religionem, tunc transferri desiderarunt; ne, prout dicebant, infra paucos annos iterum cogamur Religionem mutare, & semper pueri esse. quam gratiam à Comite Catholico facillime impetrarunt, paucosq; dissentientes ipsimet in vicinam Galliam ejecerunt.

Præfertur Catholica Religio Lutheranismo.

Hortabatur eadem opera Cæsar Comitem de „ Marcka Ordinis Theutonici Magistrum, & plu- „ res alios Principes Catholicos, ut animosius, & „ ferventius de instauranda Religione cogitarent „ illo tempore, quo fælicior, & facilior fieret progressus; si non ab uno, sed à pluribus opus tam arduum promoveretur. Ipse Cæsar, ut suis exemplo esset, quamvis undique bellicorum tumultuum mole pressus, hoc tempore affligeretur; justitiæ tamen, & Religionis curam non deponens, novam Concilii aulici faciem, & ordinationem instituit, & Consiliarios ad Catholicam Religionē, paucissimis exceptis, qui ob libertatem

Imperii tolerabantur, perduxit. Hinc conversio D. Melandri, Wendolii, & aliorum.

Magnam constantiam multis indidit victoria Wallesteiniana à Deo, ipsa D. Marci festivitate, ad pontem Dessaviensem concessa. Postquam enim, ut supra retulimus, pacis cōmercium inter Daniæ Regem, & Cæsarē evanuisset, Rex novis Hollandorum, Mansfeldii, & Halberstadii copiis auctus, sexaginta millia militum in suo exercitu numerabat; illosque in tres turmas tribus exercitibus similes divisit. unam Halberstadius regebat, & cum illa Episcopatum Osnabrugensem, Hildesheimensem, Mindensem, aliosq; infestabat, ut commeatum, & pecuniam extorqueret. alteram Rex ipse juxta Weseram gubernabat, quæ Tillio ibidem progredienti opponebatur; eratq; illa inter duas alias media, ut ceteris laborantibus consilio, & auxilio adesset. tertia turma viginti millium Mansfeldio commissa fuerat ad Albim, triginta habens tormenta bellica, & quingentos currus annonæ, cum qua castrametatus fuerat deserto Lauvvenburgo, & Hagelsberga, totumq; tractū Albis fere Magdeburgum usq; occupaverat, ut Wallesteiniū è tota Magdeburgensi ditione pelleret; & in Silesiam ad evocationem Bethlemī contenderet. Sūmopere autem illius intentioni oberat munimentū Wallesteinii ad Dessavium, ubi pontem, per quem cōmode posset transmitti exercitus, Cæsarei muniverant. Quare postquam Sandavium, Rathenavium, & Brandenburgum transiisset, totamque illam ditionem Ducis Megapolitani, atq; Electoris Brandenburgici misere devastasset; ad præfatum pontis munimentum exercitum applicuit, occupato prius Serbstio, quod Anhaltini Principis erat. Duos dies in oppugnatione munimenti insumpsit, & frustra quidem sexcentos tormentorū ictus explosit, strenue munitionē Dessaviensem defendente Ioanne Aldringero; ipsa vero

Oppugnatur munimentum.

Pa-

Paschatis d'e eteveisus oppugnationem ursit, tertio locum illum summo impetu aggressus. Quæ cum à Wallesteinio Fridlandiæ Duce perciperentur, Comitem Slickium cum turmis aliquot equitum ad præfatum Aldringerum abiegavit, demandans universis copiis, ut 25 Aprilis juxta pontem convenirent, pontem tela linea tentoriis deservienti obnubilari præcipiens, ut si quæ copiæ traducerentur, nec numerari, nec cognosci possent. Mansfeldius vero 25. Aprilis summo conatu pontem aggressus Cæsareanos omni ex parte oppugnavit, sed fortiter resistentibus præsidiariis, omnis oppugnatio irrita fuit; ita ut occiso Hollandicarum copiarum Præfecto Nienhovio, & magna clade exercitus accepta; oppugnationem deserere cogerentur. Quare Wallesteinius hora matutina, non expectatis reliquis copiis, cum iis tantum, quæ advenerant, summo silentio pontem traduxit, & munitionem, quam Mansfeldius tantopere oppugnaverat, egressus, aciem instruxit, præparatamq; Mansfeldii aciem adorsus, eum locum deserere coegit. restaurare nisus est Mansfeldius turbatos ordines, sed equites simul cum ipso in fugam versi, & pedestres copias omnes turpiter deserentes, (quę omnes fuerunt cæsæ,) victoriam Cæsareanis insignem reliquerunt, trucidatis viginti tribus turmarum Præfectis, & signis militaribus triginta quatuor, tribus equestribus, tormentis sex, & impedimentis omnibus amissis.

Dissipatur Mansfeldius.

Hac tam celebri victoria incensi Wallesteiniani, subito civitatem Servestanam sibi dedi postularunt, eamq; parũ renitentibus civibus, fugientibus duabus equitum turmis, ibidẽ pro præsidio relictis, obtinuerunt. Inter captivos fuere Kniphusius cum vigiliarum Præfecto, & duobus Bohemis Michalovitz, & Chukovulkio, qui alias Cæsareas partes deseruerant. signa autem um Questembergio Viennam Cæsari transmissa

Osnabruck recuperanda. sunt. Interim Comes Anhaltinus, & Lindlous, Bavaricarum copiarum Præfecti Osnabrugum cum suis copiis profecti, ut inde Christianum Halberstadensem fugarent; Windeburgum strenue oppugnarunt; quo reddito, nihil de Osnabrugo erat dubitandum. verum non tamdiu Christianus expectavit, sed fuga sibi consulens etiam istam ditionem egregie afflictam reliquit. Suas vero copias Regis Daniæ copiis conjunxit, ut Horchimiensem civitatem obsessam liberarent, Gottingam annonam inferrent, & Tillii copiis resisterent. quod dum molirentur, monasterium Steinheim diœcesis Moguntinensis, & nobilium cœnobium Hocheim Hassiæ ditionis, oppidum etiam cum arce Naumburg Altstalter, aliaq; loca omnia usque Visurgim incenderunt, parumq; abfuisset, quin magnam partem exercitus Tilliani rupto ponte ad Visurgim perdidissent, nisi Tillius beneficio vicani cujusdam vado reperto copias suas insigni equitatu stipasset. *Damna Danorum.* Mansfeldio fugitivo sese conjunxit administrator Hallensis, seu Pseudoarchiepiscopus Magdeburgensis cum non contemnendis copiis, qui novũ exercitum instruxerat, & dispersas copias collegerat Brandenburgi, atque in tota Brandenburgensi Marchia additi sunt prætore Mansfeldio ter mille pedites, qui paulo ante Nauburgum appulerant; & equitatus tribuni Fuchsii; ita ut unius mensis spatio rursus exercitum quindecim millium collegerit, quo rursus fortunam Servest, & Dessavii tentare decreverat, sed tantus tremor adhuc equites detinebat, ut ab illis locis abhorrentes, alio se convertere maluerint. quod animadvertens Mansfeldius, & ipse consternatus erecta munitione ad Tangermundum, versus Havelsbergam duxit; totamque ditionem Mechelburgensem, & Brandenburgensem Marchiã depopulatus, vires sui militis reparavit. Hærente autem Mansfeldio diutius in ditione Brandenbur-

Mansfeldius instaurat exercitum.

bur-

burgensi, cunctis infesto deprædatore, & æqualiter hoste, Elector Brandenburgicus copias suas ministerio Præfecti Krachen Brandenburgum, Stendelam Garlebium, & alia in loca introduxit: ut copias ejusdem Mansfeldii protunderet: voluissentque incolæ ultionem spirantes fortunas suas deperditas vindicare, verum renuente Præfecto omnes impuniti manserunt. sic in non parvam suspicionem temerariæ collusionis Elector incurrit: quam Legatio Regis Daniæ ad ipsum Electorem Bethlemi cognatum auxit, maxime ubi nonnulli ex illius copiis ad Mansfeldios accesserunt, & passim eisdem tutum iter, cum abundanti commeatu in Silesiam progredientibus, Rotemburgii ad Tuberam, & per totam Marchiam præbitum fuit.

Diximus supra, quomodo Rex Daniæ destituto Vlrico Frederico Principe, ac Duce Brunsvicense, juniorem fratrem in præcipua arce Wolfenbuteliana substituerit, ut tempori serviret. quod factum præterquam quod Ordinibus displicuerat, etiam Deo visum fuit displicuisse: nam Christianus substitutus, licet initio more suo fervidus in Hassia militem conscripsisset, ex quo rursus Mauritius Hassius, & Hassiaci perfidia notati sunt, nihilominus secundo sui dominii mense infirmitate percussus, inter extremos dolores, tyrannis iconoclastis sacrilegis Ecclesiam Dei infestantibus familiares, ex hac vita desperabundus decessit eviscerato corpore: præter maculata intestina vermis inventus fuit in corpore vivus aliquot ulnarum, qui in illo anno, nec ex una causa prognatus vitam adolescentis vix vigesimum nonum ætatis annum attingentis præmature absumpsit, cæterisq; Ecclesiam Dei, sacra lipsana, & sacras fortunas infestantibus horrorem incussit.

Obitus Halberstadiensis pseudoepiscopi.

Advenerat paulo ante expectatus Bethlemi Legatus, qui ad diem vigesimā Martii adesse de-

Bethlemi Legatus.

fuerat, & tunc soluto Conventu Regum, ac Principum, ad Regem Daniæ, Ducem Christianum, Ordinumq; inferioris Saxoniæ delectos admissus, eleganti oratione subsidia, præcipue peditum aliquot legiones, ingentem pecuniæ summam, & Legationem nomine omnium ad portam Ottomannicam, superbe non minus, quam pro Christianis impie postulavit, quibus habitis insignem Cæsari cladē non in Imperio, sed in hæreditariis provinciis Austriæ, Moraviæ, Bohemiæ, & Styriæ inferendam pollicebatur. Hæc cum Rex Daniæ, cæteriq; Principes, & Ordines inferioris districtus non parum probassent, Legatum cum oratore ad Ordines Bataviæ, & ad Regem Angliæ dimiserunt; ipsi vero interim Mansfeldio iter in Silesiam imposuerunt. Quæ omnia cum sint Christiano nomini probrosa dedecora, ut melius intelligantur, libet eandem orationem Legati Bethlemi hic de verbo ad verbum correctam, non vitiatam, qualis illa fuit, inserere.

Illustrissimi, ac præpotentes Confœderati Belgii Ordines, Domini Observandiss. A quo Serenissi. Sac. Roman. Imperii, ac regni Transylvaniæ Princeps Dominus meus clementissimus ad hoc sublime regiumq; fastigium à Deo evectus est, nihil quicquā prius, nihil antiquius habuit, quam ut languenti Reipublicæ Christianæ inservire, oppressis, ac sub jugum misere redactis subsidio, & auxilio esse possit. Majores enim ipsius cum ex libero populo oriundi, sua Serenissima etiā Celsitudo in libero regno nata, & educata sit, ab ipso supremo Numine, natura, ac sanguine majorum inbibit libertatis amorem, ut hinc earum gentium vices non possit nō dolore; imo pro viribus eas ope, & consilio juvare quæ patrum, ac majorum laboribus acquisita in libertate molestiam, & injuriam indigne pati coguntur. Cujus eximiæ voluntatis ipsa facta, diversæque in hunc finem

nem susceptæ ipsius, ac notæ expeditiones testimonium perhibere poterunt. Præsentem itaque Europæ statum cum sæpius animo revolvat, uniusque regnatricis Domus astu, & ambitione tam variis casibus plenum, prœliis atrocem, seditionibus discordem, ipsa etiam pace sævum animadverteret; & omnia hoc fine, ut Regibus, Principibus, cæterisque liberis populis sub jugum intolerandum missis illa universalem, quam tamdiu in animo concepit, in familia sua tandem constituat Monarchiam: initio nunc facto, si fas est dicere, ab ipso sacro Romano Germaniæ Imperio.

Hujus enim, prôh dolor, quæ est facies? quis regionum habitus? quis procerum, Principumque status? liberæ ditiones, & provinciæ quamplurimæ uni Domui Austriacæ subjugatæ, plurimæ depopulationibus & incendiis devastatę, reliquæ calliditate, & insidiosæ pacis, ociique libertate ceptæ ad libidinem, & servitutem paratæ; proceres alii bonis, & ditionibus exuti, in exilium missi; alii belli injuria ad extrema redacti, cæteri qui vel tempestatis inclementiam, subjugationisque sævitiam, & si paucissimi effugêre; ita illius potentiæ metu, & terrore sunt fracti, ut vix hiscere audeant. Vt jam nihil præter antiquæ libertatis, imperiique jurium; & Majestatis vana nomina, & omnium eorum umbram statibus, & Imperii columnis sit reliquum. Et hoc quidem in novo Principatu prudenter ad exemplum Augusti, & Tiberii astutia, & Iberica calliditate imitatum. Verum cum adoleverit, eruundet, & nemine adversante paulatim insurget, & quicquid hactenus intactum, munia Senatus, & Magistratuum, legum, Principum, & Electorum in se palam trahere, & victam armis libertatem in dominationem vertere non intermittet. Subacta autē Germania, cōvulso hoc Imperio, & tāto cruore auctæ Austriæ vires, quid Galliæ? quid Britanniæ?

tanniæ? quid Daniæ regnis? quid cæteris vicinis? quid denique, & in primis vestræ inclytæ Reipublicæ discriminis id illaturum putamus? certe hęc tantorum annorum virtute, & industria majorum coalita compages, convelli, vel sub unius absoluto dominatu redigi sine vicinorum exitio non potest. Hunc itaque concussi Orbis motum; Imperiique ruinam, & ex hac omnium vicinorum certum periculum, cum Serenissima sua Celsitudo secum considerat, & imminenti tanto malo remedium cum requirit, nullũ apti⁹; salubriusque inveniri, adhibetique posse existimat; quam ut omnes, qui in immensum unius crescentis potentiam merito suspectam habent, exemplum Hispani, & Austriacorum imitantes consilia, vires, & opes consocient, & sese in sui, suorumque amicorum, & oppressorum mutuam defensionẽ inviolabali fœdere, ac nexu colligent? commune periculum, communem hostem concordia, communibusq; viribus submoveant, singuli enim ut hasten⁹ dum pugnant, omnes victos nullũ est dubium. Et in hunc finem Serenissimus Princeps meus cũ huic comuni negotio ut sua etiam ope assistere velit, sæpius esset interpellatus; me præterito añọ ad Serenissimos Bohemiæ, Daniæ, Sueciæ Reges, & Brandeburgicum Electorẽ ablegaverat, insci⁹ tamen quod in hoc salutari cõsilio à dictis Regibus cogitationes ipsi⁹ essent præventæ, & Conventum ob id Hagæ Comitum indictum. Itaque ex relatione mea, & mandatum à Sereniss. Regum, illustrissimorumque vestrorum Ordinum Legatis, & deputatis hic Hagæ tunc temporis mihi dato; summã omnium benevolentiam, singulare studium cõfidentiam, & in se affectum, quo conjũctionem, fœdusq; cum Serenissima sua Celsitud ne inire, & propositis tunc à me conditionibus confœderationem illam recipere desiderabant, grato admodum animo percepit. Cum autem tum ob

utriusq-

utriusque partis mandatorum, plenipotentiæq; tabularum defectus; tum propter Ioannis Rutgersii, Serenissimi Regis Sueciæ Residentis, ex hac vita discessum; negotium ad optatum finem perduci non potuisset: & his, aliisque de causis novumConventus diem, nimirum 20. elapsi mensis Martii eodē in loco indicere necessarium dicti Legati existimaverint; Serenissimam etiam Celsitudinem ejus, utLegatum sufficienti cum mandato & instructione, quo cum agi, concludique omnia possint; eo ablegare vellet; petierunt. Id Serenissima sua Celsitudo grate agnovit, indeque quanti personam ejus confœderati faciant dijudicans, summas cum ceteris, tum vobis, Illustriss. ac potentes unitarum provinciarumBelgii Ordines, pro hac vestra inSerenitatem suā propensa voluntate gratias habet; suaq; studia, & sinceri animi reciprocam voluntatem cū propensissimis inRempub. vestram, remq; commune officiis, per me vobis offert: valde sibi gratulans, ac partem suæ fælicitatis existimans, hac tempestate tam propitiam commoditatem, occasionemq; sibi oblatam qua cupiti sui, votique diu desiderati compotem se fieri posse videat; ut cum inclytæ ac totius Orbis facile celeberrimæ Reipublicæ prudentissimis Senatorib9. & Statib9. notitiam & amicitiam inire, fœdusque tractare possit. Nihilque magis desideravit sua Serenitas, quam ut statuto tempore quispiam è suis huc redire potuisset. verum tum nuptiarū solemnia, multaq; suæ Serenitatis negotia; tum ingens locorum, terrarumq; distantia, & evidens interceptionis periculum, moram hanc injicere coegerunt, & ad dictam diem redeunti non sat temporis dedere. Ne tamen quidquam in se Serenissima sua Celsitudo desiderari pateretur, & præclarum in rem communem totius Orbis Christiani affectum, singularemq; suam ea in re voluntatem palam testaretur; haud prætermittendum

dum putavit personam meā cū sufficienti mandato ad vos, Illustrissimi Ordines, ablegare; ut si quid deliberationes, & publica consilia juvare posset, quilibet suæ serenitatis pro salute communi, extrema obeundi promptitudinem re ipsa deprehenderet. Quod etiam eo evidentius apparet, quod licet Serenissimam Celsit. suam ab hac confœderatione præterita tempora, & successus, cæteraque incommoda, plurimæ etiam æquissimæque rationes maxime & merito absterrere possent, quas hic enarrare supervacuum duco: & quisquis stat⁹ Transylvaniæ moderni non ignarus, ne utiquam inficiabitur; ita ut Serenissima sua Celsitudo alta pace in florentissimo suo regno, cæterisq; provinciis fruens (Deo inprimis, & tanto Monarcha, quem qui viribus hisce nostris temporibus æquet, reperiatur nemo, protectoribus (horum bellorum finem, & exitum expectare quiete posset. Inprimis etiam, cum ex hac conjunctione parum utilitatis, & securitatis, tam in suam personam, quam in ditiones redundare possit; utpote confœderatis maximo terrarum, marisq; spatio à sua Serenitate, provinciisq; remotis, periculo, aliquando imminente, quod hoc fœdere necessario inse, suasque ditiones provocat, cum ut eidē vel serio, vel nunquam auxilio esse possint. Tamen ne unius Domus insolentia, & fastu sūma imis divina humanis confundantur; pro communi Orbis Christiani salute, & libertate, amicorūq; oppressorum defensione, omnibus incommodis, propriisque periculis postpositis, minime illis defuturum; sed se operam suam, & vires libentissimo animo Reip. causa impensurum, promittit, & pollicetur, admissis eis, quæ antea à me propositæ fuerunt, conditionibus. Quibus ut etiammum Serenissima sua Celsitudo inhęreat, tum rationes æquissimæ, tum maxime, plurimaq; rerū incommoda suadent; & primo, ut hoc inito

Funda-

fundamento, aliquorum scilicet potentissimorum Europæ Regum, & Principum Rerumpublicarum, belli tam inferendi, quam sustinendi confœderatione, res tanti momenti, & periculi aggrediatur; persuadendi causas nullas esse putat, sed commune periculum communibus viribus propulsandum arbitratur. Ita ultra modo confœderatos, etiam Christianiss. Galliarum Regem. Serenissimum Subaudiæ Ducem, Venetorumque Rempub. huic fœderi ut se jungāt, milite, & pecunia in communi collatā ad hoc publicum commodum pro virib⁹ promovendum; serio invitādos esse. aut illud facere si graventur; saltem eo inducendos; ut in Italia bellum continuēt; neq; hostium vires inde egredi patiantur. inprimis etiam illa, quæ nuper de solemni confœderatorum Legatione ad Portam Ottomannicam instituenda, Imperatoremque in partes nostras omni conatu, & viribus pertrahendo; ut cōfœderatis proponerem, Serenissima sua Celsitudo in mandatis mihi dederat, nunc ut denuo, serio mihi injungere pro singulari suo in Remp. ardore, & vigilantia prętetire nullo modo potuit. Vt si unquam utilem, & necessariam illam Legationem judicaverint, nunc utilissimam, summeque necessariam judicent. Etenim suæ Serenitati per homines secretos, ac fide dignos tam Viennæ, quam Constantinopoli iterat s vicibus innotuit. Domum Austriacam Hispanicam, considerata imminentium periculorum magnitudine modis omnib⁹ anniti, ut potentissimam gentem Ottomannicam in partes suas pertrahat, & venales Vizirios mira calliditate ad libidines suas disponat. nunc etsi Serenissima sua Celsitudo non omni aura moveatur, levibusque rumusculis fidem adhibeat, diligentius tamen investigans, & considerans, quod sub hac conjunctione Domus Austriaca sibi fines pręscriptura, quot partium nostrarum Regibus mala procreatura

fit, de ipsa Germania, totiusque Christiani Orbis destructione non injusta, sollicitudo mentem ejus subiit. Nam cum nostris temporibus nemo reperiatur, qui Turcam viribus æquet, ac tam numeroso milite, aliisq; ad bella necessariis Austriacorum fines potentius invadere, aut etiam Regum nostrorum conatus impedire, & ut adjunctus socius, vel adversus, grande momentum rebus afferre possit: nullum est dubium, quin Domus Austriaca validum Principem arctiori amicitia, ac fœdere sibi devincire velit, ut regna semper ferro, flammisq; exposita à tam potente hoste tuta reddat, ipsiusq; tela in suos adversarios vibret, ac detorqueat. Nec à vero quidquam abhorret, Cæsarem Catholicum, & afflicti Orbis Christiani caput tali modo crudeliter in propria membra desævire. Cum toti mundo constet quam graviter non ita pridem de clandestinis Ferdinandi cum Domo Ottomannica consiliis regni Bohemię status conquesti sint. Cui accedit quod ante paucos menses fama percrebuit, etiã Hispanorum Regem hactenus de sanctitate sua, & acerrimo contra infideles odio magnifica jactare solitum, cum Musulmanis nunc in communis Evangelicæ rei exitium tractare, pacemq; emendicare. Quod eo credibilius est, quo gentis Ibericæ usu probatum axioma clarius innotuit: Nihil turpe, si conservandę dominationi conducat, Imperiique molem sustentet. Præterquam quod Pontificiis Principibus alias solemne sit, ut in extrema necessitate paganorum auxilium prompte admodũ implorent, quod Arragones, & Sforzas, & alios fecisse liquido cõstat. unde in primis necessarium est, ut emolumenta, quæ ex inito cum Turcis fœdere ad Austriacam Domum redundant; accuratæ ponderemus, & tam publici discriminis magnitudinem metiri, quam periculi nostri causas investigare non prætermittamus. Nam apud peritos rerum extra dubiũ est,

pace

pace inter Cæsarem, & Ottomannicam gentem stabilita, Vngariam, utramque Austriam, Carinthiam, Stiriam, Carniolam, Bohemiam, item Moraviam, & Silesiam semper tutas, ac pacatos; simulq; bello in regnis nostris accedendo fomitem, alendo materiam fore, cum è contra turbato statu ipsa Vienna, cor, ac sedes Cæsaris parum secura, & magna auri copia ingens militum numerus, ac omnis consiliorum; actionumque vix contra Turcas vertenda, & proprio Austriacorum patrimonio hostis adeo potens, & immanis arcendus sit. ut prætereamus, quod Musulmanorum gens Romano imperio, cæterisq; Regibus, & Principibus tot horrendis factionib' divisis præstare non valeat, præsertim, si fato permittente, Austriaci nobiscum aliquando infeliciter pugnarent, & appropinquante tam diuturnæ dominationis periodo, finem, ac interritum familiæ suæ ante oculos haberent, & sic in desperationẽ acti, ruinæ suæ toti' Orbis Christiani exitio parentare velint. Qua ipsa rabie Hũgariæ regnum majori ex parte amissum, & Trapezundini Imperii magnitudo tandem postrata. Accedit ad hęc, quod prudenter animadvertendum pacta confœderatione cũ Domo Ottomannica inclytæ unionis fædus, ex parte concessum iri. dubio enim procul Veneta tunc Respub ab amicitia nostra abstinere, ac Serenissimum Transylvaniæ Principẽ ab hac conjunctione dehortari non intermittet, Hispanorum quoq; littora sua classe infestare desinet, maritimisq; viribus vos oppugnabit. Quibus omnibus accurate observatis nullum aliud tanti mali remedium esse sua serenitas putat, quam ut Austriacos consilii celeritate præveniamus, eosque, qui in Porta Ottomannica ad clavum rerum sedent, quammaxime nobis addictos reddamus. & sic fœdᵒ, quo adversarii partibᵒ nostris exitiũ intentare student, legitimo modo præoccupemus ac in propriam ipsorum

psorum perniciem vertamus. Et licet bello Asiatico hoc tempore Turcam occupatum esse negari non possit; attamen iis viribus, quas in Europam educere consuevit, minime est exhaustus sed munerosæ ab ipso in Europa copiæ domi relictæ; ita ut sufficientes vires in campum educere quam comodissime possit. Inprimis cum Tartarorum gens numerosa, quæ ad minimum centum millia equitum efficere potest, ipsius auspicia sequatur, & una cum Rege circa mare hoc etiam tempore excubet. Fœdus igitur amplectendum, non ut in viscera nostra aliorum ferro ipsi crudeles simus, sed quo alienas fraudes promptius celeriusq; confundamus, eo hac ratione parto consilio severitate, publicis cervicibus imminens exitium prudenter, & fortiter amoliamur cum inprimis occasione data hostium voluntas certa, nostrum periculum grave, & modus tam sevos conatus impediendi expeditus sit. & posito, quod domus Austriaca, quę anteactis temporibus sub imagine pietatis, & fama belli Turcici Germaniam gravissimis exactionibus crebro divexerat, & posthabita Christiani nominis reverentia, aucto terrore infidelium patriam exhaurire non erubuit, hoc fœdere ficta potius sanctitate, aliisq; de causis, voluntate, abstinuit. præter ipsam tamen necessitatem, infinitæ sunt rationes, illæq; piæ, & sanctæ, ob quas confœderati, omnibus modis annuere debent, ut certo pacto, seu fœdere Ottomannicum Imperatorem, solemni etiam adhoc missa Legatione, partibus suis obligare possint. Hic enim quo potētior, & cęteris vicinior, eo magis hosti formidabilior futurus erit, & maximum commodū huic nostro fœderi accedet. verum præ manibus opus est, & omni conatu agendum, ut quanto citius Legatio talis decernatur, quam tantam apud Turcicum Imperatorem auctoritatem & pondus habituram, suæ Serenissima Celsitudo promittit; ut certo sperandum

randum sit eum facile in hoc fœdus consensurum, in quem finem Serenitas Legatum esset expeditura. & quoniam hoc negotium tanti momenti esse animadvertit, ut absq; maximo Reip. incommodo, & rerum agendarum impedimento prætermitti nequaquam debeat, intermittere etiam Serenissima sua Celsit. non potuit, quin certum hominem ad Budensem Præfectũ transmitteret, per quem voluntatem ejus in hac re tentaret, & pro captu illorum hominum rationes bellis illi inculcaret, qui in dies rediturus erat, quod si nunc sua Serenitas de confœderatorum hac in re voluntate certior fieri posset; idem etiam Constantinopoli apud præcipuum Aulæ Turcicæ hoc tempore moderatorem, per fidos homines, quam commodissime actura esset, ut hoc pacto, & consilia explorata habere, & volũtates etiam eorum in tempore præparare, & disponere posset. atq; ita negotium hoc optatũ finem sortiturum minime dubitandũ esse, sua Serenitas putat; dummodo confœderati tam salubri, & præsentissimo consilio aures, voluntatesq; præbere non dedignentur. interim tamen in se hoc præsenti negotio suæ Serenitatis ope uti cõfæderati desiderant, ante omnia inceptũ fœdus ad finem perducatur, tabulæq;, quibus & sua Serenitas directe comprehendatur, quanto citius conficiantur, & erigantur. hæc afflicta Resp. & periculum cum exigat, tum Sereniss. sua Celsitudo, propter ingentem locorum distantiam, itinerũque pericula, quæ forsan ulteriorẽ Legatorũ expeditionem impedire possent, valde rogat. secũdo, cum hæc in Imperio bella, statumq; totius rei altius secum Serenissima Celsitudo perpenderit; & quid magis utile, & hosti majoris incommodi esse possit, secum consideraret, longa rerum istarum experientia edocta, cõsultissimum certissimumq; esse judicat, ut ubi præcipua belli causa eo etiã omnis vis trãsferatur. quãdiu enim in lon-

in longinquioribus à Serenitate sua region bus, & in ipsis Romani Imp. visceribus bellum alatur, non tam Cæsari noceri, quam intentioni ejus, ut scilicet omnes Imperii Principes, ac uniti funditus intereant, inservizi, palam ac manifestũ esse. quid enim bella illa proxime hisce annis in Imperio Romano gesta effecerint? quid tanti sumptus expensi valuerint? quid deniq; tot fortissimarum gentiũ auxilia profecerint? ipsam experientiam docere, pulcherrimas civ tates, opulenta oppida & florentissimas omniumq; Imperii provinciarum ditissimas regiones expilatas, dirutas incendio, flammisq; consumptas & cõfectas esse, Principum, & Statuũ plurimos eo angustiarum, & miseriarum redactos, ut fere familiari vix jam quotidiani sumptus supe sint, & ita qui rem communem adjuvate debebant, ipsi auxilio egeant, cęteros, sua quęq; privata majori ex parte prosequendo, remq; in longum trahi animadvertentes; ad continuanda, & pręstanda auxilia languescere. Ad hæc, cum loca pleraq; & ditiones in Imperio ab hostib⁹ occupatæ, valid ssimisq; copiis munitæ sint: Duces etiam expertissimi, & longa militia in Imperio inveterati, multi benevoli, & Cęsareis partib⁹ addicti minime desint; haud facile factu esse videtur, ut absque majori virium conatu inde expelli, dejiciq; possint, quãdiu pręsertim domi illis vires pacatæ, & subsidia supersint. illud igitur pręomnibus agendum, & ut majorem, faciliorem que exitum sortiatur, necessarium sua Serenitas ex stimat, ut quantocius copiæ aliquæ educantur, atque ipsum bellũ in visceribus hostium geri aggrediatur. quod eo etiam cõmod us, utiliusq; futurum putat, cum isti populi maxime op essi, & om ssa omni libertate indignissimis modis hactenus tractati fuerint, visis justis copiis, statim res novas mol ri, & gravissimum jugum excutere incipient, modo miles ab exercenda in eos insolentia contineatur. &

tur. & hoc pacto ex voluntariis iis, qui causæ nostræ favent, exercitum, copiasq; nostras augeri, majorem belli molem transferri. & hostes maxime consternari, viribusq; destitui videbimus. in Imperio autem, Statibus, & Principibus spiritum resumendi, vires recolligendi, & sese cum fructu, & effectu aliquo fœderi conjungendi spatium dabitur. Accedit huc, quod inter Sereniss. suam Celsitudinem, & cæteros confœderatos amplæ regiones hostium Imperio subjectę interjaceant. vires autem distractæ, & alterius auxilio destitutæ periculo, & incommodis haud careant. quare & hic subveniendũ, in primis vero cum istarum gentium vires, omnisq; militia in equitatu consistant; & peditatu, cui non uti hæ nationes student, destituantur. in hac autem conjunctione, & expeditione ejusmodi peditum phalanges sua Serenitas admodum necesse habet; ita si huic communi negotio in auxilium venire debet; omnino eo laborandum erit, ut exercitus aliquis justus propius istis regionibus admoveatur, quo equitatui suo robur Germanorum peditum adjungere, illiusq; præsidio omnia aggredi, & effectum illum, quem optamus, consequi sua Serenissima Celsitudo possit. & quamquam in hunc finem à Serenissimo Daniæ Rege, pro temporis, & exercitus ejus statu copias obtinuerim, quæ sub Generalis Mansfeldii, & Principis Ioañ sErnesti Saxon æ Ducis ductu, & regimine eo viam ingressæ sint: attamen an numerus istarũ, vel ad fallendum hostem, vel ad penetrandũ aptus, dies docebit. interim iteratis vicinibus ad Serenissimam suam Celsitudinem à me perscriptum, ut ille 20. mensis Iulii in Silesia adventum ejus Serenitatis præstolantibus occurrat. itaq; admodum submisse rogare, ut ne ulla cunctatione sua discrimen, vel periculum hisce rebus objici possit; properare dignaretur, fidemq; meã reddere, cæterisq; etiã conditionibus postulatis satisfacere.

Quod cum nunc Serenitatem suam summo etia cum suo periculo, & incommodo nequaquam neglecturum sciam, ita eo magis etiam mihi so licitandū, & inclytis confœderatis annitendu erit, ne frustra hoc tantum iter suscipiat, & an tempus absq; ulloReipub.fructu se hosti proda & si tam parva manu per hostes vadere non po sit, validiore ut prorumpant, cum etiam, ut su exercitibus hostium copiis, terra, marique se op ponant, atq; in eo pro viribus laborent, ne à te go in istas regiones destinatum exercitum ag gredi, & ab incepto revocare possent. utque it hostes pluribus validissimarum gentium, poten tissimorumq; Orbis Christiani Regum, & Prin cipum viribus distracti, in unum suas conferre nequaquā poterunt. Serenissima etiam sua Ce sit. postea quam omnia ita constituta animadve tet, majori alacritate conatus suos promovere suscipiet. Tertio, cum regiones suæ Serenitat pecuniis, & belli sumptibus nō adeo nunc abun dent, ut tanto exercitui alendo per se suffician sua Serenitas etiam fere quinquennis belli sum ptus sola, omnium auxiliis destituta sustinueri ut hac ratione ærarium ejus magna ex parte de fecerit, fateri cogitur, sibi de necessaria ad ho bellum pecunia minime provisum. Itaque subs diū aliquod à confœderatis, nempe 40. millium talerorum Imperial. singulis mensibus, durant bello ut sibi præstetur, petere coactam esse. quo non ita magnum, vel multum cuiquam vider posse putat, si consideraverit, quod ad minus 40 millia Hungarorum militum, modo tuto ho bellum susciperet sua Serenitas, vellet conscribe re & continuo alere. Regiones enim istæ cum ab hisce satis remotæ, & undequaque hostibus & malevolis sint cinctæ, ex iis in persona cum ipso exercitus flore exire, illumque per tot ini micorum locorum spatia, invias vias, per aspe ros, & angustos aditus in hostile solum deducere

Ra-

statum, patriamq; post tergum militaribus hominibus nudatā relinquere opinione sane gravius esse, quis non videt? Itaq; ea media necessario exquiri debent, quibus illarū regionū indemnitati consuli, & ex illis publice omniū utilitati occurri possit. Quod alia ratione fieri non potest, quā ut sua Serenitas præter dictū exercitum, cum quo ipsamet ire contendit, tres alios haud minores finium custodiendorum gratia constituat, illosq; circa Cassoviā partim contra Polonū, partim in inferiori Hungaria contra Generalatū novæ arcis Archiepiscopalis & Hungaros circa Tyrnaviam, partim contra Cæsareanos Viennenses disponat. ex quibus facile quisquis dijudicare poterit, quāto milite opus habeat, quosq; sumptus ultra petitū subsidiū facere sua Serenitas debeat. verum id nulli magnum videbitur, si comodum, & fructum, quem ex hac suæ Serenitatis confœderatione uniti, & Reipublicæ Christianæ, sibi promittere possunt maximum, certissimumque; quis secum ponderaverit. Nemo enim hac tempestate propter locorū Regionumq; situm, infinitasq; alias commoditates, majores vires, & robur sua Serenitate (pace aliorum dixerim) habet ad mortale Domui Austriæ infligendum vulnus. ut taceam prudentiam, animi magnitudinem, alacritatem, notissimumque illius, & summum rei communis studium, ut hinc spes non possit esse nisi certa magni alicujus boni. Cum autem absq; sumptibus nihil ardui, & in bellis præsertim effici possit, rogat sua Serenissima Celsit. ut de his ipsi provideatur. & cum propter maximam locorum distantiam, ita comode singulis mensibus transmissio illa, sive solutio fieri non possit; ne ab ejus defectu periculum aliquod incurrere, & irrecuperabile damnū pati necesse sit confœderatos; peramice rogat, ut trimestre stipendium, hoc est, 120. millia talerorum per cambium in urbe Alba Græca, vel Constantino-

poli deponantur, quæ per Oratores, & Legatos Christianorum Regum, & Rerumpub. ordinarie ibi residentes absque ullo defectu persolvantur, & tunc mihi ratione hujus trimestris cambii litteras assignare dignentur. Hæc nisi fiant, tum propter ipsam pecuniæ inopiam tum propter rationes supradictas; parum, vel nihil Serenissimam suam Celsitudinem facere posse existimandum est.

Cum itaq;, ex hisce, Illustrissimi, ac præpotentes confœderati Belgii Ordines, Serenissimi Principis mei consilium, mens, & promptum, ac singulare Remp. juvandi studium, æquissimæq; cōditiones appareant; Serenissimus etiam, ac Potentissimus Daniæ Rex nihil quicquā salutarius hoc consilio suscipi posse existimet, quam ut pro cōmuni causa conjunctio quanto citius perficiatur, cæteri invitentur. Itaque quicquid hac ratione in communis rei, labentisq; Christianæ Reipub. commodum, & emolumentum cum Serenissima sua Celsit. vel qui confœderati tractaturi, conclusurique sint, ei acquieturam, ac ratum habituram, pro certo habeo. quantum etiam ad Legationem ad portam Ottomannicam mittendam à cæteris minime se separaturum sub sigillo regio promisit, cæterasque etiam conditiones, quoad suam Serenissimam Regiæ Majestatis personam attinet, quantum fieri potest adimplere studebit, ut Illustrissimi DD. Ordines ex litteris Regiis videre possunt. Nullū igitur est dubium, quin & vos, inclytę hujus Belgarum Reipub. Status pro summo vestro in rem communem zelo, & singulari, totique Orbi cognita prudentia, tam amice, & prompte pro communi Orbis Christiani salute, & libertate (cum & vestram conjunctam scitis) se, suaque offerenti Principi satisfieri ut possit, omni spe sitis annixuri; & hac concepta spe vestram convenientem, amicamque animi promptitudinem expectat, Illustrissimi, ac

præ-

præpotentes confœderati Belgii Ordines, vos interim officiose colens Gabriel Bethlemus.

Hæc oratio cum coram Ordinibus Holland æ Hagæ Comitis recitata placuisset, cæteris confœderatorum Legatis adhuc Hagæ subsistentibus communicata fuit.mox collatione instituta, certa summa Norimbergæ pro Bethlemo fuit destinata, legationem vero pro tunc visum fuit per Ordinarios Angliæ, Galliæ, Batavorum, aliorumque Constantinopoli residentes supplere, donec vel major necessitas, vel evidentior utilitas, singulorum aliquam Legationem requireret. *Legato supplctur.*

Placebat omnibus, quod jam Mansfeldius itineri accinctus, indictam diem servare statuisset in Silesia, ne frustra Bethlemus ad excipiendum socium accederet. quare etiam Legatum festinatis itineribus redire voluerunt, quo singularis omnium intentio, & constantissima mens Bethlemo innotesceret. Mansfeldius etiam non expectato reditu Legati, assumpto socio itineris, & expeditionis Ioanne Ernesto Duce Saxoniæ Vinariensi, loco Fuchsii Magistri equitum (cum quo non satis Mansfeldio conveniebat) iter ingressus est versus Silesiam, numerans sub suis signis viginti mille milites, inter quos erat Palatinus à Birckenfelt cum mille equitibus, & pleriq; exules Bohemiæ, ac Moraviæ, ad restitutionem patriæ anhelantes, quibus Rotembergā perductis, & constituta, attributaque cuilibet duorum dierū annona, magni itineris biduum fuit indictū, cum spe ulterioris quietis peracto triduo obtinendæ. illo itaq; biduo miles fere viginti milliaria conficiens, Grossensem Ducatum, qui limitaneus, & feudum est Silesiæ, fœliciter attigit, eumque vacuum invenit. Nam Wallesteinius, cum iter Mansfeldii in Silesiam percepisset, Tribunum Pechmannum cum tribus fere millibus equitibus submiserat: sed is modicis itineri- *Mansfeldius in Silesiam proficiscitur.*

bus incedens à Mansfeldio præventus fuit; & cum postea, maxime in locorũ angustiis, eos potuisset deprehendere, peditatu destitutus, itinerantibus locũ cedere debuit. Ad primum motum Mansfeldii, vel conceptũ, vel intellectũ vicani in Austria superiori se moverunt; & cum acrius ad Religionem cogerentur, obedientiæ jugum excusserunt; primum in posteriori parte, quæ Bohemiam spectat, qui octo mille simul incedentes, arces obvias invaserunt. Præfectos captivarunt, & arma undiq; collegerunt. Danubium deinde transeuntes, eam partẽ, quæ Passavio proxima est, ad similẽ rebellionẽ provocarunt, & nobiles quosdam ad sumenda arma pro defensione patriæ, quã dicebant tot decretis, tot exactionib', & imperiis contaminatam, adegerunt. Præfectus ditionis Comes ab Herberstorf; ut insanientes rusticos vidit, adjuncto sibi carnifice, è primaria urbe Lintziaca egressus est cum aliquali militia urbis præsidio destinata, sed vix non deprehensus insidiis, in urbem profligatus rediit; moxque tanto facinore audaciores, cæteras fere arces omnes, minora oppida, & limitaneas domus occuparunt; Welsium, Stiram, Lambachiacum vi adhibita statim sui juris fecerunt; frustra Cæsare de vi facta, & injuria illata protestante per quatuor è Consiliariis Entzium ac Lenzium destinatos, ut turbatam patriam solarent: quos vicani ex Cremphaniensi Monasterio paulo ante invaso venientes interceperunt, & Eberbegam, ac postea Stiram abduxerunt.

Rebellio Rusticorum in Austria.

Conatus Gubernatoris.

Mirabilis certe erat ubiq; rerum facies, quando nec Cæsaris Legati à furore populi sese eximere potuerunt. inter cæteros legatos erat Rev. D. Ignatius, Abbas Vallis liliorum, qui non parvum vitæ discrimen adiit, quando accusatus de fortunis Iergeri coemptis, rationem sui ambitus reddere, & vitam facundissimis verbis deprecari coactus fuit. Sacri Ordinis interim aliqui cæsi fue-

Legati Cæsaris captivantur.

fuerunt à vicanis, Præfecti nobilium profligati, primarii Ordines abducti, & tota colluvies rusticorum contis, fustibus, hastis, bipennibus, aliisq; novi generis instrument s armata, multa tormenta majora ex diversis arcibus nobilium, in usum belli futuri, collegit.

Credebatur esse inter illos, multos equestris, & militaris ordinis viros; nam uno fere tenore barba rasi, & ad certã normã capillos inflexerant, multisq; pullam vestem injecerant. certum est, quod primo rebellionis mense transitus omnes munierint, Danubii ostia occluserint, & viatores quoscunq; ad bellandum, aptos armaverint, tanta disciplina, ut non rustici, sed milites exercitati viderentur. summum Præfectum sibi delegerunt Stephanum Feidingher illinc oriundũ, opificio pileariũ, qui in Abbatia præcipua Cremphaniensi subsistens, ibidem sibi Pretorium constituerat, & cubicula quondam Cæsaris, Matthiæ hospitio destinata inhabitavit, seque jam Cæsarem arbitrabatur, id nonnunquam se decere gloriatus. *Disciplina rusticorum.* *Ducem creant.*

Cum Cæsar Delegatos submisisset, ipsi, detentis illis, sex alios non è suis, sed ex vicinia exoratos, Viennam ad Cæsarem miserunt ut gravamina deferrent, & pœnitentiã à Cæsare extorquerent. querebantur enim, Gubernatorẽ provinciæ " reformationem exercitii Religionis instituisse, " & verbi Divini ministros (sic suos blaterones appellabant) al osq; Evangelicos è provincia exegisse, pro defunctorũ suorum corporibus tumulandis magnas è Catholicis summas fuisse exactas, ejectis è provincia gravissimas exactiones fuisse impositas, multos è subditis ob Religionis Augustanæ Confessionẽ fuisse dimissos, & metuendum, ne positis armis plures dimitterentur. provinciã menstruis exactionibus fuisse gravatam; milites præsidiarios excursionibus provinciam gravasse. jumenta abduxisse, & pecunias quamplurimas imperasse. hinc per submissos Legatos " *Querela rusticorum plerumque falsa.*

volebant, quantocius sibi Augustanæ Confessionis Pastores, & scholarum præfectos resti tui; milites è provincia abduci; nullos alios submitti; exactiones menstruas tolli; atque seditionis factæ indulgentiam non fucatam, sed seriam tàm à Bavariæ Duce, quam à Cæsare, data desuper cautione omnibus, publicari. Quibus obtentis, in omnibus, & legitimis casibus Cæsareæ Majestati se subjectissimos ad extremum vitæ spiritum permansuros promittebant, alioquin extrema minabantur. Quæ ut optimo ordine ab omnibus studiose peragerentur, ad defensionem suæ provinciæ, regionem omnem in quatuor partes diviserunt; & indicto Generali Conventu in singulis partibus contra vicinos Stirios, Bavaros, Bohemos, & Austriacos inferiores loca Congregationis, numerum accurrentium, arma, signa, & modum præscripserunt; neque jam sua provincia contenti, in inferiori Austria exploratores, & subdolos instigatores habuerunt, qui plebem contra dominos ac Magistratus incitarent.

Facies Austria miserabilis.

In gravissimis interim versabamur periculis; expectabatur in Silesia Mansfeldius; armabat suos Transylvanos Bethlemus; pruriebant ad arma Vngari otiosi; & in ipsa Austria inferiori parum securi vivebamus; Cæsar arma plebe's, ac rusticis non audebat imperare, metu ne & ipsi deficerent; militem omnẽ habebat in inferiori Saxonia; miles in provincia reliquus à longo tempore non exercitus, neq; in tanto numero, ut præsidiis sufficeret: nam & Turcæ sua præsidia auxerant, ac propediem cum Bethlemo dicebantur limitibus suis egressuri. in Bohemia etiam, & in vicina Moravia trepidabatur magna Magistratus cura, ne vicani exacerbati ob comminatam, & nonnullis in locis rigidius inceptam reformationem Religionis, sumptis armis, deficerent. ut non semel, modo juxta Kutten-

Bohemia turbata.

ber-

bergam, modo ad Litomeritium, & in valle Ioachimi, quæ Saxoniam respicit, ceptum fuerat; quibus in locis seditio pullulabat, quæ alibi abscondita latebat, & alibi æstuabat.

Decreta Cæsaris. Inter has angustias Cæsar rursus ad preces cõversus, divina auxilia imploraturus, habita diligenti cura civitatis Viennensis, & Neostadiensis, vigilias oculatas Vngaris fidelibus præcepit. in Austria inferiori rigidis decretis conventicula rusticorũ interdixit. vias omnes à milite patrio, cui Catholici Ordines sub Marischalco Austriæ viritim imperaverant, observari voluit; maxime ne ambulones, aut externi vicani internis miscerentur; moxque, missis aliquot turmis equitum, aliquot è seditiosis rusticis Viennam perduci curavit; quos catenis innexos, cæteris ad exemplum, fossis urbis inclusos, operibus oneravit, mortique non ita post addicendos sparsit. quorum exemplo cæteri vicani in officio satis retenti sunt. Bohemiam compescuit miles præsidiarius Pragensis; cives Pilsnenses, Crumlovienses, Budvicenses, Regiogregenses, & alii, qui jam plerique ad Catholicam Religionem provecti, saltem vigilantes Magistratus obtinuerunt: maxime tamen proceres Catholici, ante biennium arcibus impositi, prudenti cura rusticorum sævitiam temperarunt.

Expugnatur Minda. Interim fæliciora nuntia ex inferiori Saxonia advenerunt, ubi Tillius civitatem Mindensem ad Weseram jam pridem obsidione cinctam, ac fortiter resistentem non sine strage suorum in tribus castris obstinate mœnia oppugnantium invaserat, trucidatis fere omnibus, qua civibus, qua militibus, nullo modo deditionem facientibus; ita ut tota area civitatis corporibus mortuis oppleta fuerit, quæ postea plaustris vicinorum sepulturæ transmissa sunt. Cæsaris etiam exercitus sub Wallesteinio juxta Magdeburgum excubans, habito prius mitiori Magdeburgen-

sium respōso, quod caduceator Cæsareus solemni habitu, cum duodecim æneatoribus urbem ingressus, Cæsarisque mandata publicans, à Magistratu, & civibus exceperat; in Brandenburgensem ditionem se movere cœpit, ut ibidem si quæ insidiæ laterent, quibus vel Bethlemi, vel Regis Daniæ expeditiones promoveri possent; detegerentur, & impedirentur. Harū autem copiarum intuitu Elector Brandenburgicus misit è suis, qui Cæsaris exercitum hospitio exciperent, & vim deprecarentur cum certa verbali, atque scri-
» pturali cautione, se in fide Cæsaris permansu-
» rum. quod ut magis Cæsar crederet, hactenus
» dilatum assensum ad promotionem Electoratus Ducis Bavariæ, tunc perlibenter submisit, seque in omnibus Cæsari cum Electore Saxoniæ pariturum sancte promisit. Hinc tanto securius Wallesteinius legiones peditum, proficiscentem Mansfeldium subsequentes, dimisit; quæ eundem in Silesia detinerent, & equitibus adjunctæ in formam exercitus, illam provinciam tuerentur. verum serius illæ appulerunt; nam Mansfeldius Vratislaviam transierat, imparatumque Pechmannum dum peditatu careret, quamvis non sine amissione multorum, eluserat. In qua expeditione multi non parum fidem Vratislaviensium, aliorumque Silesiorum plus Mansfeldio, quam Cæsari addictorum desiderarunt, quæ si constantior ergaCæsaris obsequium fuisset; solis sclopetariis patriæ evocatis, neque Mansfeldium admisissent, neque Cæsaris equitatum tam turpiter deseruissent. rependit tamen propitii affectus mercedem ipse Mansfeldius, qui passim minores urbes, & oppida devastavit. In urbe Gurensi erant abundantes nundinæ, eas Mansfeldius cum suo milite frequentare voluit; sed civibus, & mercatoribus, de quorum fortuna agebatur, acriter se defendentibus; & inter cæteros duos equitum præfectos occidentibus, vehe-

Tyrannis Mansfeldii.

vehementior impressio facta fuit, urbs vero expugnationem verita, de lytro 30000 florenorum convenit, eoque persoluto, nedum deprædationem evasit. simili casu perculsa fuit Gloggovia, Suinnitzium, Oppavia, & fere universa Silesia; quem initio facillime præcavere potuissent, si grassantibus se opposuissent.

Obsidebat interim Tillius, castigata jam Mindensi, civitatem Gottingam, perductis ad illam oppugnandã viginti duobus tormentis bellicis, vineis, vallo, & munimentis ad urbem usq; erectis; è quibus nonnunquam per præsidia erumpentia ejectus fuit, magna utriusq; partis occisione; quam tamen Tillius tormentorum explosione fortiter vindicavit; ac tandem deditionẽ impetravit, ea conditione; ut milites, & Duces cum expansis signis urbe egrederentur, salvis impedimentis, modo illa cum fortunis civium non permiscerentur, neque transfugæ inter alios occultarentur, hos enim Tillius puniendos deposcit. Daniæ interim Rex, ut obsessos liberaret, Wolfenbuttelo movens viginti millia circumduxit, Fuchsii turmas expectans; quæ circa Calembergam illius loci obsidionẽ frustra attentaverant, sed ante illius adventũ jam Gottingenses præsidiarii deserto loco alia stativa quæsiverant, & Tillius de Northeimiensi obsidione deliberans; illi quidem sufficiens videbatur, sed Regis Daniæ copias multo numerosiores non parum verebatur, maxime eo tempore, quo Wallesteinius totum suum exercitum, exceptis octo millibus, qui in præsidiis Halberstadiensium, & Magdeburgensium remanserant, duplici via in Silesiam deduxerat, illius enim exercitus pars ex Brandenburgensi Marchia, pars vero Zervesto directe in Bohemiam, ut faciliorem annonã inveniren, & Bohemiã tuerentur; incesserat; non tam propter Mansfeldianos, quam propter Austriacos rebelles, de quibus jam fama erat, quod

Obsessio Gottinga.

Rex Daniæ cum exercitu.

Tres legiones Wallest. in Bohemiam mittuntur.

Mansfeldium per Moraviam aditu patefacto expectarent; quodque in illius occursum summo impetu contenderent. neq; omnino vanus fuerat rumor. nam Regis Dan æ Legati nonnulli in Austriâ profecti, prensationibus & assiduis concionibus eosdem ad seditionem continuandam animaverant, ut rejectis conditionibus Cæsarem indesinenter oppugnarent.

Dudum ergo in bivio Mansfeldius in Silesia, & apud Tescinium erecto vallo hærens stetit; expectaturus occursum Bethlemi promissum, sed illo dilato, de fide illius dubitans, plura munimenta erexit, & non semel de invadenda Moravia, attingendaque Austria consilium habuit. verum insequentes copiæ & collaterales in Bohemiam delatæ, metum injicientes, illum ab hujusmodi invasionibus continuerunt; sicque diutius tergiversantem Moravia, & Silesia ingratum hospitem magno onere sustinuit.

Suecus Polonos affligit. Ne Polonia Silesiis, aut Cæsari succurreret, eodem tempore Suecus ex composito Polonis ad Dantiscum bellum intulit, & Bethlemus per Poloniam in Silesiam irruere decrevit; ut medius inter Mansfeldium, & Suecum Polonos occuparet, factoq; impetu in Bohemiam, Palatinũ ditionibus deperditis restitueret. quæ consilia non multo post, intercepto Legato, à Cæsareis intellecta ac præpedita longe alĩâ mentem Bethlemo ingesserunt; eumq; in Vngaria detinuerunt. Rustici interea in sua Austria occupabantur in obsidione Linziana, summo ardore, ac numero triginta octo milliũ obsidentium aliquandiu continuata, ubi jam Præfectus illorum glande plumbea interfectus obierat, & loco illius sutorem quendam Achatium Wellingherũ substituerant, *Obsidio Linziana.* sicq; obsidionem usq; ad trigesimum mensis Augusti protraxerant, obsessosque quotidianis oppugnationibus exercuerant, & fere extrema penuria laborantes expugnaverant. cives tue-

batur

batur Adamus ab Herberdorf, ad quos, uti ad Ordines cōminatorias litteras dederant rebelles rustici, minitantes, quod nisi infra paucos dies designatos oppidum traderent; ferro, & igne omnes consumpturi essent, quod verentes ii, qui ex Ordinibus in urbe erant, Gubernatori supplicarunt, ut conditionibus ageret, & suæ, suorumque vitæ consuleret. verum Gubernator majori, quam unquam an mo, obsidionem sustinere cogitans; Ordines omnes in arce asservavit, & nisi obsidentes desisterent ab oppugnatione, illos primo loco ad excipiendos hostiles ictus exponere promisit. ex ade strategemate quodam, per navem commeatus aliqualis in urbem delatus fuit; & Loebelius cum aliquot equitum turmis rusticos prope Entzium stativa habentes aggressus, magna virtute 900. occidit, duodecim millibus fuga dilapsis, tantoque terrore ex hac clade correptis ut Ducis sui imperium aspernari, & domum suam redire velle viderentur. verum ab alia parte Danubii Freystadii occupatio illos adhuc continuit; illic enim mortuo Præfecto urbis Catholico, hæretici conspirantes proditore quodam lanione; rusticos ad urbem admiserunt. ut vero se à direptione servarent, singulis fenestris hæreticorum, insciis Catholicis, linteum candidum apposuerunt, atque ita furorem evaserunt. urbis Magistratus custodiæ traditus fuit. duo Sodales Cappucinorum arctæ custodiæ mancipati sunt. unus illorū naso mutilatus, & in stabulum ferinum rejectus. Consul vero oppidi spoliata domo interfectus, & arx Comitis Elfridii Meggavii supellectile privata, Ecclesiaque pretiosioribus omnibus denudata fuit.

Strategema Halberstadii.

Freystadium occupatur.

Daniæ interim Rex contra Tillium Northeimium obsidentem proficiscens, primo per Fuchsium aliquot loca Halberstadiensis ditionis recuperaverat, qui Fuchsius postea in Præfecturā Hotenslevem, arcem Schlaen, Sommersburgum, & in

Fuchsius recuperat loca Halberstadiensium.

in plures similes admissus, Regi se conjunxerat. Tillius vero adhuc Northeimiensem oppugnationem admittens, aliquot legiones Comiti de Furstemberg, non procul à Calembergo periculum patienti, submisit, jussitque Dominum de Four, & Ervittium cum octo equitũ turmis suis, decemq; aliis cataphractorum, quas Schonburgicus ducebat, subsequi. sed Dani virtuti suæ diffidentes, pedibus salutem crediderunt: fugientes tamen in ultimas turmas Cronenbergicas inciderunt, à quibus dum premerentur, supervenientes reliquæ phalanges præter militum Tribunum Feyttagium, sex præfectos, & octingentos equites peremerunt, cæteri in arcem Guelphorum (quæ Wolfenbuttela dicitur) devenerunt.

Caduntur Danica copiæ.

Præsagium fuit hæc victoria longe majoris eodem mense successuræ. de qua antequam scribamus, libet Mansfeldium prius in Vngariam deducere. post longã enim deliberationem, in qua non parum de fide Bethlemi non comparentis, ut addixerat, dubitans; cum dudũ Teschii securus hæsisset, inter Marckam, & Wagam munitionibus inclusus; jamque aliquot legiones Cæsareæ Pechmanni, Isolani, & Comitis Zerinii sese non procul ab illius copiis addidissent, moxque expectarentur copiæ Wallesteinii cum toto exercitu; ut nullus amplius dubitaret, quin ipse undique conclusus deberet vel fame interire, vel proficuis Cæsari conditionibus sese cum suis dedere; obtento ab Eliashaszio Comite, nunquam Cæsari satis fideli, etiam tunc & patriæ suæ infido, ad Trenschinium saltum Vngaricum aditu, dolose nunc pacem fingens, nunc Silesiam repetere se velle simulans; una nocte, strato ponte, per Wagensem fluvium ad montem, & sylvam, quæ Vngariam à Moravia separat, festinatis itineribus contendit. ne vero Cæsarei nihil minus cogitantes illius vestigia sequerentur, ponti ignem injecit, & eo tem-

Mansfeldius in Vngariam.

Mansfeldius deiicit

tempore, quo illi sibi de lignis, ad transducendum exercitum, providebant; jam montes attigerat: in quibus delitescens, mox sylvam, per quam transierat, occlusit; ibidemq; donec venirent Bethlemica & Turcica auxilia, quorum opera è manibus Vngarorum eripi debebat, vires reparavit; semper de loco, per quem Vngariam intraverat sollicitus, ut per eundem Silesiam repeteret. in quem finem ibidem in præsidiis decem millia reliquerat, facultatemq; plures, quę in dies cōcessa liberiori præda se offerebant; copias scribendi suis Legatis mandaverat; qui paulo post Ratiboriam, & Oppellium invaserunt, ut spoliis aliquot principatuum ditescerent. quare cum Silesiæ Gubernator publico edicto auxiliares rusticos patrios evocasset, illi talibus hospitibus delectati obsequium detrectarunt, & potius Mansfeldianis, quam Cæsareanis iterum adhærere voluerunt. *& incendit pontem.*

Tillius interim liberatis copiis ad Calemburgum, dum Rex Daniæ destructas colligeret, prope arcem Guelphorum & Duderstadium Northeimum obsidere cœpit. at priusquam instructū esset vallum, & admota tormenta, ad securiora loca recedere debuit, ob adventū Regis, qui urbem ab obsidione liberavit, illamq; instrumentis bellicis, & annona necessaria munivit, postea in Eisfeldium, quod Electoris Moguntini ditione comprehenditur, suum exercitum deduxit, ut in Turingiam Electoris Saxonici, & in alias ditiones Principum, Cæsari fidelium, deveniret, mox tamen illius itineris deliberationem revocans, & Duderstadiū retrocedens in Brunsvicensem ditionem regressus est. Tillius autem evocatis copiis Cæsareis, ad illius subsidium relictis, legionibus scilicet equitum Saxonicorum de Four, Husmani, & sex turmis Croatorum; legionibus insuper peditū duabus, quæ simul octo millib' cōstabat; Regis Daniæ vestigia est insequut' triduo, *Tillius versus Northeimium proficiscitur.*

poste-

posteriora agmina, & nonnunquam per emissarios lateralia attentans, at ille fugienti similis semel ad Seesensem vicum consistens; sed loco diffisus rursus recedens, & collem quendam parvulum, & vallem transiens; tandem prælii aleam expectare decrevit juxta montes Barenbergenses, non procul à munito castro Litterensi. ibi commodum locum sistendi pedē nactum se ratus, dum ab una parte montes, ab alia rivulum, & spongiosam terram invenisset; suos in aciem disposuit, tormenta bellica in editiore loco collocavit; ibidemq; horis aliquot quievit. Tilli' vero eo ordine, quo pridie aciem disposuerat, subsequutus: non procul inde suos ad pugnandum animavit. sed adhuc longius distabat uterque exercitus, quam ut possent sese invicem offendere, nihilominus Rex confisus loci commoditate, post meridiem paululū montes deserens contra Tillium aciem instruxit. at ille ad aliquot passus procedens; pariter instructa acie occurrentē excepit, dubia certe victoria, quę initio post tormētorum explosionem aliquandiu ad partes Regis inclinavit, nam adeo fortem impressionem equitatus Danicus fecerat, ut secundo Tilliani retrocedere coacti sint, penes spongiosum quendam locum consistentes, hic cum ulterius non possent, ex necessitate vim fecerunt, & reintegrata fortuna nonnihil ad dexteram declinantes, in leviores alas equitum inciderunt, quæ retrocedentes proximos hostiles ordines turbarunt, quod cum vidissent pedites legionis Lohosanæ, Lindlavii, & Kasiii, statim stationē sibi concreditam rupto ordine deseruerunt; & perfugiū in arce Lutherensi invenerunt. alii etiam ex strepitu fugientiū conterriti, partim in sylvis, partim in abditis locis latibulum quæsierunt; ita ut pedites fere omnes vel occisi, vel dispersi, equites quāplurimi in loco cōflictus occubuerint, inter quos Generalis equitum Magister Fuchsius, tribunus

Pugna ad Lutram.

Turbantur Ordines

nus Bersabeç, Penzius, Philippus, Landgravii Hassiæ filius, & totius exercitus annonæ Præfectus Pogwiz. captivi facti sunt tribuni septem cum Capitaneis viginti, & Capitaneorum Legatis necnon vexilliferis sexaginta; quorum nonnulli sese ipsos cum arce Lutherana vita pacti dediderunt; alii vulnerati, & inter præliandum capti, victas manus præbuerunt. Rex inter pugnandum penes ultimos ordines visus est consistere, diciturq; ter equum mutasse, bis pugnam restituisse, atq; ad sudorem, & raucedinem usq; fortiter dimicasse; cum paucis tamen evasit versus arcem Guelphonis, ubi minus gratus Vlrico Frederico Duci Brunsvicensi aliquandiu delituit, ac postmodum in ditionem Lavvenburgensem, ut vicinior suæ Holsatiæ contendit.

Alia loca à Tillio occupantur.

Post tantam victoriam Tillius statim victorem exercitum transmittens Northeimium, Duderstadium, Pintzium, Gulzeasium, & ad alia loca, à consternatis absque gravioribus pactis facillime obtinuit.

Mansfeldius tunc temporis hęrens inter montana Vngariæ, Bethlemi, & Turcarum copias pro sui liberatione habuit: nam Bethlemus ter mille equites sub ductu fratris sui, & Stephani Charuvotti transmisit; & Turca, Christianis impeditis, præter mille hastatos submissos, spretis conditionib' pacis ante annum pactis, Neutriam cum suo districtu, accensis viginti circiter pagis, depopulatus, Damassum invasit, & Novigradum obsedit. verum vix obsidione posita wallesteinius, cui occlusum fuerat iter Sylvarum, aliunde in Vngariam penetrans, & illuc contendens, relicto tantisper Mansfeldio in locis montanis, periclitantem civitatem liberavit. Illa liberata, Turcarum copiæ se Bethlemicis conjunxerunt. wallesteinius autem infęciliore quam unquam forte, cum maximo exercitu militans, non solum à Turcis, Bethlemicis, & Mansfeldianis, verum etiam

Novigradum obsidet Turca.

Wallesteinii infortunia.

etiam ab Vngaris Cæsari addictis, sibi cavere c
actus fuit. etenim illi militem externum exo
si non fuerit sub illorum imperio, neque suffi
entem annonam subministrare, neque suis c
piis milites Cæsareos tueri, nec satis patient
pabulatores ferre voluerunt. Hinc Wallestein
supervenit alius casus captivitatis sui Legati G
neralis Slickii, & Laurenti de Magistris Tribun
aliorumq; quos exploratum hostium molitio
ne emiserat; cum idoneos Vngaros, quibus po
tuisset confidere, non haberet. ex quo nata e
diffidentia, & tanta quidem; ut Vngari nullun
locum, ubi Wallesteinius esset; vellent frequen
tare, nec ipsius copiis sed adjungere, propter
ex inedia, locorumq; inidoneorũ angustia or
fuit in exercitu Wallesteiniano summa militu
infirmitas ad instar cõtagionis, qua gregarii pl
rique turmatim castra deseruerunt, vel mort
comsumptiq; fuerunt. paulo minor fuit conf
sio in castris Bethlemi, & Mansfeldi; hic eni
civitates montanas deserere noluit præ timor
ille vero quamvis Turcis unitis, ita ad præsent
am Wallesteinii trepidavit, ut non procul ab e
ercitu Cæsareo consistens cũ æqualibus, aut m
joribus copiis, inducias unius noctis deprecat
sit; illisq; obtentis, imo inter ipsa commercia r
lictis impedimentis evasit; neque unquam am
plius se illi ausus est concredere.

Militum infirmitas.

Metus Bethlemi.

Cum rusticis tractatur.

Rustici superioris Austriæ nonnihil placat
Postquam Lintzii parum effecerunt, & plusqu
quatuor millia ex suis perdiderunt, Delegatos
Cęsare ad reconciliationem D. Abbatum Chrem
phaniensem, & Comitem Elfridum à Mecka
præstantissimos viros, itidemque prudentissimo
petierunt, eosque, (quibus plurimum confide
bant, quia integras suas fortunas inter illos ha
bebant) quasi minus suspectos adulto jam Septe
» bre audire voluerunt. sed nihil dissimulationi
» in Religione obtinentes, rursus ad antiquam se

diti

ditionem desperabundi , quamvis jam semel convenissent, & culpam suam deprecari voluissent, redierunt, quod inconstantię vitium, multi in rusticos, plures in Bavaricos, & longe plures in Cæsareos milites, servitiores ipso tempore pacifici cõmercii, conjecerunt. Nam cum rustici per destinatos suos ad diem reconciliationis coram præfatis Commissariis convenissent, obtulissentq; se domum ad labores redituros, ac Cæsari duodecim ex suis in habitu pœnitentis, fune ad collum ligato destinaturos; essentq; in eo parati, ut cæteris ęqualia ista pacta referrent: Bavarici milites, supra Passavium excubantes, & legio Holsteiniana à Suevicis partibus recenter conscripta, à metatoribus hospitium prope Haverzzellam Neokirckii habens, more militari liberiores genio, crapulæ, ac clamoribus prima nocte indulsere. quare rustici inde fugati, sociorum operam invocantes, eorumq; auxiliis aucti, sub crepusculum venientes milites inermes, semisopitos, nudos, adhuc in palea extensos invenerunt; eosq; fere omnes, ablatis paratioribus, occiderunt. pauci una cum Duce omnem suam supellectilem deferente, beneficio aliquot navigiorum, quib' pridie venerant, quæq; tunc à littore subduxerant, vitam redemerunt. rustici vero, ut sese apud alios de violentia militibus illata excusarent, insolentiam, libidinem, & crudelitatem militibus istis adscripserunt, istaque omnia dolo Cęsareorum de pace tractantium, atque interim patriam occupantium, facta fuisse interpretati sunt. alii tamen obstinationi rusticorum, minima victoria obtenta sævientium, & facillime pacem corrumpentium, irritam pacem attribuerunt. Non deerant etiam qui Bavaris, magis ad hanc expeditionem belli, quam ad pacem anhelantibus, bellorũ ulteriorum decursum adscriberet: scilicet dudũ Bavariæ Electoré potuisse vicanos istos compescere, si modo voluisset sine privato

Cæduntur Holsteinians à rusticis.

Excusantse rustici.

vato commodo operam suam huic expeditioni impendere. cur autem hoc vicino Cęsari præstare voluisset, facilius erat conjicere, quàm referre. huic obmurmurationi dederat causã Hellebotgerus Tribunus; nam obtulerat Cæsari nomine Electoris novam Austriæ recuperationem, si Cæsareis sumptibus, pristino credito adjungendis, eam facere potuisset. hoc cum Cæsar noluisset ne Austria perpetuo pignori subjaceret; culpa omnis in Legatum, & male intellectum mandatũ conjecta fuit. Bavariæ vero Elector postea, ut se purgaret, suumq; candidum ostenderet animũ, nonnullas copias, Cæsaris tamen stipendio, Cæsareis conjunxit, & serio rusticorum seditiones, Cæsarisq; jura copiosiori quam unquam, effuso rusticorum sangvine fęliciter vindicavit. Initium fecit Hubner⁹, & Mauritius Smeltzerius ad montem Succari, ubi ducentos rusticos prostraverunt; sed mox octo mille accurentes ipsum Tribunum Hubnerum cum octingentis Bavaricis castigarũt, inter quos octo fuere Capitanei, quos rursus Lindlous fortiore eruptione punivit.

Bavariæ Ducis excusatio.

Danus recuperat vires.

Fælicius etiam in inferiori Saxonia post eam insignem victoriam ad Lutram res Cæsaris gerebantur; nam Danus difficulter novum militem, ut instauraret exercitum, & repararet amissum bellatoris nomen, colligebat; quamvis multum Lavvenburgi, & in ditione Mechelburgensi liberaliter aliquot mensium stipendia inter suos dividens, laboraret, non parum illum solatus est Hallensis administrator, qui ut alias infœlicem Mansfeldii fortunam, sic nunc casum Regis suis copiis sex mille peditum, & mille equitum auxit, novas ad Hamburgum, & Lubecam im favorem ejusdem conscribens. è contra ei summe displicuit, quod Ordines, & equites Brunsvicenses una cum Brunsvicensi, ac Luneburgensi Ducibus coram Tillio, fidem & obsequium ipsius ejurassent, & in posterum semper Cæsari adhærere, eumq; defen-

Brunsvicensis Dux cum Ordinibus rever-

defendere, eiq; in omnibus parere decrevissent sub pœnis amissionis honoris, dignitatis, beneficiorum, & regalium si vel in minimo Suam Majestatem deinceps offenderent, ideoq; jussissent Brunsvicenses, ac Luneburgenses, ut ille suas copias à ditionibus præfatorum Ducum revocaret. quapropter Rex Vlricum Fredericum, Brunsvicensem Ducem non solum ab illa sententia dehortatus est, verum etiam militare sacramentũ, alias ab ipso præsidiariis datũ, solvere noluit; imo illum à Wolfenbuttelio, & è propriis locis repellens totum Brunsvicensem Ducatum occupavit. facilius tamen Tillius in occupatione locorum, reconsiliata regione, processit. quare paulo post Steinbruckium, munitissimum alioquin munimentum, post sex dierum oppugnationem, deditione impetravit; cæterumque Luneburgensis ditionis absque gravi cura possedit. Hinc etiam natum fuit Georgii Ducis Luneburgensis obsequium, quod post hunc d em apertissime, cum integra legione suis impendiis conscripta, Cæsari non minus liberaliter, quam constantissime impendit.

titur ad obsequium Cæsaris.

Luneburgensis Dux pro Cæsare militat.

Similem pœnitentiam Cæsar paulo ante impetraverat à Georgio Landgravio Hassiæ, Mauritii filio hactenus seditioso, & nolente parere sententiæ, ante Biennium datæ in favorem Ludovici patruelis præfati Mauritii, quoad restitutionem Marpurgensis ditionis, quam executores sententiæ Cæsareæ sub initium Augusti proxime præteriti, per subdelegates conati fuerant executioni demandare; sed renitentes aliquot præfectos invenerant, præcipue Reinfelsianæ arcis, qui pertinaciter arcem tradere recusaverat. Quare Electoris Coloniensis milites partim à Tillio, partim à Rege Hispaniæ mutuati S. Goarini oppidum è regione arcis obsederant; ac postea actis cuniculis, explosisq; ignitis globis, cum nullam amplius haberent spem liberationis obses-

Exequutio contra Landgravium.

si, i-

si, ipsam arcem certis pactis dediderant, illo tempore, quo Ludovicus Landgravius homo Lutheranus, sed pacificus, & Cæsari fidelis Princeps è vivis decessit, pariterq; Elector Moguntinus Ioannes Suicardus à Cronenburg, qui septuagesimo quinto suæ ætatis anno, & vigesimo tertio Electoratus, magno omnium luctu expiravit Aschaffenburgi, cuj⁹ opera plures similes controversiæ frequenter in Imperio fuerant compositæ; eo quod Electorum omnium senior, & dignitate officii Archicancellarii, & ingenio, comitate, necnon prudentia etiam à Lutheranis Principibus appretiata, omnibus antecelleret. quare postea in multis occasionibus desiderata est, maxime in restauratione disciplinæ Ecclesiasticæ, quæ multis in locis frequentissima fuit.

Obitus Electoris Moguntini.

Fructus victoria ad Lutram.

Parta enim victoria postrema contra Danum, & exterrito Bethlemo, omnes Imperii Principes paulatim sese submiserunt, & Imperator in restitutionem Religionis Catholicæ propensissimus » post superatos inferioris Saxoniæ Regulos, ad » causam Religionis contra transactionem Passaviensem perperam defendentes, quasi à longo » somno excitatus, animum adjecit, atque ad to- » tam Germaniam ad initam quondam pacem » Religionis conducendam, quasi liberat⁹ magno » metu, quo hactenus tam ipse, quam ipsius ante- » cessores Cęsares coacti fuerant, dum bellum effugere satagebant, in longe gravissimis causis dissimulare; liberalissimum in sententiis fractæ pacis se ostendit; ad instantiam enim Episcopi Augustani non multo post victoriam mandavit Comiti Ludovico de Oetinga, ut possessionem Monasterii de Munserott, dudum ab illo possessi, cũ omnibus emolumentis, clenodiis, paramentis, parata pecunia, universaq; supellectile Catholica prompte restitueret, sub pœna proscriptionis. insuper ad instantiam Episcopi Constantiensis decretum edixit contra Magistratum Vlmensem ad com-

Diversa præcepta Cæsaris contra fractam pacem.

ad comparendum, & videndũ, illos incidisse in pœnam fractæ pacis cum expresso præcepto, ut desisteret ab omni regimine Ecclesiarum, Monasteriorum, ac piarum fundationum; cui annexa fuit sententia condemnationis quinquaginta marcas auri ob recenter impeditum sacramentorum usum oppidanis Monasterii de Vangen, quos non tantum ob Catholicæ Religionis habitum exercitium, à celebratione festorum, ab erigendis scholis, sed à fundanda Catholicis propria sepultura, temerarie excluserant. Immo Cæsar ulterius procedens, Comiti à Suartzenburg restaurationem Catholicæ Religionis optanti, mandatum liberrime concessit contra tutores Marchionis Onolsbacẽsis vicini & in aliquot locis coheredis, ne reformationem impedirent, sed in omnibus, & per omnia pacẽ Germaniæ Passavii initam ad unguem observarent. contra Norimbergenses plura similia decreta instante Episcopo Bambergensi, & Eystadiensi prolata sunt, ut jam ubique nova spes restituendæ Religionis appareret, quam anno sequenti omnes Protestantes summe se vereri demonstrarunt.

Hanc Catholicę Religionis restauratione͂, non amplius bello; sed callida versutia corrumpere, & illius splendori tenebras offundere ingenti summa pecuniæ Ordines Sueviæ; bonis Ecclesiasticis usurpatis, nisi sunt; quando non solum proficiscenti Wallesteinio Norimbergã; aliquot centena millia talerorum numerarunt, sed Cæsari ingentem summam pecuniæ contra irrumpentes Turcas submiserunt. sed dolus recidit in dolosos; nam hic via semel aperta in Germania, non fuit Cæsari amplius opᵒ celebrare periculosa non minus, quam sumptuosa Comitia, in quibus semper cogi solebat ab Ordinibus Germanię magna concessione privilegiorum, atque imminutione propriæ auctoritatis subsidia etiam justissima ignavo quodã stylo emẽdicare, sed postea potuit:

Dolus in Protestantium liberalitate.

potuit solis mandatis papyraceis exactiones impetrare, & imperare. Quare cum Cæsar hac pecunia ad opprimendos Protestantes, & Turcas repellendos libere uteretur; neque mandatis contra Principes possidentes bona Ecclesiæ desisteret; in tantũ augeri cœpit sua auctoritas, & fortuna, ut etiam apud amicissimos aliquos Germaniæ Principes invidiam subiverit; fuerintque qui fœdus quondam solemne inter Catholicos Germanos, & cęteros Principes ad continendam fortunam Domus Austriacæ voverint; & ad illud in effectum deducendum, nonnullos Reges sollicitarint. hoc fœdus, multaque alia contra Cæsarem machinamenta præpedivit recens exorta inter Anglos, & Gallos diffidentia ob Reginam Angliæ, quæ ante annum nupserat, & nondum

Invidia nonnullorum.

„ integram dotem à fratre Rege Galliæ obtinu-
„ erat, quæq; in matrimonio male habebatur à
„ marito Cathol cam Religionem in regno minus toleante atq; ideo familiam Cathol cam Reginæ inter pacta sponsalia concessam dimittente; cui accessit comerciorum quædã difficultas, primum inter primates exorta; deinde ad publicum utriusque regni bonum derivata. quam ut sopirent Galli, frequenter Anglis scripserunt; & cum nihil benigne responderetur, jure suo naves mercatorum sexaginta in Galliæ portubus detinuerunt. quam injuriam ut Rex Angliæ vindicaret; pari violentia naves omnes Gallorum non solum in suis portubus sisti, sed etiam alias Oceano excurrentes in Angliam deduci præcepit. quæ cum rursus à Gallis repeterentur, semina belli jacta sunt domi, ita ut externorum vel oblivìscerentur, vel minus in illa inclinarent, multasque invidias Principum præterire deberent.

His invidiis dissimulatis, Cæsar in reducendis ad officium vicanis Austriacis progressus est, in quem finem copias Bohemiæ existentes evocavit; & Præinerũ cum Loebelio, aliasq; Wallesteinii ex

nii ex Vngaria mutuatas conduxit. quòd ne solus faceret, Bavariæ Dux (summa etiam dissimulatione alterius cogitati fœderis) Pappenheimium suum cum octo millibus submisit. qui sub fine Octobris, unitis viribus rusticos aggressi; tribus præliis prostraverunt; uno tamen maxime insigni ad S Annæ montē, in quo ter mille occubuerunt, cæteri postea separatim Cæsaris clementiam implorarunt. Primi, qui socios deseruere, atque ideo mitius à Cæsare habiti sunt, fuerunt Cremphaniensis Cœnobii subditi, qui durius habiti à rusticis sociis, ad pristinos dominos suspirabant. contra illos postea rebelles rustici quidē arma moverunt; sed à Cæsareis adjuti fortiter eos repulerunt, cum paulo ante iidem milites à pœnitentibus rusticis in Languesol catenam ferream, qua Danubium occluserant, violenter extorsissent, & resistentes rusticos in quatuor navibus congestos Viennam misissent. quos Cæsar partim ad operas Viennenses, partim vero ad Iauriensem, & Commorensem arcem condemnavit. interim Loebeliani milites Monasterium Lambacense recuperarunt, & in illa expugnatione plusquam septingentos rusticos occiderunt. cæteri vero quatuor mille certis munimentis defensi, eadem deserentes, Gemundum fugerunt, ac rursus in Pappenheimianos inciderunt; ita ut tandem illis seditionem pertæsis, duæ partes Austriæ sese omnino Cæsaris clementiæ submiserint; quamvis aliæ, quæ Passavium, & Bavariam attingunt, adhuc fortiter restiterint.

Rustici superantur.

Lambacense monasterium recuperatur.

Interim vigesima Octobris Moguntiæ novi Electoris electio à capitularibus, qui aderant, solemni ritu celebrata fuit, & communi consensu D. Georgius Fredericus antiquissimæ, nobilissimæq; prosapiæ Greiffenclavvensis, à Voltatz, qui jam Episcopus Wormaciensis erat, in Archiepiscopum Moguntinū, & S.R.I. Electorem electus

fuit, atq; à Capituli Decano e Sikingorum familia, è Choro templi Cathedralis renunciatus, & post factam promulgationem Altari impositus, symphoniacis Te Deum laudamus concinentibus, & toto Capitulo, Nuntio Apostolico Petro Aloysio Carafa Episcopo Tricaricensi, & Cæsareis Legatis ipsi gratulantibus, ex templo in arcem, quæ S. Martini Castellum appellatur, curru vectus, atq; eleganti ordine deductus fuit, vespere artificiosis ignibus, aliisque id generis ludis concepta è nova electione gaudia declarata sunt.

In Moravia, licet inimico & amico milite, propter crudelitatē in incolas exercitā impediente,
„ crevit tamen Religio, tanquā semen hominum
„ animis commixtum: etenim Cæsar me sugge-
„ rente plurima mandavit, ut Religio Catholica in
„ dicto Marchionatu æternum admitteretur. nam duobus dominiis assignatis, domus probationis Societatis Iesu Brunæ erecta est, & Collegium Olomucense lectione Scholasti æ Theologiæ ornatum pariter, magnificentia optimi Imperatoris mirabiliter locupletatum, Collegium Znoymæ & Collegium Iglaviæ, utrumque quasi firmamen, & stabilimen Catholicæ Religionis. habitat enim in illis Societas Iesu, magistra morum, hæresum vindex, vitiorum expultrix, præceptrix virtutis, juventutis nutrix. Præter Seminarium Olomucense in iisdem civitatibus Olomutii, Brunæ, & Iglaviæ, fuerunt à C. M. destinatæ domus, in quibus adolescentes pauperes alerentur, nimirum etiam in illis aliquid, quale prisca illa sæcula v derunt & etiam nostra ætate desideramus, credimus evasurum. Znoymæ monasterium Patrum Cappucinorum inceptum fuit ædificari, eorumdem Olomutii templum, & monasterium funditus dejectum, funditus reædificatum. ita etiā Nicolsburgi Patribus Franciscanis, ad ædificia restauranda numerata pecunia; Carthusianis, & Præmonstratensibus circa Brunam mul-

multum opis allatum est: sicut & aliis Religiosis in aliis civitatibus. uno verbo, Ferdinandus Imperator tanquam sol omnibus illuxit, nec fuit qui se absconderet à calore ejus.

*Proficiebatur interim à Cæsaris hostibus in Silesia; illi n. quos Mansfeldius ibi reliquerat, Opelium, Troppaviam, & Iagendorfium Teschium occupantes, libero transitu se in Vngariã extenderunt. Missi fuerunt adversus illos præter legionem à Dona, & legionẽ Colredi, & Henrici Hertebii, ac septemdecim turmas equitum, quatuor mille Poloni Cosacci qui prima velitatione vano timore correpti, scissis turmis evaserunt, Cæsarisq; militem in non leve periculũ conjecerunt. nam hoste passim totam Silesiam devastante, & jam Nissensi civitati inhiante, vix erat qui tot illius copiis posset resistere, nisi Saxoniæ Dux Silesia miseratus, quatuor mille sclopetarios sub Comite Wolfgango Mansfeldio illarum Copiarum præfecto submisisset; quorũ deinde opera & Donavii non parum excursiones repressæ sunt: obsidiones tamen ob ingruentem hyemem in proximam æstatem differri debuerunt; nam quamprimum illi Vinarienses, seu Mansfeldici locum aliquem occupabant taliter eum muniebant aggesta terra ad normam recentissimæ disciplinæ, ut non nisi integro exercitu esset expugnandus. sic munita fuit Troppavia, Leipsnizium, Iagendorfium, & alia loca, quæ non nisi sequenti anno cum integro exercitu fuerunt expugnata.

Proficiunt Vinariensis Ducis milites in Silesia.

Saxoniæ Ducis auxilia.

Fæliciter in eo erat nonnihil Vngaria, in qua quamvis Cæsaris miles morbo gravatus miserrime viveret, ac nõ infrequenter turmatim diffugeret; tamen Mansfeldius, & Vinariensis non audebant civitatibus montanis egredi, ne vel in Ducis Fridlandii, vel in Vngarorum manus inciderent. qui duo exercitus distincti Cæsari militantes, si conjunctis animis, & integris virib⁹ hostem oppugnassent, Turcã in conspectu Bethle-

Incommoda Cæsarei exercitus in Vngaria.

mi, & Mansfeldii Constantinopolim usque prosi gassent. Obfuit itaq; non solum militum gravissima contagio, sed dissidium inter Vngaros, & Germanos longe maximum, propter quod Vngari libertati assueti, illiusque amantes, & verentes Turcicum bellum, cui perpetuo deberent subesse, non semel pugnam detrectarunt, commeatum Wallesteiniano militi denegarunt, & si occasio fuisset, Wallesteiniana castra invasissent. è contrario Wallesteinius ne inedia interiret, obvia quæq; rapuit, & duritiem Vngarorum nonnunquam castigavit, & ne gravior esset, à Cæsare ex Austria panis, ac vini commeatum secundo navigio impetravit, atque ita diutius inter hostes, infidos amicos, frigora, pluvias, morbos, pericula, & mille incommoditates ad stuporem omnium diutius perstitit.

Dissidia hostium.

Verum est, quod similes etiam dissensiones castra hostium detinuerunt, neque enim Mansfeldio bene conveniebat cum Vinariensi, nec illi multū fidebat Bethlemus, multo minus Turcæ, nam quilibet rem suam agens, socio diffidebat. Displicebat Bethlemo, & Mansfeldio, quod Turcæ Vngariæ vim inferebant. Turcis, quod non amplius Transylvaniæ, dominus ipsis confideret; & utrisque, quod Mansfeldius, ac Vinariensis, non amplius ipsis sincera fide adhæreret, imo inter Mansfeldium, & Vinariensem certa diffidentia, instigante Bethlemo (ut ab evocatis liberaretur) exorta; non parvum utrisque metum injiciebat, quæ jam Mansfeldium ad infirmitatem cogeret, & Vinariensem ad omnia minus aptum redderet. illi enim miles conductus difficulter parebat sine stipendio, & rapinarū libertate. quæ duo militi in solo externo à rigidioribus Vngaris non permittebantur. quare nec è civitatibus montanis migrare, nec pugnare volentes ad rediū aspirabant; quem tamen Vinariensis Dux denegabat, nisi à Bethlemo stipendia penderen-

Bethlemus dicebatur causa dissidionis.

derentur. Inter hæc adolescente hyeme Turcæ aliquoties à Comite Zerinio graviter castigati, inter se ipsos à Duce suo dissentientes, incensis aliquot pagis, & abductis captivis elapsi sunt, miles Cæsareus in præsidium Scuttanæ insulæ multis calamitatibus afflictus deductus est; & Bethlemus in suam Transilvaniam recessit. imo tam Mansfeldios quam Turcas pertæsus, pacem exoptans, nequis de mente ejus dubitaret, longe meliores conditiones obtulit, quam unquam obtulerat. Mansfeldius interim ad turmas Vngaricas curandas delatus. Budæ partim Turcas partim milites suos in hæredes impedimentorum scripsit. in quo pessimo statu salutis (prout mihi ex Vngaria tunc temporis fuit scriptum) convenit illum Moffti Budensis, qui est ibidem supremus Machumettanæ sectæ Antistes, & consolatus est eum, deferendo illi cartam Turcicis literis scriptam in forma (prout vulgo dicitur) passaportus ad Machumettum, ut introduceret illum in Cœlum, quamvis non esset Musulmanus, ob multa merita ipsius in sectam Machumettanam. res riducula, sed certe lacrymabilis pro homine Christiano.

Pax offertur à Bethlemo.

Daniæ Rex paulo ante Mansfeldium, & Vinariensem etiam consolatus fuerat; scripseratq; se copias suas restaurasse, & novam expeditionem moliri, ad quam non parum, ut inquiebat, prodesse poterant Silesiæ, & Vngaricæ copiæ, si Cæsar ibidem detineretur, vinceretur, vel ad iniquas aliquas conditiones, etiam Saxonicos complectentes, adigeretur. Quod de restauratis copiis scripsit, ita fuit; Hollandi enim, Angli, & Galli sub fine æstatis octo mille submiserant pedites, ex quibus filius ipsius Regis ex Holsatia, & Dania quinque mille transmiserat; qui una cum copiis pseudoadministratoris Hallensis statim post victoriam conjunctis, exercitum quindecim millium efficiebant, cum quo Rex Hoyam

Danus de Silesiis solicitus

oppugnare decreverat. nec hoc difficile erat:
tribunum Limbachium adhuc in vicinia N
burgum bene præsidiatum oppidum retiner
eidē cum sexcentis expeditis conjunxerat. q
decimo quarto die Rex oppidum Hoyensi
Expugnatur Hoyensi castrum. pugnavit. ubi non leve periculum adiit, sclo
in sinistro humero petitus. filius autem ip
duobus in locis vulneratus in Holsatiam de
tari debuit. Obsidere nitebatur etiam tunc
Ferdam cum pluribus adjacentibus locis, qua
spe devoraverat, ut videretur adhuc ante h
mem magnam partem ditionis Ferdensis, &
piscopatus Mindensis recuperaturus. verum
lius quatuor legionibus ex Hassia jam in hyb
deductis, evocatis; strenuam operam in illo
ciendo præstitit. quare Rex mox spe sua fru
tus, suas copias in Bremensi Archidiœcesi hy
naturas dimisit; & Tillius cum suis Neobur
obsedit, & Cæsarei Vinariensem ditione
invaserunt, ut illam præsidiis munirent. ve
paulo post eo ex Vngaria Ducis cadaver dep
tum est.

Magdeburgensium dissidia. Graviter illo tempore torquebantur Ma
burgenses Ecclesiastici, inter se sumopere d
in tres seu quatuor factiones; Catholici qui
paucissimi, sed Lutherani partim, partim fer
tiores Calvinistæ & inter hos nonnulli Adm
strato i addicti, alii vero minus illius causæ
cti, optime judicabant illum magna injuria
sarem prosequi. quare quo tuti redderentur
lebratis Hallæ Comitiis dudum de ipsius a
contra Cæsarem assumptis deliberarunt. &
noluit respicere, fidei pseudoarchiepiscopo
renuntiarunt; deinde publice ipsius obsequ
detractarunt, & Cæsareos, aut omnino neu
se declararunt. Altera diffidii causa orta
tam inter Canonicos, quam inter Magis
D. Norberti [lip]sana eiusana. tuum Ordines, ob sacra Lipsana D. Norberti
chiepiscopi Magdeburgensis, & Ordinis
m

monstratensis fundatoris, quæ inibi anno Domini M C X L V. recondita vilipendebantur, atque nunc ab Ordine Præmonstratensi, per Abbatem Pragensis urbis Strohofiensem Cæsareis litteris instructum repetebantur. In illarum concessionem non pauci è Senatu, plures è Canonic's consentiebant; nam & Lutherani libenter illis ossibus carebant, & Catholici majorem honorem D. Norberto non invidebant. Qui ex plebe rogabantur, nonnulli hæretici oppressionem urbis subsequuturam, si talibus ossibus privarentur, conjiciebant, illudque adhuc traditione spargi ferebant. sed his inanibus plerique graviores, & iniquiores hæretici ridebant, & potius metuebant, ne ex tali concessione Catholicorũ alibi superstitiosa, ut loquebantur, & stulta pietas augeretur; atque ideo scrupulose ossa ista abscondenda, aut igni tradenda judicabant. Terrebat omnes (ne hoc agerent) Cæsaris gla- « dius, & in proximo miles, qui sævam vindictam « minitabatur, ni precibus Cæsareis locus daretur, & sacra lipsana integre consignarentur. neq; enim (ut bene Magistratus plebejos corrigebat) ad ullum spectabat, leges Catholicis præscribere, quomodo Sanctos suos venerari deberent; solũ ad illos spectabat commodo suę urbis providere, quod per amissionem paucorum ossium, sordidæq; pellis in pulverem redactæ nihil pateretur. itaque illa vicit sententia, quæ lipsana tradenda sentiebat. ad sacrum ergo sepulchrum invitatus, & tertio evocatus Abbas, 3. Decembris comparuit; à sodalibus tamen loci, hæreticis prædicantibus inquam, (nam illis monasterium Sanctæ Mariæ, ubi sacratissimæ reliquiæ servabantur, jam pridem cesserat) libenter admissus est. verebantur enim isti phseudoadministratoris minas, quas postea Magistratus civicus in se suscepit. Destinatis igitur duobus, qui adessent, Abbas Strohoviensis, D. Casparus à Questemberg,

Disceptatio de illorum [illegible] missione.

si, ipsam arcem certis pactis dediderant, illo tempore, quo Ludovicus Landgravius homo Lutheranus, sed pacificus, & Cæsari fidelis Princeps è vivis decessit, pariterq; Elector Moguntinus Ioannes Suicardus à Cronenburg, qui septuagesimo quinto suæ ætatis anno, & vigesimo tertio Electoratus, magno omnium luctu expiravit Aschaffenburgi, cuj⁹ opera plures similes controversiæ frequenter in Imperio fuerant compositæ; eo quod Electorum omnium senior, & dignitate officii Archicancellarii, & ingenio, comitate, necnon prudentia etiam à Lutheranis Principibus appretiata, omnibus antecelleret. quare postea in multis occasionibus desiderata est, maxime in restauratione disciplinæ Ecclesiasticæ quæ multis in locis frequentissima fuit.

Obitus Electoris Moguntini.

Fructus victoria ad Lutram.

Parta enim victoria postrema contra Danum & exterrito Bethlemo, omnes Imperii Principes paulatim sese submiserunt, & Imperator in restitutionem Religionis Catholicæ propensissimus, post superatos inferioris Saxoniæ Regulos, ac causam Religionis contra transactionem Passaviensem perperam defendentes, quasi à longo somno excitatus, animum adjecit, atque ad totam Germaniam ad initam quondam pacem Religionis conducendam, quasi liberat⁹ magno metu, quo hactenus tam ipse, quam ipsius antecessores Cęsares coacti fuerant, dum bellum effugere satagebant, in longe gravissimis causis dissimulare; liberalissimum in sententiis fractæ pacis se ostendit; ad instantiam enim Episcopi Augustani non multo post victoriam mandavit Comiti Ludovico de Oetinga, ut possessionem Monasterii de Munserott, dudum ab illo possessi, cū omnibus emolumentis, clenodiis, paramentis, parata pecunia, universaq; supellectile Catholica prompte restitueret, sub pœna proscriptionis. insuper ad instantiam Episcopi Constantiensis decretum edixit contra Magistratum Vlmensem ad com-

Diversa præcepta Cæsaris contra fractam pacem.

ad comparendum, & videndũ, illos incidisse in pœnam fractæ pacis cum expresso præcepto, ut desisteret ab omni regimine Ecclesiarum, Monasteriorum, ac piarum fundationum; cui annexa fuit sententia condemnationis quinquaginta marcas auri ob recenter impeditum sacramentorum usum oppidanis Monasterii de Vangen, quos non tantum ob Catholicæ Religionis habitum exercitium, à celebratione festorum, ab erigendis scholis, sed à fundanda Catholicis propria sepultura, temerarie excluserant. Immo Cæsar ulterius procedens, Comiti à Suartzenburg restaurationem Catholicæ Religionis optanti, mandatum liberrime concessit contra tutores Marchionis Onolsbacẽsis vicini & in aliquot locis coheredis, ne reformationem impedirent, sed in omnibus, & per omnia pacẽ Germaniæ Passavii initam ad unguem observarent. contra Norimbergenses plura similia decreta instante Episcopo Bambergensi, & Eystadiensi prolata sunt, ut jam ubique nova spes restituendæ Religionis appareret, quam anno sequenti omnes Protestantes summe se vereri demonstrarunt.

Hanc Catholicę Religionis restaurationẽ, non amplius bello; sed callida versutia corrumpere, & illius splendori tenebras offundere ingenti summa pecuniæ Ordines Sueviæ; bonis Ecclesiasticis usurpatis, nisi sunt; quando non solum proficiscenti Wallesteinio Norimbergã; aliquot centena millia taleroꝝ numerarunt, sed Cæsari ingentem summam pecuniæ contra irrumpentes Turcas submiserunt. sed dolus recidit in dolosos; nam hic via semel aperta in Germania, non fuit Cæsari amplius op' celebrare periculosa non minus, quam sumptuosa Comitia, in quibus semper cogi solebat ab Ordinibus Germaniç magna concessione privilegiorum, atque imminutione propriæ auctoritatis subsidia etiam justissima ignavo quodã stylo emẽdicare, sed post ea *Dolus in Protestantium liberalitate.*

potuit.

potuit solis mandatis papyraceis exactiones im-
petrare, & imperare. Quare cum Cæsar hac pecu-
nia ad opprimendos Protestantes, & Turcas re-
pellendos libere uteretur; neque mandatis con-
tra Principes possidentes bona Ecclesiæ desiste-
ret; in tantũ augeri cœpit sua auctoritas, & for-
Invidia nonnullorum. tuna, ut etiam apud amicissimos aliquos Germa-
maniæ Principes invidiam subiverit; fuerintque
qui fœdus quondam solemne inter Catholicos
Germanos, & cęteros Principes ad continendam
fortunam Domus Austriacæ voverint; & ad illud
in effectum deducendum, nonnullos Reges sol-
licitarint. hoc fœdus, multaque alia contra Cæ-
sarem machinamenta præpedivit recens exorta
inter Anglos, & Gallos diffidentia ob Reginam
Angliæ, quæ ante annum nupserat, & nondum
„ integram dotem à fratre Rege Galliæ obtinu-
„ erat, quæq; in matrimonio male habebatur
„ marito Cathol cam Religionem in regno minus
tolerante atq; ideo familiam Cathol cam Regi-
næ inter pacta sponsalia concessam dimittente.
cui accessit comerciorum quædã difficultas, pri-
mum inter primates exorta; deinde ad publicum
utriusque regni bonum derivata. quam ut sop-
rent Galli, frequenter Anglis scripserunt; & cum
nihil benigne responderetur, jure suo naves mer-
catorum sexaginta in Galliæ portubus detinue-
runt. quam injuriam ut Rex Angliæ vindicaret,
pari violentia naves omnes Gallorum non so-
lum in suis portubus sisti, sed etiam alias Ocea-
no excurrentes in Angliam deduci præcepit. quæ
cum rursus à Gallis repeterentur, semina bel-
jacta sunt domi, ita ut externorum vel oblivisce-
rentur, vel minus in illa inclinarent, multasque
invidias Principum praeterire deberent.

His invidiis dissimulatis, Cæsar in reducendis
ad officium vicanis Austriacis progressus est, in
quem finem copias Bohemiæ existentes evoca-
.1628. vit; & Prainerũ cum Loebelio, aliasq; Wallestei-

nii ex Vngaria mutuatas conduxit. quòd ne solus faceret; Bavariæ Dux (summa etiam dissimulatione alterius cogitati fœderis) Pappenheimium suum cum octo millibus submisit. qui sub fine Octobris, unitis viribus rusticos aggressi, tribus præliis prostraverunt; uno tamen maxime insigni ad S. Annæ montē, in quo ter mille occubuerunt, cæteri postea separatim Cæsaris clementiam implorarunt. Primi, qui socios deseruere, atque ideo mitius à Cæsare habiti sunt, fuerunt Cremphaniensis Cœnobii subditi, qui durius habiti à rusticis sociis, ad pristinos dominos suspirabant. contra illos postea rebelles rustici quidē arma moverunt; sed à Cæsareis adjuti fortiter eos repulerunt, cum paulo ante iidem milites à pœnitentibus rusticis in Languesol catenam ferream, qua Danubium occluserant, violenter extorsissent, & resistentes rusticos in quatuor navibus congestos Viennam misissent. quos Cæsar partim ad operas Viennenses, partim vero ad Iauriensem, & Commorensem arcem condemnavit. interim Loebeliani milites Monasterium Lambacense recuperarunt, & in illa expugnatione plusquam septingentos rusticos occiderunt. cæteri vero quatuor mille certis munimentis defensi, eadem deserentes, Gemundum fugerunt, ac rursus in Pappenheimianos inciderunt; ita ut tandem illis seditionem pertæsis, duæ partes Austriæ sese omnino Cæsaris clementiæ submiserint; quamvis aliæ, quæ Passavium, & Bavariam attingunt, adhuc fortiter restiterint.

Rustici superantur.

Lambacense monasterium recuperatur.

Interim vigesima Octobris Moguntiæ novi Electoris electio à capitularibus, qui aderant, solemni ritu celebrata fuit, & communi consensu D. Georgius Fredericus antiquissimæ, nobilissimæq; prosapiæ Greiffenclavvensis, à Volratz, qui jam Episcopus wormaciensis erat, in Archiepiscopum Moguntinū, & S.R.I. Electorem electus

fuit, atq; à Capituli Decano è Sikingorum familia, è Choro templi Cathedralis renunciatus, & post factam promulgationem Altari impositus, symphoniacis Te Deum laudamus concinentibus, & toto Capitulo, Nuntio Apostolico Petro Aloysio Carafa Episcopo Tricaricensi, & Cæsareis Legatis ipsi gratulantibus, ex templo in arcem, quæ S. Martini Castellum appellatur, curru vectus, atq; eleganti ordine deductus fuit, vespere artificiosis ignibus, aliisque id generis ludis concepta è nova electione gaudia declarata sunt.

In Moravia, licet inimico & amico milite, propter crudelitatē in incolas exercitā, impediente,
» crevit tamen Religio, tanquā semen hominum
» animis commixtum: etenim Cæsar me sugge-
» rente plurima mandavit, ut Religio Catholica in
» dicto Marchionatu æternum admitteretur. nam duobus dominiis assignatis, domus probationis Societatis Iesu Brunæ erecta est, & Collegium Olomucense lectione Scholasticæ Theologiæ ornatum pariter, magnificentia optimi Imperatoris mirabiliter locupletatum, Collegium Znoymæ & Collegium Iglaviæ, utrumque quasi firmamen, & stabilimen Catholicæ Religionis. habitat enim in illis Societas Iesu, magistra morum, hæresum vindex, vitiorum expultrix, præceptrix virtutis, juventutis nutrix. Præter Seminarium Olomucense in iisdem civitatibus Olomutii, Brunæ, & Iglaviæ, fuerunt à C.M. destinatæ domus, in quibus adolescentes pauperes alerentur, nimirum etiam in illis aliquid, quale prisca illa sæcula viderunt & etiam nostra ætate desideramus, credimus evasurum. Znoymæ monasterium Patrum Cappucinorum inceptum fuit ædificari, eorumdem Olomutii templum, & monasterium funditus dejectum, funditus reædificatum. ita etiā Nicolsburgi Patribus Franciscanis, ad ædificia restauranda numerata pecunia; Carthusianis, & Præmonstratensibus circa Brunam mul-

multum opis allatum est: sicut & aliis Religiosis in aliis civitatibus. uno verbo, Ferdinandus Imperator tanquam sol omnibus illuxit, nec fuit qui se absconderet à calore ejus.

Proficiebatur interim à Cæsaris hostibus in Silesia; illi n. quos Mansfeldius ibi reliquerat, Opelium, Troppaviam, & Iagendorfium Teschium occupantes, libero transitu se in Vngariã extenderunt. Missi fuerunt adversus illos præter legionem à Dona, & legionẽ Colredi, & Henrici Hertebii, ac septemdecim turmas equitum, quatuor mille Poloni Cosacci qui prima velitatione vano timore correpti, scissis turmis evaserunt, Cæsarisq; militem in non leve periculũ conjecerunt. nam hoste passim totam Silesiam devastante, & jam Nissensi civitati inhiante, vix erat qui tot illius copiis posset resistere. nisi Saxoniæ Dux Silesia miseratus, quatuor mille sclopetarios sub Comite wolfgango Mansfeldio illarum Copiarum præfecto submisisset; quorũ deinde opera & Donavii non parum excursiones repressæ sunt: obsidiones tamen ob ingruentem hyemem in proximam æstatem differri debuerunt; nam quamprimum illi Vinarienses, seu Mansfeldici locum aliquem occupabant taliter eum muniebant aggesta terra ad normam recentissimæ disciplinæ, ut non nisi integro exercitu esset expugnandus. sic munita fuit Troppavia, i. e. prsni. zium, Iagendorfium, & alia loca, quæ non nisi sequenti anno cum integro exercitu fuerunt expugnata.

Proficiunt Vinarienses Ducis milites in Silesia.

Saxoniæ Ducis auxilia.

Fæliciter in eo erat nonnihil Vngaria, in qua quamvis Cæsaris miles morbo gravatus miserrime viveret, ac nõ infrequenter turmatim diffageret; tamen Mansfeldius, & Vinariensis non audebant civitatibus montanis egredi, ne vel in Ducis Fridlandii, vel in Vngarorum manus inciderent. qui duo exercitus distincti Cæsari militantes, si conjunctis animis, & integris virib⁹ hostem oppugnassent, Turcã in conspectu Bethle-

Incommoda Cæsarei exercitus in Vngaria.

mi, & Mansfeldii Constantinopolim usque pr
fligassent. Obfuit itaq; non solum militum gr
vissima contagio, sed dissidium inter Vngaros,
Germanos longe maximum, propter quod V
gari libertati assueti, illiusque amantes. & vere
tes Turcicum bellum, cui perpetuo debere
subesse, non semel pugnam detrectarunt, co
meatum Wallesteiniano militi denegarunt,
si occasio fuisset, Wallesteiniana castra invas
sent. è contrario Wallesteinius ne inedia inter
ret, obvia quæq; rapuit, & duritiem Vngaroru
nonnunquam castigavit, & ne gravior esset,
Cæsare ex Austria panis, ac vini commeatum
cundo navigio impetravit, atque ita diutius i
ter hostes, infidos amicos, frigora, pluvias, mo
bos, pericula, & mille incommoditates ad stup
rem omnium diutius perstitit.

Dissidia hostium. Verum est, quod similes etiam dissensio
castra hostium detinuerunt, neque enim Ma
feldio bene conveniebat cum Vinariensi, nec
multū fidebat Bethlemus, multo minus Turc
nam quilibet rem suam agens, socio diffideb
Displicebat Bethlemo, & Mansfeldio, quod T
cæ Vngar æ vim inferebant. Turcis, quod n
amplius Transylvaniæ, dominus ipsis confi
ret; & utrisque, quod Mansfeldius, ac Vinari
sis, non amplius ipsis sincera fide adhæreret, i
Bethlemus dicebatur causa dissidionis. inter Mansfeldium, & Vinariensem certa d
dentia, instigante Bethlemo (ut ab evocatis lil
raretur) exorta; non parvum utrisque metun
injiciebat, quæ jam Mansfeldium ad infirmi
tem cogeret, & Vinariensem ad omnia minus
ptum redderet. illi enim miles conductus di
culter parebat sine stipendio, & rapinarū liber
te. quæ duo militi in solo externo à rigidiorib
Vngaris non permittebantur. quare nec è civi
tibus montanis migrare, nec pugnare volen
ad reditū aspirabant; quem tamen Vinarier
Dux denegabat, nisi à Bethlemo stipendia p

dere

derentur. Inter hæc adolescente hyeme Turcæ aliquoties à Comite Zerinio graviter castigati, inter se ipsos à Duce suo dissentientes, incensis aliquot pagis, & abductis captivis elapsi sunt, miles Cæsareus in præsidium Scuttanæ insulæ multis calamitatibus afflictus deductus est; & Bethlemus in suam Transilvaniam recessit. imo tam Mansfeldios quam Turcas pertæsus, pacem exoptans, nequis de mente ejus dubitaret, longe meliores conditiones obtulit, quam unquam obtulerat. Mansfeldius interim ad turmas Vngaricas curandas delatus. Budæ partim Turcas partim milites suos in hæredes impedimentorum scripsit. in quo pessimo statu salutis (prout mihi ex Vngaria tunc temporis fuit scriptum) convenit illum Mosfti Budensis, qui est ibidem supremus Machumettanæ sectæ Antistes, & consolatus est eum, deferendo illi cartam Turcicis literis scriptam in forma (prout vulgo dicitur) passaportus ad Machumettum, ut introduceret illum in Cœlum, quamvis non esset Musulmanus, ob multa merita ipsius in sectam Machumettanam. res riducula, sed certe lacrymabilis pro homine Christiano.

Pax offertur à Bethlemo.

Daniæ Rex paulo ante Mansfeldium, & Vinariensem etiam consolatus fuerat; scripseratq; se copias suas restaurasse, & novam expeditionem moliri, ad quam non parum, ut inquiebat, prodesse poterant Silesiæ, & Vngaricæ copiæ, si Cæsar ibidem detineretur, vinceretur, vel ad iniquas aliquas conditiones, etiam Saxonicos complectentes, adigeretur. Quod de restauratis copiis scripsit, ita fuit; Hollandi enim, Angli, & Galli sub fine æstatis octo mille submiserant pedites, ex quibus filius ipsius Regis ex Holsatia, & Dania quinque mille transmiserat; qui una cum copiis phseudoadministratoris Hallensis statim post victoriam conjunctis, exercitum quindecim millium efficiebant, cum quo Rex Hoyam oppu-

Danus de Silesiis sollicitus.

oppugnare decreverat. nec hoc difficile erat: nam tribunum Limbachium adhuc in vicinia Neoburgum bene præsidiatum oppidum retinens, se eidē cum sexcentis expeditis conjunxerat. quare decimo quarto die Rex oppidum Hoyense expugnavit. ubi non leve periculum adiit, sclopeto in sinistro humero petitus. filius autem ipsius duobus in locis vulneratus in Holsatiam deportari debuit. Obsidere nitebatur etiam tunc Rex Ferdam cum pluribus adjacentibus locis, quæ ita spe devoraverat, ut videretur adhuc ante hyemem magnam partem ditionis Ferdensis, & Episcopatus Mindensis recuperaturus. verum Tillius quatuor legionibus ex Hassia jam in hyberna deductis, evocatis; strenuam operam in illo rejiciendo præstitit. quare Rex mox spe sua frustratus, suas copias in Bremensi Archidiœcesi hybernaturas dimisit; & Tillius cum suis Neoburgum obsedit, & Cæsarei Vinariensem ditionem invaserunt, ut illam præsidiis munirent. verum paulo post eo ex Vngaria Ducis cadaver deportatum est.

Expugnatur Hoyense castrum.

Magdeburgensium dissidia.

Graviter illo tempore torquebantur Magdeburgenses Ecclesiastici, inter se sumopere divisi in tres seu quatuor factiones; Catholici quidem paucissimi, sed Lutherani partim, partim ferventiores Calvinistæ & inter hos nonnulli Administrato i addicti, alii vero minus illius causæ affecti, optime judicabant illum magna injuria Cæsarem prosequi. quare quo tuti redderentur, celebratis Hallæ Comitiis dudum de ipsius armis contra Cæsarem assumptis deliberarunt. & quia noluit respicere, fidei pseudoarchiepiscopo datæ renuntiarunt; deinde publice ipsius obsequium detractarunt, & Cæsareos, aut omnino neutros se declararunt. Altera dissidii causa orta fuit, tam inter Canonicos, quam inter Magistratuum Ordines, ob sacra Lipsana D. Norberti Archiepiscopi Magdeburgensis, & Ordinis Præmon-

D. Norberti a.

monstratensis fundatoris, quæ inibi anno Domini M C X L V. recondita vilipendebantur, atque nunc ab Ordine Præmonstratensi, per Abbatem Pragensis urbis Strohofiensem Cæsareis litteris instructum repetebantur. In illarum concessionem non pauci è Senatu, plures è Canonic's consentiebant; nam & Lutherani libenter illis ossibus carebant, & Catholici majorem honorem D. Norberto non invidebant. Qui ex plebe rogabantur, nonnulli hæretici oppressionem urbis subsequuturam, si talibus ossibus privarentur, conjiciebant, illudque adhuc traditione spargi ferebant. sed his inanibus plerique graviores, & iniquiores hæretici ridebant, & potius metuebant, ne ex tali concessione Catholicorũ alibi superstitiosa, ut loquebantur, & stulta pietas augeretur; atque ideo scrupulose ossa ista abscondenda, aut igni tradenda judicabant. Terrebat omnes (ne hoc agerent) Cæsaris gla- « dius, & in proximo miles, qui sævam vindictam « minitabatur; ni precibus Cæsareis locus daretur, *Disceptatio* & sacra lipsana integre consignarentur. neq; e- *de illorum* nim (ut bene Magistratus plebejos corrigebat) *missione.* ad ullum spectabat, leges Catholicis præscribere, quomodo Sanctos suos venerari deberent; solũ ad illos spectabat commodo suę urbis providere, quod per amissionem paucorum ossium, sordidæq; pellis in pulverem redactæ nihil pateretur. itaque illa vicit sententia, quæ lipsana tradenda sentiebat. ad sicrum ergo sepulchrum invitatus, & tertio evocatus Abbas, 3. Decembris comparuit; à sodalibus tamen loci, hæreticis prædicantibus inquam, (nam illis monasterium Sanctæ Mariæ, ubi sacratissimæ reliquiæ servabantur, jam pridem cesserat) libenter admissus est. verebantur enim isti phseudoadministratoris minas, quas postea Magistratus civicus in se suscepit. Destinatis igitur duobus, qui adessent, Abbas Strohoviensis, D. Casparus à Questemberg,

una cùm D. Crispino Fuckio ejusdem Ordinis Præposito Doxanensi, necnon D. Martino Stricerio, & Rudolpho de Sbrojavack militiæ Cæsareæ Hallæ præfecto, assumpto famulitio, ac nonnullis cæmentariis, paucisque admissis, ut curiositati satisfacerent; templum B. Mariæ Virginis ingressi sunt, & altare S. Crucis, sub quo sacrum corp' latebat, demoliri cœperunt, ac in profundo satis loco lapideum sarcophagum invenientes lapide latiore tectũ, illumq; deponentes sanctissimum corpus repererunt integrum, si situm, & compagem spectemus; quod tamen ubi moveri cœpit, consumptis tendonibus, illico in partes concidit, fueruntq; partes ordine debito notatæ, ac super oblongam mensam sacra mappa tectam loco suo depositæ, & postea in similis longitudinis capsam mundissima sindone ornatam collocatæ, bonaq; Magistratus venia in Bohemiam delatæ fuerunt, & primo in Monasterio Doxanensi, quod ejusdem Ordinis est celebre virginum cœnobium non procul à Litomeritio, per sex fere menses magna devotione venerata sunt; donec decentissimus locus Pragæ in monasterio montis Sion, & solemnis ornatus sacratissimæ translationi præpararetur, quod suo loco recensebimus.

Locus sepulturæ.

Daniæ interim Rex in Holsatia Ordinum Cōventum indixerat, satisq; exiguam sum̄am tanto bello reliquo impetrarat. quare Legatos suos in Hollandiam, Angliam, & Galliam ablegarat, ut in proximam æstatem subsidia pro instaurando bello decernerentur. videbaturq; major spes esse: nam Angli, & Galli recenter convenerant sopitis differentiis ratione Reginæ alias exortis. verum minus animose Galli concurrerent; nam & miles, & pecunia illis in incepto bello necessaria erat. quare Rosen-Krantzium Regis Daniæ Legatum vix non vacuum dimiserunt, propinquius aliquod bellū cupientes. Invenerat illius belli

Conventus Ordinum in Holsatia.

belli modum Rex Angliæ, qui Marchionem Durlacensem seniorem subornaverat, ut Anglicana & Gallicana pecunia exercitum in Alsatia conscriberet ex Gallis, & Helvetiis, cum quo partes Rheni invadere, & Palatinatum pristino domino asserere tenebatur. conjunxerat sese Marchioni Durlacensi civitas Basileensis, (ubi jam domicilium fixerat) & tympanum pulsaverat; eratque, qui vereretur, ne universi Helvetii tali bello implicarentur. quamobrem Cæsar transmissis in Alsatiam aliquot legionibus peditum, & equitum, Leopoldum illuc migrare voluit; & Basileenses moneri, ne contrarium militem in Alsatia mature conscriberent. propter quæ tale molimen citissime evanuit. majori tamen fundamento Rex Daniæ circa idem tempus copiis in Silesia pecuniam submiserat, illasque instaurari desiderabat, ut Cæsar quammaxime in Vngaria, ac Silesia affligeretur. Hinc subsidium trium legionum clam in Pomerania, & Mechelburgensi ditione detinendum, constituerat cum mille equitibus quod per Brandenburgensem ditionem Silesiæ immitteret, atque Hungaros ad novam seditionem provocaret. Sed huic expeditioni summe oberat præcipitata mors Mansfeldii miserabili modo, dum ex Vngaria per Turcarum ditiones in Dalmatiam, Venetias versus contenderet. quam non multo post sequuta est mors Ioannis Ernesti Ducis Saxoniæ Vinariensis inter civitates Montanas expirantis, ac militem Germanum in Vngaria deserentis. ob quas duorum Ducum mortes, Cæsari fortunatissimas, miles Vngariam deseruit, & in Silesiam contendit. oberat etiam Silesiticæ expeditionis subsidiariis, per Mechelburgensem ditionem submittendis, occupatio fluvii Havellensis, Aldringero, & Duci Luneburgensi imperata; ita ut inexpectata occupatio civitatis Havelbergensis, Brandenburgensis, & Francofurtanæ ad Oderam,

Durlacensis nova expeditio contra Cæsarem.

Silesia copiæ.

Cæsaris miles in ditione Brandenburgensi.

per Cæsarem adulta hyeme maturata, conscriptas copias impediret, ne in Silesiam perrumperent. Silesiacas vero Daniæ Regis copias sub diversis Ducib⁹ Carpezzono, Palatino Birckenfeldio, Sbobna, aliisque, incommodabat hyems, & Cæsareus miles et ā ex Vngaria in Silesiam conductus; quamvis etiam illo præsente aliquot loca, ut Kosellam, Heburgum, aliaq; ob infidam Cæsareanorum custodiam, impetrassent, & sub nivibus plusquam Cæsarei profecissent.

Reformatio in Austria. Annum 1626. claudo cum sæpius desiderata, procurata & semper impedita reformatione Austriæ superioris, quam Cæsar intermissam, victis jam rusticis, atq; in carcerem compactis fere septuaginta ex corypheis omnino prosequendam duxit. atq; ideo sub fine anni per ministros Episcopi Passaviensis, aliosq; destinatos ad restaurandam Catholicam Fidem indesinenter progredi voluit sine aliquo alicuius intuitu. quod non difficulter à vicanis reliquis, quorū fere octo millia in isto sex mensiū tumultu occubuerant, impetravit. nam illi postremo bello egregie castigati, extenuati, sibiq; metuentes, ut gratiam obtinerent; nihil non obtulerunt. verum in nobilibus erat difficultas, pauci enim, aut nulli ex illis huic postremæ seditioni sese immiscuerant. quare solis plebeis præfectis aliquot, & uno prædicantiū, à quo nunquā fuerant instigati idiotæ, extremo supplicio condemnatis existimabant proceres, se
» libertatem Religionis conservaturos. Sed Cæsar
» aliquandiu quidē rigorem differre, eumq; tem-
» perare, nullo tamen modo illū omittere voluit.

Hyberna militū præsidia nunc in Hassiam, nunc in Franconiam ad Rhenū, & fere per universam bellum jam pertæsam Germaniam deducta cum oppressione multorum, Electorum, aliorumque Principum animos exacerbaverant; ut serio de
» pace aliquali modo constituenda deliberare de-
Conventus de creverint. Hinc Electores, & Principes fœderis Catho-

Catholici sibi ipsis diem Herbipoli indixerunt, ut opportuno consilio maximis incomodis occurreretur. In eo primum (prout vulgatũ fuit, licet certi nihil affirmari potuerit ob secretissima, quę in isto Cõventu fuerunt instituta cõmercia) ventilata fuit Cæsaris fortuna, & auctoritas nimium potens, quæ uni Wallesteinio commissa singulis fere Germanicis provinciis ad nutũ imperabat. quod cum omnibus displiceret, tum vel maxime his, qui nonnihil sibi, suæq; familiæ detrahi existimabant; nec tamen omnino huic potestati audebant sese opponere: nam non parũ res Catholica videbatur promovenda, si victoriæ jam obtentæ possent continuari. De modo ergo continuationis actum fuit; nec iste omnibus occurrit uniformiter. aliquos enim proprius affectus transferebat ad particulare cõmodum, aliis Comitia Generalia Imperii placebant, quæ rursus alii judicabant convocari non posse; cum nec Imperator illa postulasset, neque præsens Imperii status illa pateretur, videreturque jam Cæsar plus armis, quam legibus non ab omnibus ad mittendis, aut observandis posse proficere. quare in præfato Conventu Deputatorum parum in publicis deliberationibus visum est effectum fuisse, nisi quod Legati ad Cæsarem destinati sunt Melchernichius Electoris Moguntini, & Curzius Electoris Bavarici Consiliarii; qui querelas de militum exactionibus, gravaminibus, & corrupta disciplina instituerent. Præparatorius tamen fuit hic Conventus alterius post aliquot menses Mülhusiũ evocati, in quo Electores personaliter debebant adesse, & Cæsarẽ rogare, ut & ipse suos destinaret, qui de Imperio in commune consulerent, re vera tamen secreto, & principaliter, ut potentiam Cæsaris deprimerent, & illorum, aliorumque Principum Imperii libertas, & privilegia non solũ conservarentur, sed augerentur. contrariũ tamen accidit, ut postea dicemus.

putatorum ab Electoribus Herbipoli.

Discutiuntur Comitia.

Indicitur Conventus Mulhusii.

mus. sed is Conventus aliquoties dilatus, non nisi in principio hyemis habitus fuit. paulo post hunc conventum Deputatorum Rex Daniæ per Comitem de Oldenburg solemnes conditiones pacis proposuit Cæsari; obtulitque se velle in Daniam retrocedere, si Majestas Cæsarea è diverso, locis omnibus occupatis in inferiori Circulo Saxoniæ cederet, & pristino statui cuncta restitueret, aut saltem illum immunem in omnibus redderet, servato jure suo suorumque filiorum ad Episcopatus prætensos. hæc ubi obtinere non potuit, se suasque controversias Electorum collegio dijudicandas proposuit; cum vero nec ista succederent, & Wallesteinius illi nomine Cæsaris longe alias conditiones proposuisset, quæ solum regnum Danicum ipsi relinquerent, & eidem totum jus in Imperium abrogarent, expensas restituere, & perpetuo Episcopatibus prætensis cedere juberent; indictis novis sui regni, ditionumque Comitiis multo violentius sese ad arma præparavit.

Pax à Dano proposita.

Conditiones Cæsaris.

Palatinus inter illa perpetuo exul infælicitatem suam metuens de reconciliatione cogitavit, & aliquas conditiones componens, rogavit Ducem Lotharingiæ, necnon Ducem Wittenbergensem, ut suas vices in reconciliatione interponerent. dicta igitur fuit dies Colmariæ, ad quam Legati Palatini cum plena commissione parendi adesse debebant. verum cum satis diffideret suæ causæ, in tradendis plenipotentiariis litteris non exigua fuit difficultas, quæ in plures menses extracta fuit; ita ut multi dolo illam adscripserint, judicarintque Palatinum tantum voluisse mentionem reconciliationis injicere, atq; interim eventum Silesiorum militum, necnon pacis Bethlemianæ opperiri. Illa primis hebdomadis anni 1627. per Palatinum, & Archiepiscopum Strigoniensem ex parte Cæsaris, per Miconem Ferentium, & Sigismundum Lomaii ex parte

Palatini consilia Colmaria.

Pax Bethlemiana.

parte Bethlemi, præmissis induciis paucorum dierum, non ita difficulter coalescebat. nam nec insolentes conditiones præter eas, quas alias obtinuerat, impetrabat. in favorem Cæsaris spondebat Bethlemus, sicut alias spoponderat, se nunquam amplius contra Cæsarem arma moturum; Tartari amicitiis valedicturum; copias dimissurum; civitates montanas restituturũ; Mansfeldii copias turmatim dimissurum, ita tamen, ut Cæsaris hostibus non conjungerentur. Ad ipsum Bethlemum etiam spectabat cum Turcis agere, ut Damassum paulo ante occupatum desererent; captivos restituerent; imo ut de novo incolæ omnium locorum ad vitam Bethlemi concessorum, ad juramentum innovandum cogerentur. Cæsari pariter nonnullorum civium malevolorum castigatio reservabatur, cæteris tamen, qui hinc inde militaverant utrinque indulgebatur; & alia omnia transactionis Nicolsburgensis membra servanda ordinabantur.

Conditiones pacis.

De horum tamen stabili fide etiam tunc, uti semper, dubitatum fuit. imo sub ipsis initiis non valde scrupulose singula à Bethlemo observabantur: mortuo etenim Mansfeldio, & Vinariensi Duce, ipsorum copiæ præter pacta Cæsaris hostibus additæ sunt; & quod magis fuit, aliquot millia Vngarorum, qui Bethlemo militaverant sub Herbeth Georgio, in Silesiam transierant, cæterisque copiis hostium sese conjunxerant. quarum etiam ipsorum auxilio paulo post ingressum in Moraviam arx Steinbergica cum oppido invasa fuit, Regis Daniæ copiis Olmutzium usque grassantibus, atque in dies loca plura, vel oppugnantibus, vel attentantibus. Quod animadvertens Wallesteinius, inita pace Turcica, integrum exercitum in Silesiam transtulit, singulasque legiones in singulis Principatibus, cum debitis equitum turmis, etiam invitis Silesiticis Principibus hospitio excipi præcepit, ut primo vere temere.

Progressus Regis in Silesia.

Exercitus Cæsaris in Silesiam.

mere ibi consistentes Danicas copias expelleret. Illæ vero è contrario egregie sese ubique mun erunt, sperantes, se posse Cæsaris militiæ resistere, si vel ab infido Bethlemo, vel ab exercitu Regis Daniæ Pomeraniam penetrante sperata auxilia obtinerent.

Rex Daniæ urget Holsatios & Mechelburgicos ad societatem.

In hunc finem Rex celebratis Comitiis in Holsatia, ab Ordinibus bis mille equites, & sex mille pedites obtinens Ducem Megapolitanum una cum tota sua ditione in ipsius obsequium novo sacramento fidelitatis, & societatis, frustra aliter monente Cæsare, adegit. Verum est, Megapolitanũ aliquando dubiũ fuisse, & non infrequenter præsagiisse tum suas ditiones, tum Holsaticas periculum subituras, sed in Sueciæ Rege omnem spem collocans, aliquot naves bellicas ad Wismariensem portum custodiendum petierat, & illius præsidia libenter intromiserat.

Hollandorum consilia.

Hollandi eodem tempore Legatos ad eundẽ Regem Daniæ miserunt, ut pro re male gesta aliter res sui exercitus ordinaret, assumptis Hollandorum aliquot militiæ præfectis, & Anglorum, Scotorum, Hollandorumq; copiis, ac præcipue consiliariis, sine quibus vix putabant posse rem suam restituere. Inter alia consilia illorum mens erat, ut Rex solum bellum defensivum gereret, & portubus suis, arcibusque securus, Cæsaris militem inopia stipendii laborantem, ac proprias provincias destruentẽ consumeret, cui consilio acquiescebant Ordines Holsatiæ, qui recenter loca suæ ditionis munierant, & jam præsidia ibidẽ detinenda præpararant, viritim pro conservatione suarum fortunarũ pugnaturi. Verum Rex impatientissimus post habita Comitia, Coppenhagæ in Dania, & in Slesvikia, rursus Kilæ in inferiori Holsatia, & Rensburgi in superiori Conventũ agere voluit, cognitaq; tanta suorum liberalitate, fines suos egredi; Lauvemburgum etiam invito Duce propugnare, omnia loca ad Albim usque invadere;

dere;& Mechelburgensem suis armis unire satagit. quare populi illi misertimi, quamvis alias Henrico Husano Cæsaris Consiliario, & Legato pluries, per suas Marescalcos Rostochii cōgregatos significassent, sed omnia obedientiæ, subjectionis, & fidelitatis officia S. Cæs. Majestatis deferre: nihilominus turbulentis consiliis, & persuasionibus Regis cesserunt; Cæsaremque suis contributionibus, subsidiis, adversariisque auxiliis oppugnarūt: miro certe Dei judicio, ut populi Aquilonares qui alioquin nunquam ad fidem " Catholicam pervenissent, profundius sese rebel- " lioni immergerent, atque ita Cæsari occasionem " expugnationis, ac reparandæ Religionis præberent. Sic aliàs fecerunt Bohemi, quo si initio regiminis S. Majestatis sese composuissent; omnia sua privilegia, etiam quæ secundum litteras Majestatis Religionem involvebant, confirmata habuissent; at postea vi ad officium perducti non nisi parere imperanti debuerunt. quorum quidem reformatio in hunc usq; annum sępius tentata, & fere & singulis annis per internū, aut externum militem præsensque periculum impedita suspensa fuit; quam tamen etiam nunc fere Silesiaticæ turbę præpedivissent; nisi Cæsaris exercitus potentissimis sibi certam victoriam promisisset, & reductionis Silesiæ, sicut & Bohemiæ spem injecisset. quare postquam totis sex annis, quibus Bohemia fuit recuperata, diversę fuissent adhibitę ad instaurandam Catholicam religionē normæ; tandem Cæsar pio zelo ad repurgationē regni videns se apud duros Bohemos parū proficere, multo minus loci Ordinarium, aliosque Ecclesiasticos exhortationibus, obsecrationibus, increpationibus effecisse; illos ad Religionē fortiori manu (utpote jurisdictio Ecclesiastica non " erat sufficiens contra potentiam, & violentiam hæreticorū) compellendos duxit, atq; ideo præter Eminentissimum Cardinalē Ernestū ab Harrach

Mechelburgenses deficiunt.

Reformatio Bohemiæ.

rach civitatis Pragensis, totiusque regni Archiepiscopum, etiam Iaroslaum Borzitam Comitem de Martinitz supremum Provincialem Camerarium, Fredericum de Tallemberg supremum Provincialem judicem, & Christophorum Vratislaum supremum regni Scribam in Commissarios Cæsareos, & seculares reformatores regni Bomiæ delegit, illisq; mandavit, ut omni cura in omnibus provinciis hæreditarii regni Bohemiæ solam salvificā Religionem Catholicam toleratam in pristinum statum restitui, & subditos omnes ad rectam viā reduci curarent, ut ab injectis multiplicib' erroribus regnum expurgaretur, & sub uno Rege, Lege, & Deo uno majori pace & quam hactenus, posset gubernari.

Clementia Cæsaris. Itaque statutum fuit, ut ante omnia Cardinalis, cęteriq; ad tantū opus designati ex Clero indiscriminatim cujuscunq; ordinis optimos doctissimos & prudentissimos Theologos seligerent, in concionibus, & controversiis à Catholicis hactenus probatos, per quos in singulis districtibus Bohemiæ incolæ præcipuè in celebrioribus oppidis, ac pagis, aliquot exhortationibus in Fide Catholica instruerentur; quorum etiam

Mandatur instructio. opera dubii in fide, solutis argumentorum remoris, redocerentur, atque ex superabundanti doctrina paternè ad reducendos in viam salutis

Officium reformatorum. monerentur, deinde præfatos deputatos, assumpto idoneo Secretario per hebdomadas aliquoties convenire, decretum fuit, certo in loco, tempore, ac norma, sacrum dicasterium, seu tribunal formando ad quos evocari possent, & deberent toties, quoties vicinorum locorum Magistratus cum suis subditis, Parochis, Ecclesiastic s, ac secularibus, quibus erat ab iisdem designat s reformatoribus serio mens Cæsarea expl canda; mandandumque omnibus, & singulis, ut statim in Sacra Cæsarea Majestatis illiusque Tribunalis Subdelegatos Commissarios, instructores & Offi-

ciales

ciales reciperent, cum oportuna exhortatione, ut quilibet è Magistratu, & è subditis primo intuitu Dei, & secundo auctoritatis Cęsareę & proprii commodi, ex tali obedientia evidentissimè redundantis, mortem gereret Cęsareis mandatis, & surgereret, quousque, quove loco reformationis opus deductum fuisset; quæq; impedimenta obstare, vel obstitura, in posterum viderentur, quæ omnia à Parocho, vel à senioribus erant commodè percipienda.

Pæna inobedientium.

Inobedientes, malignè mutos, & subdolos blaterones, aut obstinatos debebant designati Reformatores, prudenter pensata qualitate personæ, ac insolentiæ, castigare, certumq; tempus, & terminum iisdem præscribere, intra quem idiotæ ulteriorem informationem perciperent, & nomen suum inter Catholicos darent: ita tamen ut non æqualem omnibus, neq; uniusmodi ubique præfigerent. Iubebantur deinde reformatores singulorum locorum media, ac remedia malorum notare, parochis de competenti sustentatione providere, & aliquos instructores in locis præcipuis relinquere, ac locorum superiores diligenter monere, ut instructoribus in omnib', & per omnia assisterent, subditos debito more severe compellerent, eosq; acrioribus' comminationibus ad suspiciendam doctrinam perducerent.

Protestat commissariorum.

Præterea præcipiebatur iisdem designatis Reformatoribus, ut de loco ad locum procederent, si rem semel in uno districtu absolvissent. Ne autē debita auctoritate destituerentur, quo minus reformationis opus promoveri posset, Cæsar sæpe memoratis Commissariis in temporalibus plenariam potestatē tradidit, ut in quolibet districtu unum, vel plures subdelegatos possent instituere, quibus, uti & instructoribus, præcipuè incumberet singulis mensibus, principalibus Reformatoribus relationem profectus ordine suo recensere, quæve remoræ occurrerent; quam relatio-

lationem ipsi Reformatores Cæsari facere tenebantur una cū voti sui declaratione, quo tutius, & quantocius posset incommodis successum prępedientibus obviari.

Prolongationes terminorum. Termini prolongationis in sola Cardinalis cum designatis Reformatoribus voluntate relinquebantur; ita tamen, ut si illo termino elapso conversio ad Religionem minimè *subsequeretur*; pertinaces citarentur, & punirentur in errore vero ex hac vita decedentes ecclesiastica sepultura privarentur, aliisque pœnis mulctarentur; omninò inobedientes per submissionem militum arctarentur: quibus nihilominus modestia imperata fuit, ne tumultus exercitaretur.

Clancularii seductores. Quoniam verò ad Cæsarem relatum fuit; esse in regno nobiles, & Barones, qui post migrationem prædicantium, iisdem, aliisq; seductoribus sub specie, quod eorum opera in aliis officiis foret necessaria, uterentur, ac penes se retinerent, à quibus deinde rustici, idiotæ ab uno in alium errorem perducebantur, aut ad rebellionem, seditionem, inobedientiam, aliaq; facinora concitabantur: ideo sua Majestas mandavit, ut diligens ubiq; præcipue apud suspectos, haberetur perquisitio & si tales alicubi reperirentur, ut statim nobiles, vel Barones ad illos dimittendos sub pœna amissionis feudi deinde, sub mulcta & proscriptione partis, vel omnium suorū bonorū cogerētur. Quod sine id quidē proficeret, Suam Majestatem monere jubebantur, ut executio statutę pœnę potuisset in effectum deduci. Quoad cives cujusque civitatis mandabatur, ut si post sufficientem instructionem aliqui se pertinaciores monstrarent, ex quo scandalum ortu rum esset, illi statim urbibus ablegarentur; quietiores vero, præsertim si liberos, ac necessarios suos ad Religionem Catholicam erudiri paterentur, aliquando diutius tolerandi judicabantur, ut post longiorem conversionis terminum concessum,

Pœna inobedientia civium.

etiam

etiam ipsos pœniteret. Obedientibus Incolis cujuscunq; tandem civitatis si Religionem Catholicam amplecti vellent, Cęsar ex singulari clementia omnis præteritæ, perniciosæque rebellionis crimē indulgebat, actio cognitoris Regii cōtra privatos cives ad Catholicā Religionem conversos ratione mulctæ abolebatur; & civitatib⁹, seu oppidis bona antea possessa, nisi fuissent in alios distracta, restituenda erant, Nobilium, ac Baronum subditi sive illi in civitatib⁹ degerent, sive in pagis, si post adhibitam instructionem in pertinacia perseverarēt, à suis dominis per licita media compulsiva ad Catholicam Religionem erant perducendi, & eorum liberi in eadem Religione educandi; sin minus, nullo habito discrimine, tam contra illos, quam contra alios, debebat paulatim, modestius tamen, procedi. *Beneficia pœnitentiam.* " " "

Ne autem deesset, qui parvulis petentibus panem frangerent, Reformatorum curæ relinquebatur, ut ubique ludimagistri, vel saltem ecclesiarum scribæ Catholici alerentur, pueri etiam à Parochis Catholicis cathechismum edocerentur. si qui forent apud parentes hæreticos & resistentes, poterant pueri ab ipsis avelli, ac ex parationibus facultatibus in schola Catholica educari. & quia curatores pupillorum dominiis ac bonis passim præpositi in suspicionem deveneāt, quasi & ipsi subditos seducerent, & propagationem Religionis præpedirent: Cæsar eos missos fieri decernebat, eorumque loco Catholicis subrogari, tantum ea mora concessa, quæ ad provisionem aliorum Officialium sufficeret. Eadem ratione agi debebat cum iis, qui sub nullo statu comprehendebantur, erantque liberi censuarii, emphyteutæ, & prædia libera possidentes, quibus jus civicum hac in re commune mandabatur observandum. *Præfecti curatores.*

Cætera omnia, quæ ad sepulturam hæreticorū copula- *Sacra relig-*

Guuntur Archiepiscopo. copulationes matrimoniales, publicarum precum indictionem, jajuniorum consuetam observantiam, librorum hereticorum abolitionem, & aliarum ecclesiasticarum rerum curã attinebant, juxta Canones, & Apostolicas sanctiones, uti sacra, Archiepiscopali curæ relinquebantur; habita tamen consideratione, ne nimia exactio fieret ob necessarias sepulturas, vel librorum etiam bonorum ablationem, malorumq; crematione, neve ob precipitatam violentiam precaretur, Pariter Cæsaris pietas in Ecclesiasticorum moribus nihil precipiebat; sed solũ eminentissimum Cardinalem memorem reddebat, quos in vita exemplari ecclesiasticorum haud parum positum foret, & quanta cura in illud deberet, ab omnibus vigilari, ut illi tam pietate, quam timore Dei, & exteriore vitę, conversationisque habitu, modestia, honestate, & vitæ emandatione omnibus præirent, ne potius divino cultui inde obacculum poneretur.

Reformatio in Carniola. Similem reformationis modum Cęsar eodem mense Carniolis imperavit, ibidemq; loco sui in iis quæ secularem potestantem requirerent, Thomam Episcopum Lubianensem, Doctorem Barbo, & Octavium Pavicerellium ordinavit, qui omnino eandem normam, quam ante Bienniũ Carinthiis præscripserat, observarent; hoc addito, ut loca Latrunculatoris tam in Stiria, quam in Carinthia, & Carniola, militum, aliquis Dux ordinaretur; qui si aliquoties monitos prædicantes

Pœna prædicantium.

„ hæreticos deprehenderet, eosdem quasi seditic-
„ sos, exploratores, & sceleratos ad primam ar-
„ borem absque longiore mora affigeret, laqueo-
„ que absq; remissione tam obstinatum scelus ca-
„ stigaret. His tam acribus edictis paulatim effectũ fu t, ut in provinciis istis Stiriæ, Carinthiæ & Carniolę nullus amplius infectus heresi reperiretur, nisi qui ex vicina Vngaria eò dilabebantur; quase & ipsis, quo inposterum tanto malo caverehttur,

tur, omne commercium interdictum fuit cum Carinthiis; aut si vicinis commercium necessarium videretur, ut saltem nulli ad habitationem admitterentur nisi sincerè, & seriò Catholici, quod magistratibus sub gravissimis pœnis jussum fuit. commercia verò sine scandalo, malo exemplo, aut impietate modestissima tantum, & vix toleranda erant.

Post hæc in superiorem Austriam conversa cura Cæsaris seriò omnes præfectos, scribas, vicepræfectos, & ditionis ministros ad Catholicam Religionem perduci voluit, aut quantocius resistentes dimitti; cum constaret, ex eorum pravo exemplo miserã plebeculã traduci, atq; frequentissime corrumpi. Verum cum hi ad nobiles confugissent, illorum patrocinio tutos sese arbitrantes, Cæsar majori zelo suoque grandi malo frequentissimæ seditionis, plerumque ab hæresi originem ducentis, edoctus; transmissis Commissariis Antonino Abbate Kremphaniensi, & Georgio Teufelio, arcani Consilii Consiliariis; nobiles etiam, & Barones Catholicæ Religioni nomen præbere, aut solo valedicere præcepit: hac tamen moderatione, ut pertinaces intra terminum trium mensium proximorum, nisi resipiscerent, omnino abscedere cogerentur: qui verò spem facerent, illi quidem abscederent, fortunas suas Catholicis præfectis vendendas permitterent, & infra anni spatium venderent. Austriacis tamen superioribus, qui in inferiori Austria fortunas aliquas habebant, concedebatur ejusdem Austriæ inferioris habitatio sine aliquo exercitio suæ sectæ, modo illud suis inobedientiis non demererentur, vel novas seditiones non molirentur. Hoc decretum Cæsaris multos commovit proceres, qui innocentia sua tuti, longiorem Cæsaris tolerantiam sperabant, & supplices deprecabantur, ut diutius indulgeret Religioni à Majoribus per quinquaginta,

Reformatio superioris Austriæ.

Decreta contra nobiles.

Preces nobilium.

gintа,

ginta,& amplius annos toleratæ. verum Cæsar recensitis majorum omnium molestiis, periculis, seditionibus toties per Lutheranæ Religioni addictos, maximo vicinorum Principum universi Imperii, & totius Christianitatis damno, nihil à priori sententia decessit, nisi quod terminum unum iis, qui promptæ fuerant voluntatis, remiserit, atque interim cum plebeis rigorosè procedi voluerit, Austria superior in quatuor partes divisa, quarum una adhuc præsentibus supranominatis Cæsareæ Majestatis delegatis veniam summo dolore, promissaq; pœnitentia postulans, eundem impetravit, pauci verò ex reis Lintzii securi percussi sunt, duo in furcam acti, & unus post supplicium igne absumptus fuit.

Cives Pragenses duri in Religione. In Bohemia inceperant delegati restaurationem Religionis: primò cum Pragensibus, neque omnino illud sine fructu fiebat; licet non is succederet, qui expectabatur, de instructione enim nemo poterat conqueri; nam ad libitum regularis, aut sæcularis Sacerdos concedebatur, qui horas, & dies insumeret. sed notatum fuit, illam non desiderari, neque valde appretiari. magis

Exilium molestum. movebantur cives honestiores exilio, quod incommoditatem non unam adducebat nam durum erat deserere, diutius suos, durissimum ad ingratos hospites proficisci. hinc non pauci movebantur initio facto à præcipuis, & maximè à prædictis, àd quorum exemplum multi rigidiores alioqnin convertebantur, quos præcedere pudebat. cæteri clausis officinis, & comerciorum usu interdicto, tempus extrahebant; & nonnunquā pauci aliqui Catholicis accedebant. Mirū certè fuit, tam parū fructus post tot labores, curas, & molestias Archiepiscopi, cæterorumq; Delegatorum successisse. multi tunc tar-

Causa obstinationis. ditatem obstinationi Calvinistarum adscripserunt, quæ causa quamvis verissima, tamen sola

non

non ſufficiebat, nam & Huſſitæ Calvini doctrinam ejurantes tergiverſabantur; & Lutherani non minus à converſione abhorrebant. Huſſitas, & Lutheranos lactabat ſpes fælicioris ſucceſſus exercitus Regis Daniæ, Ducis, & Electoris Saxoniæ nova interceſſio. ſed & has ſpes eluſit victoria Wallesteinii ſequuta. Alii vero in nobilitatem adhuc decretorum rigore non comprehenſam culpas conjecerunt, ſed horum adhuc coactionem Cæſar aliquandiu deliberationi ſubjecit, licet in aliud tempus differre coctus ſit.

Interim ad prima veris ſigna undique miles erumpebat ex hybernis; magna Cæſaris fælicitate, eo quod poſt pactam cum Bethlemo pacem, Turcarum Imperator ſuos ſub gravi indignationis pœna recedere juſſiſſet nulla amplius Chriſtianis illata injuria; imò commiſſione tranſmiſſa Purpurato Budenſi, ut interruptum pacis Cæſareæ ordinem proſequeretur. nam copioſiſſimum exercitum in Perſarum Regem ſub Imperio Principis Purpuratorum educere conſtituerat, ut Babyloniam anteactis annis deperditam recuperaret. cui expeditioni tū plures Chriſtiani Cæſaris hoſtes, tum Ottomannici proceres, potius in vicinam Chriſtianitatem, quam in longe diſſitam, & fere deſertam Aſiam ſigna proferre geſtientes ſeſe oppoſuerunt. Imperator tamen Murathus ſingulariter à Deo inſtigatus illā progavit & Chriſtianis parcendum duxit: quod nonnulli Calillo Purpurato Chriſtianis magis affecto, deberi affirmarunt. Poterat itaque ſecurè Cæſar copias omnes in alios hoſtes ducere, quæ quondam in Vngaria, & Auſtria militaverant, prout fecit in Danos, Sileſiam occupantes; contra quos præter octo legiones ſub finem Martii tranſmiſit turmas equitum Comitis de Montecuculi, legionem Preuneri, & Ducis Holſatiæ, quas poſtea ſequutus eſt Walleſteinius ipſe ſub fine Aprilis, cum prius Pechmanus

Turcarum modeſtia.

Cæſaris copiæ in Sileſiam.

copia-

copiarum Dux de Vratislavia advolans, Nissam ab invasione liberasset; alioque Duces Oppaviam, & Brigam, immisso Cæsaris præsidio, servassent. Opportunè ante bellorum initia ob Iubileum ubique publicatum preces inter Catholicos habitæ sunt solemnibus supplicationibus, jejuniis, & eleemosynis fidelium, ac frequentationibus ecclesiarum, saltem in tota *Austria*, præcedentibus. Quas preces imitari gestiens Rex Daniæ sub initium anni, ut victoriam à Deo præpotente impetraret, præter singularem militibus præscriptam modestiam; jejuniorum, concionum, & precum habendarum tempus indixit, tanto rigore, ac frequentia, ut etiam singularum copiarum Duces, præfectos, & ductores in omnibus locis, villis, & oppidis hora decima ante meridiana in templo preces, & orationes habere voluerit, imo omnes homines, & jumenta à labore, potu etiam, & cibo ad horam usque vespertinam certis diebus abstinere præceperit.

„ Brutales hæ preces risum moverunt Catholi„ cis, qui tamen ne ab hæreticis superarentur, paulo post Pragæ, translationem D. Norberti magna solemnitate celebrarunt. Statuta etenim die Reverend. D. Abbas Strohofiensis unà cum Præposito Doxanensi, apud quem totis quinque mensibus, dum hæc pompa adornaretur, & Religiosi Ordinis Præmonstratensis convocarentur, prout diximus, quieverant, cisio vecti, quod à sex equis candidissimis, phaleris etiam ejusdem nitoris trahebatur, quasi triumphatores urbem Pragensem ingressi sunt, subsequentibus duabus turmis cataphractorum cum turmis aliquot armatorum civium. Quos exceperunt ad portam Viennensem multi viri equestris Ordinis cum Cæsareis Legatis, & Clero totius urbis sanctas reliquias gestante: eosq; deduxerunt ad ecclesiam Teinensem, ubi reliqua pars diei, & tota

Translatio Sancti Norberti Pragæ.

nox

nox psalmodiis sacris vicissim à Religiosis cantatis consumpta fuit.

Postea die rursus Clerus, & populus in eadem æde solemne Sacrificium obtulerunt, atque insigni ordine sacras reliquias ad monasterium Ordinis Præmonstratensis magna devotione deportarunt. Præcedebant agmen pueri nitidissime exculti, partim S. Norbertum, partim vero S. Gereonem, & Vrsulam repræsentantes. sequebatur Clerus totus, omnium monasteriorum Religiosi, Parochi, ac Canonici cereis ardentibus instructi. pone illos Patres monasterii Strohofiensis, & Religiosi Præmonstratenses ex universa fere Europa. illos præcedebant 19. vexilla insigniis condecorata. primum locum obtinebat signum urbis veteris Pragensis, secundum monasterii in Strohoff, & Bruck Theiam, urbis Coloniensis, urbis Antverpiensis, Comitum Nagarolæ, Baronis à Tallemberg, Baronis à Furstenberg, urbis Magdeburgensis, Comitis Slavatæ, Comitis Smetsanski, supremi Burggravii, D. Cardinalis à Dietrichstain, D. Cardinalis ab Harrach. claudebat agmen vexillorum, Cæsareæ, ac Regiæ Majestatis signum Prætorium. subsequebantur 12. Prælati Ordinis Cisterciensis. Arcam vero ipsam, in qua reliquiæ recondebantur, 14. Prælati infulati Ordinis Præmonstratensis detulerunt, subsequente Archiepiscopo, & aliis quamplurimis Prælatis, ac 300. viris illustribus cum cereis ardentibus. arcus triumphales à devotis erecti fuere; sparsa aurea, & argentea pecunia; vestiti nudi aliquot, & integra plaustra vini, ac cervisiæ in pauperes magna liberalitate effusa sunt. Per octo dies à singulis Ordinum Mendicantium Religiosis reliquiæ visitatæ sunt, cantato Sacro, & concione habita, tanta populi per integrum octiduum frequentia, ut nihil celebritati, pietati, & reliquiarum cultui superaddi potuerit.

Habet Ordo Præmonstratensis in Bohemia quatuor celeberrima Cœnobia, duo Monachorum, quibus Abbates præsident, & duo virginum Præposituris decorata. monasteriũ montis Sion inter illa eminet juxta palatiũ Regium, omnino Regale, sive disciplinam, sive structurã, sive redditus, sive functiones, & officia spectemus. Alterum virorũ est Teplense cœnobium in altissima Bohemiæ parte situm, & fundatũ à B. Hzrozanto Ottogari Regis Bohemiæ fratre, qui accepta voti Hierosolymitani commutatione in erectionem monasterii Præmonstratensis, patrimoniũ suum impendit, assignatis monasterio XXVII. pagis, aliquot oppidis, in quæ summum jus habet Abbas. Præterea idem monasterium habet duas fodinas, unam argenti, alteram lapidum pretiosorum, ex quibus non modica utilitas illi solet obvenire. Ab eodem Hzrozanto fundatum fuit & alterum cœnobium virginum, sexto ab inde lapide, Hosteslaviense, quadraginta circiter habens pagos, & duo oppida sui juris. stricta ibidem est observantia, & non exiguum Ordinis incrementum. Quartum est monasterium Doxanense, cujus hic mentionem fecimus ex fundatione Gertrudis conjugis Wladislai Regis. amplissimis etiam redditibus dotatum, & optima disciplina instructum. Multa monasteria in Vngaria interierunt; ex solo Ordine Præmonstratensium fuere quondam viginti sex in diœcesi Waradiensi, Strigoniensi, Iavariensi, Vesprimiensi, Quinqueccles iensi, Waciensi, Agriensi, Colocensi, & Sagrabiensi. Sed redeamus ad Regem Daniæ, qui interim, celebratis undique Comitiis hæreditariarum provinciarum, receptisque magno applausu promissis Hollandorum, Anglorum, Gallorum, Suecorum, aliorumque pro restaurando exercitu, & reparanda tam sua, quam Palatini fortuna; afionam undique, præcipue apud Hamburgum præparari jussit; pontes etiam, quibus

ad

ad libitum Albim transmitteret; instrui, & subditos omnes novo juramento adstringi voluit.

His præmissis copias suas in inferiori Saxonia, quæ 10000. equitum,& 24000. peditū numerum æquabant; eductas diversis in locis in stationibus collocavit, & in Archiepiscopatus Bremensis locis distribuit, excitatis duobus munimentis ad Archemium, stratoque ponte Visurgi, ut inde hoc anno pugnare velle videretur, relictis aliquantisper copiis, quæ trans Albim in ditione Mechelburgensi excubabant. eò etiam suos convocaverat Tillius, auctus copiis recenter per Hassiam ex partibus Austriæ descendentibus; cum quibus non solum Regem Daniæ in suis munimentis rētinuit, ne ullo modo insolenter erumperet: verū etiam Northeimium obsedit. quam tamen civitatem oppugnare noluit, donec liberaliores copiæ ex Bavaria, quæ in Austrios deservierant, advenissent. expectabatur enim, eratque in proximo Pappenheimius cum 6000. tribunus Cortenburgicus cum mille equitibus, & mille trecentis peditibus tribunus Schelroth, & Cratzius cum sex millibus, qui omnes plenum exercitum quindecim millium efficiebant; cum quo Tillius nihil non ausurus erat contra eos, qui Northeimium commeatu instruere, atque obsidionem solvere tentassent. verum est, Hallensem Pseudoarchiepiscopum cum tribus legionibus ex Mechelburgensi, & maritimis regionibus erumpentem circa idem tempus multum Havelbergensibus incommodasse, illiusque ecclesiam Cathedralem, uti & Pellinum occupasse satis ingenti clade Cæsareanorum, quam resarcire studebant cum Altringero tribunus Gerbonus, Dux Georgius Luneburgicus, & plures alii tribuni Cæsaris, quos aqua intermedia, & excitatæ tumultuariæ munitiunculæ non parum impediebant.

Rex Daniæ in Bremensi ditione.

Augetur Tillii exercitus.

Cæsaris exercitus ad Havelbergam.

In Silesia interim ad accessum Wallesteinii

Cæsaris exercitus in Silesia.

Regis Daniæ copiæ deserto Teschiosoratuno, & Plessio, magis vires suas contrahentes, militem in munimentis ad Kosellam, Iagendorfium, & Troppaviam disposuerunt. Wallesteinius vero Lischbitium cum exercitu contendit, illumque locum novis operibus munitum obsedit. nec multo post dejectis mœnibus impetum militibus imperavit, infœlici omnino successu; nam ob lubricitatem soli, neque mœnia scandere, neque in pedes consistere poterant. quare amissis quingentis recedere coactus est. Postera tamen die oppidum impetratis conditionibus se dedidit; & milites omnes sub tribus signis peditum cum una cohorte equitum Cæsaris obsequio se submisere. cives vero, consignatis armis ad armamentarium, domum remissi, magistratum suum, & paucos milites Cæsaris subditos, uti rebelles, custodiæ tradiderunt. Inde festinanter Wallesteinius copias suas Iagendorfium versus deducens, eodem modo oppidum expugnavit, facta primis diebus acri tormentorum explosione, ut pleræque turres trepidantibus similes ruinam minitarentur. quo spectaculo commoti præsidiarii deditionis conditiones proposuerunt, easque non nisi viles satis impetrarunt, singulari tamen Generalis Præfecti gratia (cum prius solis bacillis armati migrare jussi fuissent,) gladio accincti recesserunt, & postea plures Cæsaris obsequio sese submiserunt.

Iagendorfium expugnatur.

Troppavia obsidetur.

Majoris molis erat obsessio Troppaviensis, quam immediate post superatum Iagendorfium Wallesteinius aggressus est, missis prius sex mille sclopetariis in Ducatũ Grossensem, qui irrumpentes Danos præpedirent, vel fugientes Silesiaticos continerent. Troppavium, magna & munita civitas Silesiæ, bis mille præsidiarios habebat pedites, & sexcentos equites, qui frequenter erumpentes, non exiguum periculum Cæsareo exercitui injiciebant.

Erat

Erat tormentorum explosio frustranea; nam vallo, & propugnaculis munitū opp dum parum globorum ictus curabat. quare fame, aut desperatione expugnari debebat. Cum itaque obsid o protraheretur, Wallesteinius Kossellam submiserat, qui ibidem præsidiariorum animos pertentaret. Hunc locum defendebat Carpensonius, magni nominis aliquando militum præfectus; sed ad Wallesteinii accessum post aliquot dies loco cessit, cum conditionibus, ut liceret cum omnibus aliis militum præfectis, concionatoribus, ministris, & impedimentis omnibus ad Regem Daniæ se recipere, & ne milites cogerentur ad Cæsaris obsequium: qui vice versa jurarunt se spatio sex mensium contra Majestatem Suam Cæsaream non militaturos. Exinde in ditionem Mechelburgensem recessere.

Kossella tra-d itur.

Conditiones pacis.

Inopinatus fuit omnibus rei eventus, cum arx potuisset experiri multorum mensium obsidionem, tam ob situm loci fortissimum propter paludes, & flumen, & nova munimenta à Mansfeldianis circumcirca exstructa, quam quia illam poterant defendere sex mille pedites, cum exercitatissimo duce, qui aderat; & ter mille equites, quorum tamen duo millia, & quingenti prima die obsidionis fugerunt versus Vngariam. Miraculi loco rem habuit Imperator, nam ut mi- "
hi postea retulit, attr buit S.M. hanc gratiam "
cuidam decreto circa reformationem Religio- "
nis Austriæ, & Stiriæ, facto à S.M. in secreto con- "
silio, illo eodem die quo arx se dedit. ex quo mihi non defuit tunc occasio suggerendi, esse bonum politicum Imperii, extirpationem hæresum, non habito quocunque humano respectu, prout multoties S.M. experta fuerat: & quia semen cecidit in terram bonam, statim fixit radices.

Erant in ditione ad Havelbergam tùnc màxime, & frequentissimæ velitationes, in quibus

Cæsaris copiæ ad Havelbergam.

nunc Cæsaris, nunc Regis Daniæ copiæ succumbebant, plerumque tamen deteriori sorte Cæsareanorum, qui & numero militum, & loco inter hostes, superabantur; visumque fuerat nonnunquam de illorum fortuna ibidem conclamatum, præcipuè quando Regis Daniæ aliquot Scotorum millia, & novus exercitus sub Comite seniore Turnio, & seniore Marchione Durlacensi ex Hollandia in Holsatiam, & postea triginta navigiis in Mechelburgensem ditionem deducta advenerunt, Cæsareis tunc pertinaciter sua munimenta defendentibus; & auxilia invocantibus.

Troppavia deditionis conditiones accipit.

Interim in Silesia res fælicius cesserunt. nam Troppavia fortiter per viginti dies defensa, post destructas quadraginta domos ignitis globis, & consternatos cives, accedente annonæ, & aquæ penuria, sese arbitrio obsidentium permisit, & deditionis conditiones accepit. Tunc fere omnes copiæ Regis Daniæ sub ductu Baudisii ad quatuor mille equites, Vngariam versus perrumpentes, occlusis aditibus, & insequente illos equitatu Wallesteinii, cum aliquot millibus sclopetariis, partim in equos assumptis, partim in insidias disposit.s, relicta Vngaria, versus Poloniam signa vertere coacti sunt.

Reformatio in Bohemia continuatur.

Cæsari fæliciter cedentibus rebus Silesiacis, ad instaurandam disciplinam utriusque fori in Bohemia animum serius adjecit. quare postquam paulo ante novas regni leges publicasset, quibus temporale illius dominium optime posset consisti, & à seditionibus deinceps liberari; etiam de sacris, & maxime de propaganda Fide sollicitus, intellecta remora, quæ à nonnullis, imo ab omnibus fere regni Baronibus Lutheranis injiciebatur subditorum conversioni; præhabita matura deliberatione, cui inte: fui, magno animo omnes, etiam ipsos Barones ad Catholicam Religionem assumendam compellere

lere decrevit; ita ut ordinatis certis terminis, omnes, aut gratis migrarent à regno, aut Fidei Catholicæ nomen darent. Quod decretum quamvis nonnullis rigorosum videretur, eo quod aliter educati, vel parum, vel nihil de Religione audivissent, vel ex eo, quod sine rebellione in Cæsaris obsequio continua summaque constantia perstitissent, nihilominus pensatis Cæsaris rationibus, majorumque exemplis, nemini valde iniquum visum est, quamvis aliam Religionem profiteretur. nam certo omnibus constabat, si victoria penes Bohemos fuisset, non tamdiu Catholici fuissent tolerati. Vt autem discretio, tolerantia, & prudentia Suæ Majestatis omnibus innotescat, libet ipsum tam proficuum decretum hic de verbo ad verbum inserere.

Nos Ferdinandus II. Dei gratia Electus Romanus Imperator, &c. Omnibus & singulis nostris subditis, & incolis ex omnibus quatuor Ordinibus hæreditarii nostri regni Bohemiæ salutem dicimus. Dilect, & fideles, notum est, & fatentur omnes, hæreditarium nostrum regnum Bohemiæ nunquam magis floruisse, & Deum propitiorem expertum esse, quam tempore Caroli IV. laudatissimæ memoriæ antecessoris nostri, summe honorandi: idque ob eam præcipue causam, quod ex singulari, & paterna cura, atque amore erga majores vestros, & dilectam patriam, pro summa sua prudentia providit, discrepantiam in Religione nullam firmam, & constantem pacem, & sinceram obedientiam, ac confidentiam tum erga magistratum, tum erga subditos in aliquot regno, aut regione afferre, aut conservare posse. Quapropter in regno Bohemiæ certas leges, & statuta condidit, omnibusque suis tam Ecclesiasticis, quam Politicis Officialibus, & Consiliariis mandavit, ut ante omnia summo studio, & vigili oculo

De Religione Catholica in Bohemia.

caverent, ne præter Sanctam Catholicam, Apostolicam, & solam salvificam Christianam Romanam Religionem (nam ab eo tempore, quo regnum à Paganismo ad Christianam Fidem conversum fuit, usque ad Regem Wenceslaum IV. nulla alia, quam Romana Catholica Fides in eo viguit) ulli perniciosi, & damnabiles errores, hæreses, factiones, & sectæ in regnum introducerentur, aut in eo tolerarentur. Nec minus notum, ac manifestum est, cum post obitum supradicti Imperatoris Caroli, regnante Wenceslao, oscitante forte ex nimia securitate, omnis generis errores, atque hæreses in hæreditarium nostrum regnum Bohemiæ irrepsissent, omnis generis turbas, diffidia, & factiones inter ipsos subditos, nec minus summe perniciosas seditiones, & rebelliones contra Magistratum exortas esse, quæ fere omnium subsequentium Regum temporibus durarunt, atque imprimis sub Imp. Rudolphi, & Matthiæ fælicissimæ memoriæ regimine renovatæ sunt, ac nostro tempore ita invaluerunt, ut nostri quoque subditi in dicto regno nos, nostros hæredes, successores, totamque domum Austriacam regno, & provinciis annexis contra auream bullam supradicti Imp. Caroli IV. privare, atque ita jure hæreditario prorsus spoliare conati sint. Vt igitur hæreditarium istud nostrum regnum Bohemiæ in fælicem illum statum restituatur, in quo temporibus sæpe dicti antecessoris nostri Caroli IV. fuit; nihil magis curæ, cordique habuimus, ex quo insignem illam victoriam ante Pragam de nostris rebellibus hostibus, & adversariis, Deo bene propitio, reportavimus, quam ut laudabile exemplum illius præclari Imperatoris Caroli IV. (qui suo tempore pater patriæ dictus fuit, & talem se ipso facto præstitit) conservando, & defendendo sanctam ac solam salvificam Religionem Catholicam, imitaremur. Sicut igitur

igitur ille nullas hæreses, aut errores in supradictum nostrum regnum hæreditarium Bohemiæ scienter invehi permisit; aut si illud clam factum est, omnes, & singulas Catholicæ Religioni adversantes sectas, & errores laudabili zelo expelli, & severe puniri mandavit: sic quoniam cum summo dolore intelligimus non Catholicos incolas, qui in hæreditario nostro Bohemiæ regno supersunt, nullum periculosa contra nos, & fideles, atque obsequentes nostros subditos consilia agitandi finem facere: propterea non solum ex officio regio, & æternæ salutis nostrorum subditorum causa (de qua nos Deo omnipotenti aliquando rationem reddere oportebit) & ad stabiliendam, ac propagandam firmam pacem, amorem, & concordiam inter fidos, & dilectos nostros subditos; nec minus ad conservandum, & in tuto collocandum nostrum, & nostrorum hæredum, ac successorum in dictum regnum jus hæreditarium; coacti fuimus edicto sancire, ut omnes nostri non Catholici, & in perniciosis hæresibus persistentes subditi, errores, & sectas, quæ post obitum Caroli IV. in Bohemiam irrepserunt, deserant, & ad S. ac solam salvificam, Apostolicam, Catholicam, Romanam Ecclesiam, & Religionem se convertant siquidem ob rationes supradictas, & propter conscientiæ stimulos nullum in posterum ex superioribus, & inferioribus ordinibus, in hæresibus, erroribus, & sectis tolerare possumus; sed æquum, ac justum, necnon divinæ voluntati, & mandato consentaneũ comperimus, ut omnes, & singuli nostri obsequentes, ac fidi subditi nobiscum in prisca Romana Catholica Religione, in qua nostri, & ipsorum majores pie vixerunt, & divina opitulante misericordia, beate ex hac vita migrarunt, consentiant. Quapropter jam ante ad instituendum, ac promovendum tam necessarium, salutare, & Deo gratum opus refor-

mationis, certos Commissarios constituimus, & illis ex Cæsarea, & Regia gratia injunximus, ut cum per se, tum per suos subdelegatos omni studio annitantur, quo supradicti nostri fidi, atque obsequentes subditi in Catholica fide probe, & solide instruantur, & ab hæresibus, atque erroribus ad rectam viam, & solam salvificam Religionem, atque ita ad obsequium S. Romanæ Apostolicæ, & Catholicæ Ecclesiæ perducatur. Cum igitur jam dictis nostris Commissariis inter alia mandaverimus, ut eos, qui sunt ex Illustrium, & Equitum ordine (ad quos hoc nostrum edictum specialiter dirigitur) intra sex menses ab illius publicatione, quem terminum tanquam satis sufficientem ipsis præfiximus, ad se convocent, eosque vel ipsi per se, vel per alios ad hanc rem ordinatos in Romana Catholica Fide instituant, ac post elapsum terminum, certo, ac bona fide referant, qualem se quisque in debito erga Deum Omnipotentem, & S. Catholicam Ecclesiam, nostrumque paternum, & clementissimum mandatum, quod ad æternam ipsorum salutem spectat, obsequio præbuerit: consultum duximus, omnes, & singulos nostros obsequentes, ac fidos subditos ex illustrium, & Equitum ordine clementissime, ac paterne exhortari (nam quod ad peculiares nostras, & Imperatricis dilectæ nostræ conjugis urbes, & subditos in proprietariis nostris dominiis, atque ad omnes alios regni incolas attinet, quomodo illi ad Catholicam Fidem adducendi sint; ea de re jam ante mandata dedimus, quibus nihil prorsus derogatum volumus) ut unusquisque fidelium supra dictorum nostrorum Commissariorum, aut eorundem subdelegatorum institutionem cupide, & ex animo recipiat, & habita suæ salutis, & utilitatis ratione, in sola salvifica S. Catholica Fide nobis, & universæ Christianæ Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ adstipuletur quod si quis non fecerit,

cerit, hoc Cæsareo, & Regio diplomate declaramus, nos post elapsum supradictũ sex mensium terminum nullum omnino in nostro hæreditario Bohemiæ regno diutius toleraturos, nec permissuros, ut in eo habitet, suaq; ibi bona possideat: sed volumus, ut Bohemiæ regno excedat, & bona, quæ habet, propinquis, aut aliis Catholicis incolis vendat, in quem finem, ut bona sua vendere possit, alium ipsi terminũ, nempe sex mensium, præfigimus. Ne quis autem existimet pecuniam tantum, & opes, non autẽ solam Dei Omnipotentis gloriam, & honorem, ac subditorũ nostrorum salutem à nobis quæri, hoc mandato ex Cæsarea, & Regia gratia edicimus, ut si unus, aut alter huic nostræ clementissimæ, ac decretoriæ sententiæ (cõtra nostrã spem, & expectationem) parere noluerit, ei absque ullo censu migrare liceat: insuper permittimus, ut ad bonorum suorum administrationem, & venditionem, atque ad exactionem suorum debitorum in regno (quę ut ipsi promptè persolvantur, sedulo, & quantũ jura permittunt, enitemur) quencã ex suis propinquis, aut alium aliquem Catholicum cum plena potestate constituere possit. Quoniã vero nihil nobis acceptius esset, quam ut è vetustis, & nobilibus familiis prognati, quorũ majores olim in nostro hæreditario regno Bohemiæ, antequã errores, & sectæ illud invasissent, Religioni Catholicæ addicti fuerunt, & in ea rebus secundis usi sunt, eandem Religionem amplecterentur, atque ita in regno manerent: Idcirco omnes, & singulos nostros obsequentes subditos paterne, & clementissime monemus, ut unusquisq; suum commodum perpendat, suumque animum introspiciat, ne ex justa Dei vindicta & pœna non tantum temporalium, sed etiam æternorum bonorum (quod tamen nulli evenire cupimus) temere jacturam faciat; sed potius errores, atq; hæreses (quibus ipsi, & eorum progenitores sedu-

cti, & inclytum hoc regnum, ac dilecta ipsorum patria in extremam calamitatem adducta fuit) ejiciat, & ad veterem Sanctam Catholicam Fidem revertatur, utque nobiscum in religione consentiat, operam det. Qua in re nostræ clementissimæ decretoriæ, & immutabili voluntati, atq; sententiæ obtemperabunt. Datum Viennæ, die Sabbati, festo S. Ignatio Sacro, Anno Domini M. DC. XXVII. Regnorum nostrorum Romani octavo, Vngarici decimo, & Bohemici undecimo.

Multos in Imperio hoc decretum commovit. Lutherani inde sperabant Saxoniæ Ducem commovendum, ac Cæsari offensum illius partes deserturum. sed Saxoniæ Elector nihil his commotus profugos omnes arcuit, & præpostere querulos expedivit. Plauserunt alii, ut plausibili quadam lætitia gestientes, etiam sua repeterent, & magno animo restaurationem disciplinæ Catholicæ aggrederentur. Comes enim Nassovicus, & Marchio Badensis præcipuè reliquum suæ ditionis expurgarunt. A civitatibus Imperialibus multi sua repetierunt, non valde se opponentibus illarum civitatum oppidanis, ob duas legiones peditum Ducis Henrici Iulii, & Ioannis Georgii Marchionis Anspacensis, quæ juxta Norimbergam stationem dudum habuerant, & recenter cum Norimbergensibus optime mulctatis, non sine periculo novi belli convenerant, ut dimissis oppidis Engelthal, Henfenfeld, Reichenschaung, Haxpurgum, Odenseos, & Offenhausen, quæ jam Cæsarei occupaverant, relictoque libere commerciorum usu; bonam summam signatæ pecuniæ, quæ militum stipendiis sufficeret, exsolverent. Hinc paulo ante Cæsar liberrime mandarat Magistratui Argentinensi, ut occupatas domus Canonicorum, claustra eorundem, cum omnibus emolumentis, ac fructibus jam elapsis redderent. cui mandato in urbe Argenti-

Nova Reformationis in Imperio.

Argentinen-

gentinensi affixo mox Senatus custodiam aliquot militum die, ac nocte destinavit, ne à seditiosis a-riperetur, eorumque insolentia propriæ imprudentiæ adscriberetur. deinde nedum elapso termino à Cæsare constituto, eidem decreto Senatus promptissime parendum censuit, atque evocatis Dominis Canonicis statim Claustrales ædes, quæ vulgo fratrum claustrum nuncupantur, consignarunt redditibusq; liberrime renunciarunt; rogantes tantum, ut de præteritis jam pridem absumptis, aliquid, vel totum remitteretur. Paulo post Duci wirtenbergensi à Cæsare imperatum, ut restitueret monasteria Lorsch, Brengenhausen, & Herbertirs, injectaque mentione aliorum monasteriorum Maulbrunni, Koningslauteren, & Bebenhausen, quæ omnia loca sacra singulis annis plusquam centum septuaginta millia talerorum Cameræ Ducali, præter expensas in magistrat⁹ erogandas, attribuebant. Huic Decreto Dux wirtenbergensis, de cujus integra fortuna agebatur, non ausus fuit eum opponere; sed fratrem suum Viennam ad Cæsarem submisit, ut extremam suæ familiæ ruinam deprecaretur. verum Cæsar constantissime, magna tamen prudentia, nihil remisit, dum aliquantulũ tempori cedendum ordinavit; donec etiam alii ejusdem culpæ socii communi edicto de Electorum consilio cudendo, à possessis bonis sacris arcerentur. Episcopo tamen Eistatensi contra Norimbergenses decreta fuit possessio monasterii Bilbenreut, cum omnibus attinentiis, literis, diplomatibus, mobilibus, ac immobilibus; cui decreto etiam Senatus absque ulteriori tergiversatione, metu vicinorum militum prompte paruit, longe alio stylo, quam septennio ante fecerant tam ipsi Norimbergenses, quam wirtenbergensis Dux, Marchio Badensis, Anspacensis, Hassus, & alii confœderati, quando à Cæsare & à Duce Bavariæ confirmationes injustarum

sium obedientia.

Dux wirtemberg. monetur.

Norimbergensib. imperatur restitutio.

detentionum similium fortunarum Ecclesiæ nisi sunt extorquere; aliter Cæsarem una cum omnibus Catholicis crudeli bello impetere, & quicquid Catholicis remanserat, adimere, totamque Catholicam Religionem extirpare minitantes.

Conventus reconciliationis Colmariæ. Non adhuc animo desponderat Fridericus Palatinus etiam post tot exilia, ac insignes clades perpessas; quin pristinæ fortunæ aliquo modo se reddere studeret. hinc cum initio hujus anni Lotharingiæ Ducem, & Ducem wirtenbergensem interpellasset, ut apud Cæsarem pro reconciliatione intercederent, & jam indictam diem ad pacis commercia Colmariæ obtinuisset, uti supra tetigimus; Legatos suos miris technis detinuit, ut videret, quo res Silesiacæ vergerent, at male cedentibus, illos quidem Colmariam misit; sed nimis opulentas reconciliationis conditiones „ obtinere voluit. Quis enim victor integram di„tionem (ut nomine Palatini postularunt illius „ Legati,) voluisset restituere? quis voluisset se*Superbia Palatini.* ctam tam perniciosam, qualem ibi aluerat, tolerare? qu s tot sumptibus factis indulgere? obtulit tantum Palatinus Electoratus dignitatem, ea ratione, ut post obitum Maximiliani Ducis Bavariæ, rursus illius filii illam obtinerent; ac post illius hæredem rursus illa ad unum ex Bavariæ Ducibus derivaretur. quæ oblatio forte Cæsaris delegatis, & Cæsari ipsi non displicuisset, si cætera pœnitentiæ signa respondissent. illis autem defi„ cientibus, cum obstinate noluisset Palatinus Ca„ tholicam Religionem admittere, neque controversis fortunis sacris cedere, nec grave æs alienũ suscipere; omnis reconciliationis spes evanuit, Deus autem è contra constantissimo, justissimoque Cæsari magis ac magis benedixit.

Baudisius fugit. Illius enim exercitus in Silesia hostium copias sub Baudisio fugientes insecutus, (cum illæ Pitscenam Poloniæ limitem petiissent, ac vastassent)

sent (prope Schaverinum aliud Poloniæ oppidum ad Nettam, insigni prælio commisso victor evasit; nam Pechmannus Cæsareæ militiæ submissę Præfectus, cum septem armatorum millibus obviam fugientibus Danis se fortissime dedit, quorum impetum ęgre potuit ab initio sustinere: verum supervenientes Croati septingenti majori strepitu Danos aggressi, tormenta recuperarunt, & ad fugam adactos dissiparunt; ita ut magna pars illorum postea à vicanis trucidata fuerit; & ipse Baudisius cum decem ex suis vix evaserit; cæterique omnes urbe Damensi exclusi miserrime interierint, aut in sylvas sese dudum absconderint. Tamen Cæsaris tantam victoriam non parum repressit mors ipsius Pechmanni, qui inter primos ordines certans, tormento majori ictus occubuit. erat secta Lutheranus, sed ingenio, fortitudine, bellorum experientia & constanti in Cæsarem fide apud milites celebris. quem universus exercitus deflevit. & Cęsar ad talis mortis nuncium ingemuit, non tam ad corporis, quam ad animæ, extra Ecclesiam occumbentis interitum suspirans. *Pugna inter Cæsareos & Regios.* *Obitus Pechmanni.*

Detinebat hoc tempore Cæsaris copias in Saxonia Danię Rex duplici exercitu; nam castra sua ad urbem Bleckede posuerat, ubi cum decem millibus urbem oppugnans, Præfectum Brandesteinium deserto oppido in arcem fugere coegerat; qui postea mutata prælii sorte cum vires recollegisset, ea fortitudine impetum retudit; ut frustraneam oppugnationem Rex præcavens receptui canere coactus fuerit. non multo post pejori omnino fortuna in Croatorum milites incidit qui occisis octingentis, alios in Albim fluviũ adegerunt, alios turpi fuga salutem quærere docuerunt, totumq; fere illum exercitum dissiparunt. Quod animadvertens Rex tam male sibi, suisq; cessisse, pertæsus in Cæsarem bella, desperatione quondam suos in Ducatum Luneburgensem *Dania Rex oppugnat Bleckede.* *Desperatio Regis Daniæ.*

gensem immittens, miseros subditos gravissimis molestiis affecit, & Brunsvicenses omnes flamma perdere decernens arcis Guelphorum præsidiarios excitavit, ut frequentissimis excursionibus patriam infestarent; sperans forte inde milites Cæsareos Havelbergam, ubi alter erat exercitus, deserturos, vel ibidem remissius obsidionem curaturos. Deduxerat enim illi alterum exercitum in ditionem Brandeburgensem, non procul ab Havelberga, quo cum castra Cæsareanorum ad Sandovvium excubantia temeratie satis aggressus fuisset; fortuna inibi illi adversa fuerat: quare in templum Havelbergense, quod Cathedralis ædem refert, & in monte situm civitati imminet sese receperunt; atq; inde civitatem, ditionem Brandenburgicam, Cæsareaque castra graviter infestarunt. Quapropter Elector Brandenburgicus, ut prius Brunsvicensis fecerat, subditos suos è castris Danicis revocare decrevit, plerique enim non ex plebejo, sed ex equestri, & civium ordine, & Regi militabant, & in propriæ patriæ perniciem illi exactiones imponenti assistebant. imò præsidia habentis Ruppini, Frisaci, Zedenici, & Liebenvvaldi sumptus menstruos à Bandenburgicis exigebant. postea illos, licet serius Cæsari fidus, sub gravi pœna revocavit, ac solis Cæsariis copiis necessaria quæq; præberi mandavit; imo omnes suos, tam equestri loco natos, quam cives, & rusticos cis, & ultra Oderę flumen commorantes, equis validissimis, servis, pulvere tormentario, globulis, & omnibus armis instructos ad omne signum adesse jussit, ut hostes propulsarent: ideoque etiam Cæsarea presidia Berlini Francofurti, & alibi libenter admisit, adeo copiosa, & jam Marckam Brandenburgicam possent imperio suo subjicere, & libere superatis confidere. Ex hac tam propitia Electoris Brandenburgici erga Cæsarem voluntate, nata fuit fama, illum Catholicæ Religioni

Dania Rex Havelbergam ducit.

Brandenburgicus revocat suos & Cæsari obedit.

Spes de Electore Brandenburgico ad Catecism...

gioni nomen daturum. cujus felicissimi nuncii famam auxit; quod non ita pridem multos è suis prædicantibus, quod vehementius populum concitassent, officio privasset, modestioribus aliquot substitutis, per quos auctoritas, & obedientia Cæsaris stabiliebatur, & singulis integra fides erga Suam Majestatem serio commendabatur. proinde nonnulli Lutheranam sectam apud suos subditos eum nandam arbitrabantur, ut paulatim Elector sese legibus Imperii conformaret, quod alioquin in Calvinismo valde difficile cognoscebatur. neq; hæc mutatio multis displicebat, qui aliquando hinc quietiorem Germaniæ statum sperabant; displicebat tamen omnibus, quod non ita pridem innotuerat, de ejusdem Electoris sorore Catharina paulò ante Bethlemo Gabori desponsata, ac tunc de successione male sollicita. quæ licet Germanico sangvine orta, & Imperii Romani Princeps; nihilominus paulo ante feudum, seu investituram Transylvaniæ post obitum mariti à Turcarum Imperatore petierat, & obtinuerat, ita tamen, ut ipsa foret deinceps amica amicis Turcarum, & inimica inimicis illorum, singulisq; annis offerret dona magni momenti, quibus hanc gratiam ab ipso Imperatore Turcarum agnosceret; nec non aliis conditionibus Christiano nomine indignis, quæ tamen Elector Brandenburgicus paulo post apud Cæsarem excusavit culpam omnem in Bethlemum raiciens, & ipse in obsequio Suæ Majestatis perseveravit.

tholicam Religionem.

Investitura Transylvaniæ à Turcis facta.

Hoc autem in loco non incongruam illius investituræ expositionem putavi, tum ad rerum cum nostro instituto conjunctarum eruditionem; tum etiam, ut complures nostrorum Principum qui Christo Sole irradiati gloriati, vix tamen ipsi Christo (tantum in Christi ministros irreverentiam stomachantur) caput submittere dignantur; sapientiam addiscant à cæco, ac bar-

baro Tyranno qui eum sese supra mille attributorum sydera veluti quid divinitatem sapiens, extulerit; ratus est altiorem quendam cœlo ipso tronum eminere qui humilitate præfulgens, inviolabili non in Deum modo, sed in Dei ministros obsequio, ac cæca reverentia stabilitur, ubique superbissima. sed non minus honesta ambitione residere ausus est, dum se non Mahumeti mancipium, sed Mechæ, ac Medinæ, in profundi-
,, orem Mahumeti reverentiam, professus est. E-
,, nimvero tam alta sapientia à solo forsan Spiritu
,, sancto longè superari potuit; dum Romanum
,, Pontificem, qui Rex Regum esse debet, servum tamen Dei servorum, & quidem omnium, voluit nuncupari.

Turcarum Imperatoris tituli.

Ego, qui infinitis gratiis, justi: magni, & Omnipotentis Dei, Creatoris Cœli, & terræ, immensi, incomparabilis, & æterni, innumerabilibusque miraculis majoris suorum Prophetarum ornamenti mundi, Solis universi, sancti Mahometis Mustafa, qui sit benedictus in æternum, ac quatuor sociorum ejus, necnon deprecationibus beatarum animarum omnium Sanctorum, & Prophetarum, sum Monarcha totius Monarchiæ ab Oriente, & occidente, dominator mūdi, possessor inclytorum regnorum Europæ-Arabiæ, & Persiæ, successor Cæsaris & Gemmi, donator coronarum Regibus Terræ, umbra Omnipotentis, secundus Alexander Magnus, servitor, & Minister duarum augustissimarum Domuum Meçę, & Medinæ inter omnes civitates mundi nobilissimarum, & super omnes alias habitationes terrenas excelsarum, & Sanctæ Ierusalem, Dominus Labsæ, Catafæ, Ægypti, Temen, Sanaç, Aden, Basiozç, Habsh, Tuas n, Merash, Saidç, Damasci, Domus salutis, Haleppi, Tripoli Soriensis, Nihavend, Belengviam, Baruti, Aschilan, Mesopotamiæ, Amadici, Van, Arsici, Cars, Erdeam, Cilderzehem, Cuti, Georgani, Carbag., Schi-

tez.l.

rezul, Curdi. Natoliæque, Greciæ, Caramaniæ, famosarum Vestium ferri Daghistan, & Vurchistan, Campaniarum, Chiberack, Bogdaniæ, Balachiæ, maris albi, & nigri, & maris Kulzum, regnorum Terckidilem, Constantinopolis, Invidiatæ, Regi, Zulcadriæ, Mecahl bellicosæ, & armigeræ Algeri, Tripolis Barbariensis, Tunesis, Cypri, Ocri, Rhodi, Votalis, regni Grecæ, Temisuar, Bosnæ, Canisæ, Agriæ, Budæ, domicilii belli, Caphæ, Trabisondæ, & aliorum infinitorum regnorum, populorum, provinciarum, habitatorum, pagorum, & inexpugnabilium arcium Princeps, Imperator, Monarcha, Rex Regum, Sultanus filius Sultani Muratanu, filius Sultani, Ahmedus, filius Sultani, Mehemffam filius Sultani Muradhanus, &c.

Majori impetu Havelbergam oppugnare constituerant Dani ponte supra Butzenburgum instructio, per quem transire satagebant. sed Cæsareis è munimento è regione alterius Danicorum erecto, transitum aliquandiu præpedientibus; illi paulo inferius pontem constituentes, & magno numero transeuntes, concurrentibus Mecheburgensibus ignem præfatæ civitati Havelbergensi injecerunt. quo consternati Cæsarei, deserta urbe, ad vicinum lucum concesserunt, verum paulo post retrogressi, urbem strenuè defenderunt; Dani è contra dum dudum è Vuero auxilia sperassent, de possessione ejusdem urbis desperantes; tam munitionem prope Ardenburgum, quam alias non contemnendas, ad Boutzenburgum reliquerunt. Quare Dux Luneburgicus paulo ante minoribus navibus, quæ tignis commode necti poterant, instructis una cum militum præfectis eò præfectus est; & Danis alterum munimentum insula Havelæ situm defendere, sed frustra nitentib⁹, magno impetu irrumpens, eos ad fugam compulit. Pariter Tillius dum nocte albim ponte jungere parasset, Dani rescisso

Havelberga oppugnatur.

Fuga Danorum.

scisco ponte. & munitionibus præsidio nudatis, fuga dilapsi sunt; tam pravo cæterorum præsidiariorum, qui Havelbergæ erant, exemplo. ut & illi quamprimum traductam Georgii Ducis Luneburgensis aciem viderunt; sponte sua inde abierint, & sese in tutum receperint. recessit postea exercitus Danicus versus mare, ubi sperabat Rex se non solum Ducem Mechelburgensem habiturum, sed & civitates Anseaticas, Lubecam, Hamburgum, ac Bremam suæ expeditionis sociaс. & ideo eas ad conjungendas vires invitavit. sed & hoc frustra; nam illæ animadvertentes Cæsares fælicitatem, prudenter sese excusarunt. Quare quo patriæ Holsatiæ, aliisque regionibus profi.eretur, filius ipsius Regis cum Equestri ordine Holsatiæ, & Slesvicensibus, necnon cum seditiosis rusticis Segenbergam appulit; ne vel à Lubecensibus, vel ab aliis à tergo imminentibus, parens invaderetur. in quem finem etiam non procul ab Hamburgo munimentum longe maximam erigi præcepit tumultuaria architectorum Hollandicorum opera, in quo indies 5000 subditorum laborabant.

Sollicitantur urbes Anseaticæ.

Rex in Mechelburgensem ditionem tendit.

Rex, evocato Marchione Durlacensi, & Duce Bernardo Saxone Vinariensi, Slammersdorfio, alisque suæ militiæ præfectis in Mechelburgensem ditionem concessit, ubi copias viginti navibus impositas expectabat, ut inde Cæsareos prohiberet; nam Wallesteinius ex Silesia per Marchionatum Brandenburgensem in Mechelburgensem ditionem volens irrumpere jam Gutterbock um primos ordines quinque millium sub tribuno Arnhemio transmiserat, & ipse cum reliquo exercitu modicis itineribꝰ sequebatur Tillius ab alia parte non solum arcem Guelphorum obsederat in Brunsvicensi ditione cum legionibꝰ Cortēbachii, Eckstadii, Herbersdorfii & peditibus Pappenheimii, Ervvittii, sed etiam ad Visurgim Neoburgum cum aliis Comitis de Grons-

Obsidetur Wolfenbuttlum.

Gronsfeld tribuni Valbot, Assenburg, Anhold, Gallus, Bock, qui fretum hostibus Biema ad-scendentibus sub ductu Morgantii inj ciebant, præpedientes, ne commeatus, aut arma, præfatis arcibus importarentur. Quod cum aliquoties illi pertentassent, aliquot velitationibus superati, receptui cecinerunt. Rex ipse obsessos suos deseruit, uti & munimentum Winsense, tanto studio, & arte præparatum, proximumq; Hamburgensibus, illorumque præsidio firmatum, sed, ut verebantur multi, Regi ab oppidanis concessum, ut haberet, quo se tempore periculi reciperet. suspicionem auxit magna Regis cum illis familiaritis non solum commercii, & navium, sed etiam propriæ personæ, quam Hamburgum libere, & familiariter intravit, cum excubiis loquebatur, magnoque honore passim à civibus afficiebatur. quæ cum in fraudem fieri viderentur. non defuit officio Cæsar, quin Hamburgenses moneret, ne deserto supremo capite Imperii, legitimo tutore, protectore, ac defensore sui commercii, alienum æmulum respicerent. Iam alias inquiebat Cæsar, serio se monuisse civitatem de variis pacem Imperii perturbantibus; inter quæ recensebat Calvinistarum in ipsa urbe Hamburgensi nidulationem, severis Imperii legibus alioquin exclusam Catholicam insuper « rejectionem, in urbe Hamburgensi satis frequen- « tatam, quando vel civis, mercator, opifex, vel etiam mediastinus aliquis deberet admitti, Catholicæ Religionis præpeditum exercitium: cum è contra Anglorum, vel Puritanorum scholæ, ibidem instituerentur, neque commercia, lucra, & improbæ nundinationes poterant multum tam malæ causæ favere, ut bonam Religionem excluderent, cum etiam à Catholicis haberent sufficientia commercia, maximè ab Hispaniæ Rege, à quo possent aliquando etiam intuitu tam iniquæ societatis excludi, ac proinde illo

Obsid tur Neoburgum.

monc-

monebat, ut mitius erga Catholicos se haberent, & Cæsaris totius Romani Imperii capitis legibus obtemperarent, quod idem paulo post occupata prius Bötzenburgensi arce, & Lavvenburgo deditione accepto; Tillius aliquot litteris præstitit, continuato itinere cum exercitu Hamburgum, postulans à Magistratu ibidem ob illius accessum exterrito, ut locum telonio civitatis destinatam, & aliàs Regi Daniæ concessum suo præsidio munirent, & Cæsaris admitterent, ut naves, & nautas Cæsaris obsequio præpararent; Hollandorum Legatum, ac præfectum Hatsfeld è sua urbe dimitterent, Anglorum etiam Legatos contra Cæsarem conspirantes rejicerent, & pacem Religionis in Imperio è tot annis publicatam servarent. Quæ omnia Hamburgensium Legatus Vincentius Mullerus se senatui propositurum promisit, & ad deliberandum respondendumque octidui spatium impetravit, quo tempore nihil feriatus Tillius post occupata omnia munimenta Regis Daniæ ad Albim, Nieuhusium, Stilhornium, & Harburgum invasit, tanto terrore incusso, ut Rex viritim omnes Holsatos, quotquot arma ferre poterant, ad tuendam patriam evocarit.

Monentur Hamburgēses à Cæsare.

In tantis Holsatiæ, totiusque Saxoniæ inferioris periculis Administrator Hallensis, seu Pseudoarchiepiscopus Magdeburgensis per Angliam, Galliam, & Venetias ad Bethlemum Gaborem profectus est, ut ubique extremo tempore auxilia pro Rege Daniæ impetraret. quæ cum Hollandi post speratam expugnationem Grollensem liberalius promisissent; Angli, & Galli, licet ab Hollandis, rogarentur particulari Legatione, ob fervens bellum inter illorum Reges, pertinacius subsidia negarunt, Veneti vero diu tergiversati, tandem Legatum ob jus gentium ad Bethlemum dimiserunt, qui honestissimè sese illo tempore excusavit, ex eo quod constabat Turcarum Imperatorem

Legationem obit Pseudoarchiep. Hallensis.

ratorem in magnis augustiis versari circa Babyloniæ oppugnationem, quæ jam centum mille milites absumpserat, & alios centum mille desiderabat, fælicem rei eventum desperante fere Calillo Purpuratorum Principe; maxime ubi circa idem tempus Emirus Suldanus à Turcarum Imperatore defecerat, & seditionem continuans, Prætorianorum militum Præfectum cum copiis sibi adjunctis oppugnabat, non sine periculo perdendi integrum Ottomannicum Imperium. cui ut ipse Bethlemus consuleret, pacem cum Romanorum Imperatore fovere decreverat. quare tam Hallensem administratorem, quam Lumpenburgicum Zerotinum & Moraviæ profugos, opimas conditiones proferentes, respuit, taliaque postulata in alia omnino quietiora tempora rejici voluit. imo ne Cæsar à pace inita resiliret, Turcarum Legatum internuntium post revocata fœdera, cum muneribus itineri accinctum, ad accelerationem ursit; Cæsaremque ad patientiam exhortatus sua officia obtulit, & hostium illius technas fidi animi testimonio detexit.

Bethlemus se excusabat.

Clades Turcarum.

Urgetur à Bethlemo Legatus Turcicus.

Indictus interim fuerat Principum Electorum Conventus Mulhusii in proximum mensem Augusti, ubi de reconciliatione Palatini, de Daniæ Regis injusta expeditione; de ponendis armis, de pacis ratione in Imperio constituenda, & de aliis rebus ipsis Electoribus molestis, ac Cæsareæ fortunæ non satis faventibus, quæ particulatiter in Imperio occurrebant; agendum erat: sed vix stabile aliquod tempus huic Conventui reperiebatur. Dudum etiam controvertebantur; quinam forent admittendi, an soli Electores, an Principum Legati, an ipse Cæsar. Varii etiam eventus, plerumque fælices pro Cæsareo exercitu, in dies statum causæ & consiliorum rationes immutabant. Non ita pridem Cæsar consultus, & sollicitatus præcipue ab Episcopo Augustano, Constantiensi, & Wormatiensi, nec non ab Ab-

Conventus Mulhusi.

„ bate Cæsariensi,& ab aliis gravatis ut restitutio-
„ nes monasteriorum, Episcopatuum aliorumque bonorum Ecclesiasticorum aggrederetur, contra Ducem Wirtembergensem, & Marchionem Anspacensem, in quorum manibus adhuc erant cœnobia Lorchæ, Brezenhusiense, Herbertingense, Mulbrunnense Coronæ Regiæ Bebenhusianum, Heilbroñense & Reichenbacense, quod olim Cæsar Rudolphus II. in favorem Episcopi

Gravamina Cæsari à Catholicis data.

Cæsar consu'it Electores per literas.

„ Constantinensis inceperat urgere. Quare Sua
„ Majestas ipsos Electores Imperii consulere vo-
„ luit, an ea, quæ merito exigebantur, nunc tan-
„ dem defunctis tot bellis, deberent restitui; neque enim de causæ justitia quæstio erat, sed de executione, quam Sua Majestas absque Electorum judicio, ac voto solus noluit contra plurimorum mentem aggredi illo tempore, cum uni adhuc præcipitata, plena periculis, ac novarum turbarum origo videretur aperienda, si à singulis malæ fidei possessa,& contra jura detenta importunius exigerentur. Neque enim unius, aut paucorum hic causa ventilabatur, quamvis sub paucorum nomine discuterentur ea, quæ nominatorum monasteriorum erant, & contra solos Principes Wirtembergensem, ac Anspacensem. Agebatur enim non minus de Argentinensibus, Vlmensibus, Norimbergensibus, cunctisque civitatibus Imperialibus, necnon de universo fere districtu inferioris Saxoniæ, de Episcopatibus Magdeburgensi, Bremensi, Halberstadiensi, Verdensi, Mindensi, Caminensi, Havelbergensi, Swerinensi & de omnibus post transactionem Passaviensem, contra jura, consuetudines, ac pacta per diversos Principes, Respub. Dynastas, Proceres, ac nobiles invasis, quæ sicut in Duce Wirtembergensi, ita & in omnibus aliis locum erant habitura.

Responsio Electorum ad

Ad hanc quæstionẽ tam difficilem generaliotibus rebus dissimulatis, Electores tali fere respon-

sponso Cæsari responderunt: Non posse latere Cæsarem *Cæsarem.* Suam Augustissimam Majestatem, nec acta Imperii sub anno 1555 non callere, quanta, quamq; intolerabilia fuerint Catholicorum gravamina, quam justæ querelæ, quamq; frequentes ob nobilissimas fundationes, monasteria, & bona ipsis paulo post Pataviensia concordata contra Religionis sacrosanctæ fœdera, ac jus ipsum commune cum summo tam divini honoris, quam Ecclesiæ Catholicæ præjudicio violenter erepta, violata, eversa, ac tam pertinaci conatu detenta, & quod non defuerint, qui à Majestate Cæsarea & Statibus Catholicis propositis funesti belli minis præfatorum bonorum, fundationum, cœnobiorum (utpote circa quæ transactionem, aut amicam compositionē admittere nollent) omnimodam cessionem, ac perpetuam abdicationem extorquere niterentur; sub futili illo & vano prætextu, quasi bonorum Ecclesiasticorum conservatio, & immunitas, substantiale punctum sancitæ pacis Religionis non esset; cum tamen eorundem bonorum conservatione, ceu basi nitatur Ecclesiastici status salus, cui non minus, quam sæculari, Religionis sacris fœderibus prospectum voluere, tum Catholicæ Religionis, tum Augustanæ Confessionis assectæ, ut nisi Ecclesiæ Catholicæ bona hisce fœderibus tuta esse possent, ipsa etiam fœdera evanescerent. Et quamvis Protestantes illi, qui post ictū Religionis fœdus nobilissimas fundationes rapuere, & Religiosis pulsis, patrimonii Ecclesiæ dominiū sibi arrogarunt, adeo sensum pacis Religionis pervertant, & eo usque detorqueant, ut ea salva licere sibi opinentur Religiosos terrarū, & Principatuum suorum incolas, à Catholica antiqua Religione, & statu, ad quem se voto obligarunt, ad Augustanam confessionem urgere, & cogere; esse nihilominus in comperto, nec negari à quoquam posse, hujusmodi Religiosos una cum suis cœno-

Audax Protestantium postulatum anno 1619. in Conventu Norimbergensi.

Religiosi exempti.

biis, & redditibus ab omni status sæcularis jurisdictione penitus exemptos, ac sæcularem statum illis defensionis prius nomine obligatum, & obstrictum esse.

His addiderunt Electores, pacta religionis in hisce præsertim casibus luce ipsa clariora existere, nullumque usquam locorum Augustanæ confessionis affectis jus, quocunq; tandem illud nomine censeatur, attribuere in cœnobia, & fundationes, ubicunq; locorum existant. Neque Catholicos status restitutionem bonorum, & cœnobiorum ante Pataviensia pacta ipsis ereptorum, quā sub nullo Imperatore non postularant, tam facile condonaturos fuisse, nisi desiderio & certa spe reliqua conservandi fuissent illecti. Distinxerunt etiam controversias, neque enim illæ erant, an incolis territorii contra territorii dominum vi pacis religiosæ mandata decerni possent; sed potius in jure communi, & pace profana cardo quæstionis verteretur, vi cujus nemini permissum erat, alteri vim inferre, aut quempiam possessione sua exuere, cui juri hactenus nulla Imperii Comitia, nullæve constitutiones, aut leges derogaverant: imo si Religiosis fœdera obscura fuissent, juri tamen communi standum fuisse, quoadusque ambiguitas ista legitimo modo tolleretur. Ac tandem existimarunt quæsitas, ac prætensas in Religiosos, ac cœnobia in sæcularium dominorum ditionibus existentia, jurisdictiones, quamvis extra controversiam forent, tamen eas non nisi ad Religionem præcisæ, nullo modo ad bona, & possessiones sese potuisse extendere, ac proinde Religiosis non minus quam sæcularibus jus emigrandi, ac suas possessiones distrahendi, pretium secum auferendi in usus suos exponendi integrum, ac illæsum necessario mansisse.

Jus naturale quid doceat.

Resolutio Electorum.

Ex quibus omnib⁹ deduxerunt Electores, Majestatem suam uti Ecclesiæ Catholicæ, ac subditorum

torum ejus supremum advocatum, & protectorem non solum ad Episcopi Constantiensis instantiam, restitutionem cœnobii Reichenbacensis rectissime mandasse, verũ etiam ad eandemmet restitutionem urgendam circa monasteria ab Episcopo Augustano, necnon ab Abbate Cæsariensi quæsita; imo & quævis alia post concordata Pataviensia erepta, jus, ac justissimas causas habere. Præsertim cum piæ memoriæ Cæsar Rudolphus decreto quodam 27. Iulii, anno 1599. Electorum Palatini, Saxonis, & Brandenburgici, Legatis Pragæ dato, expresse senserit, Ecclesiasticorum bonorum conservationem substantiale punctum pacis religiosæ esse, eiq; in Imperio antecessores pollicitos esse; in eventũ compositionis sese ita dispositionem facturos, ut jus suum cuiq; integrum, ac spoliatis ad sua postliminio redeundi facultas maneret. Maxime vero suæ Majestati licere sententiam ferre, cum alius nemo posset hujus causę esse judex aut arbiter. Hoc quidem prædecessores non fecisse, ne Imperium turbarent, neve status inter se committerent: quare admodum lente, ac meticulose ad controversiæ decisionem progressos fuisse. Eum tamen metum esse sublatum, quando imperium à Turca à quo sibi tum temporis male metuebat. erat liberum & major apud status Imperii erat Majestatis Suæ auctoritas, ac potentia, cum justitia, & bonitate causæ conjuncta, ut credibile non esset futurum, reperiri quempiam, qui ei, ejusq; legitimis dispositionibus refractarium sese exhiberet.

Cæsaris Rudolphi sententia.

" *Rationes* " *Princ.* " *Electorum.* " " "

Hoc tam claro, justo, & constanti voto obtento ab Electoribus Catholicis, Sua Majestas adlaboravit, ut eisdem consentiret Elector Saxoniæ, illumq; speravit omnino ita facturũ in Conventu Mulhusino, atque in hunc finem D. Petrum à Stralendorf Imperii Vicecancellarium, hominem in rebus imperii versatissimum, una cum D. Hermanno Questemburgio, insigni inter cæte-

Elector Saxoniæ inducitur ad eadem.

tos Consiliario, eò ablegavit, ut tam de his, quam de aliis gravaminibus, hactenus justitiam, disciplinam, ac religionem præpedientibus semel
" consentientibus votis determinaretur. Ego et-
" iam in re tanti momenti, ex qua salus Imperii
" pendebat, vigilantissimus Vienna, licet maximis expensis, virum versatum destinavi, qui nomine Sedis Apostolicæ constantiam Electorum promoveret, & decretum laude dignissimum nomine Sanctitatis suæ urgeret, maximè illo tempore, quo plures undique accurrebant, ut ipsorum fortunis consuleretur. Sic Brunsvicensis, sic Holsatus, Mindenses, Luneburgicus, Landgravii Hassiæ, Wirtenbergensis Dux, Duces Saxonici, Vinarienses, Coburgenses, & Altenburgenses, in-
" super Hispanici, & Gaborei Legati. Quidni etiam
" Sedes Apostolica, cujus res vel maxime agebatur, mitteret, qui sollicitam manum adhiberet? Quid autem actum fuerit, postea referemus, neque enim hoc mense Augusti, nec sequenti initia Comitiorum fuerunt.

Hamburgenses & Lubecenses, cum Cesare conspirant.

Favit tamen Deus bonę voluntati, & cum nonnulli de exitu illius dubitassent, si forte Rex Daniæ repararet suam fortunam, vel si Principes omnes Protestantes una cum civitatibus liberis, atq; Anseaticis conspirarent; ecce ad literas Cæsareæ Majestatis, & Tillii, tū Hamburgenses, tum Lubecenses Cæsaris obsequio se dedicarunt, annonam, arma, transitum, & quicquid absque illorum damno, aut periculo posset Cæsareis prodesse, liberaliter obtulerunt. Wallesteinius etiam jam creatus Fridlandiæ Dux, una cum suo Legato Slitkio, adulto mense Augusti, Havelbergam appulit, & mox exercitum universum, fugato Durlacensi, in Mechelburgensem ditionē deduxit, & statim à civitatibus Rostochiensi, ac Wismariensi stipendium mille equitū, vel menstruatim 15. m. talerorum postulavit. Dum ergo exercitus in Mechelburgensem ditionem esset deductus,

ctus, suprema capita exercituum Cæsaris, ac Bavarici Ducis, seu Catholici fœderis Lavvenburgi convenerunt, & de invadenda Holsatia deliberarunt, neq; illud difficile videbatur, impetrato transitu, ac commeatu ab Hamburgo, ac Lubeca. Quare Tillius absq; longiori deliberatione initium facere voluit magis ad sinistrā deflectens, Binneburgum oppugnare decernens, dum Wallesteinii exercitus magis ad dexteram inclinans, in duas partes divisus, partim medio itinere non procul à Tillii exercitu, partim vero versus Lubeckam omnino ad sinistram properaret. Prius tamen ante solutum Conventum Lavvenburgensem, duo Generales Ducem Holsatiæ, conditiones pacis proponentē, audiverunt. Verū cum illæ non essent pro victoribus, sed adhuc Regiam Majestatem Daniæ saperent, nullo modo pacem admittere voluerunt, nisi prius Rex Daniæ ab armis discederet; officiū Præfecturæ districtus Saxoniæ inferioris deponeret; omnibus actionibus erga Ecclesias sacras valediceret; Imperii Romani feuda, & telonia restitueret; Glükstadium traderet; belli expensas ferret; omnino Brunsvicensi Ducatu cederet; damna Duci Lunenburgensi incendio causata refunderet; omnibus fœderibus contra Domum Austriacam, & Imperii Principes nuntium mitteret; telonio Sundæ non nisi pristino more uteretur; denique nisi de his omnibus idoneam cautionem præstaret.

Conventus supremorum Ducum Lavvenburgi.

" Commerciū " pacis tentatum à Duce " Holsatiæ.

Hæc cum Daniæ Rex citra extremum suum damnum facere non posset, neque vellet; uterq; Generalis modo prędicto in Holsatiam tetendit. ac mox Tillius non sine periculo vitæ Binneburdum, ubi ictu sclopi petitus fuit, expugnavit; Slickius vero, qui ad dexteram progrediens, Marchionem à Durlach cum suis copiis in angustias insulę cujusdam redegit, ut vix evadere posset; & Wallesteinius medius Steinbergam fœliciter obtinuit. solus Rex Daniæ minimè sibi con-

Exercitus Cæsarei in Holsatiam.

ftans, nunc Crempenam, nunc Glückstadium infæliciter petens; ex desperatione proprias civitates igne injecto perdidit; & rustici, ut aquæ intumescerent, obices notis in locis opposuerunt. E contrario vero juxta Albim, & Visurgim ad obsidionem arcis Guelphorum, & Nienburgi adhuc Cæsarei, necnon Bavarici excubabant, maxime ut auxiliaribus Hollandicis, sub ductu tribuni Morgantii procedentibus, occurrerent. Illas itaque copias non multo post exceperunt tanta fortitudine, ac prudentia, ut ademptis omnibus impedimentis copias totas dispersennt, ex quibus aliqui Visurgi absumpti sunt, & centum circiter in potestatem Cæsareanorum devenerunt. Ne autem Nienburgum, & Guelphorum arx ullo modo evaderet, Tillius relicta Holsatia Ducis Fridlandiæ exercitui, totum se in ditionem Brunsvicensem convertit, serioq; illas urbes obsideri jussit. Increbuerat enim fama totum Hollandorum exercitum mox Grolla devicta, in Brunsvicensem ditionem adventurum, ut obsessos liberaret. Quare huic periculo Tillius occurrendum duxit, & obsidendo præfata loca, optima hyberna in Bremensi Archiepiscopatu quæsivit, ut quietus lassos exciperet. hujus deliberationis initium sub ipso Tillii adventu fecit Comes Anholtinus juxta Otterbergam, & Stadenam munitionem, cum mille equitibus exploraturus hostiū agmina; & cum in Dalvvigium Anglorum tribunum incidisset, ex illius copiis duas turmas prostravit, tertiamque dispersit, præter captivos, totum pontium apparatum nanciscens. ex quo postea sequuta est deditio civitatis Northaim. Dux Fridlandiæ interim Itzeho, Wilsteram, Segebergam, & Bredenburgam in Holsatia non sine effusione sanguinis ab utraque parte occupavit, & Slickius copias Durlacensis juxta mare observans deletis duabus legionibus Bernardi Ducis Vinariensis, & Nellii; cæteros ita arctè continebat,

Tillius relinquit Holsatiã Cæsareis.

Anholtini victoria.

Delentur copiæ Durlacensis.

ut vel aquis deberent se committere, vel ipsius arma perfringere: acquisierat enim jam octodecim tormenta obsessorum, sperabatque se non multo post cæteras hostium copias deleturum, & signa omnia in suam potestatem redacturum.

Cæsar interim, ut vicinior esset Conventui Mulhusiano, Pragam bonis auspiciis profectus est, relicto Viennæ, ac in tota Austria Gubernatore Cardinale Dietrichsteinio, necnon filio Archiduce, studiis suis sub optimis pædagogis invigilaturo. Ante discessum singulariter laboravim⁹, " ut Austria absente Sua Majestate reformaretur, " quod etiam impetravimus, quando rigidissima " decreta adversus hæreticos latentes (de quibus postea latius) obtinuimus. Pragæ vero ipsemet Cæsar reformationi manum apposuit, & non infrequenter designatos Commissarios de fructu hactenus facto examinavit, tarditatem arguit, & remoras omnes amoveri mandavit. summe juvit multorũ reductioni abjuratio hæresis paulo ante facta à Comite Wolfgango Mansfeldio, arcano Consiliario Electoris Saxoniæ, nam & ille insignem suæ mutationis rationem reddidit, tum apud Electorem Saxonicum, tum apud Bohemiæ proceres, & paulo post totam suam ditionem in Bohemia, & multos alios ad agnitionẽ veræ Fidei viam aperuit. Soli aliquot rustici prope Kuttenbergam, & Bennissavium seducti à quodam Silesio profugo apertius obstiterunt, quando alii rustici, nedum coacti, iram dissimularunt.

Cæsar in Bohemiam tendit.

In vicinia Bohemiæ erat Palatinatus superior, jam dudum à Bavaro nomine Suæ Majestatis de- " tentus, in eo sobrie satis reformatio fuerat instituta: nam præter voluntarios nullus ad ædem tedierat, ex voluntariis tam pauci, ut vix decem possent numerari, qui adhuc plerumque à sociis incolis irridebantur, & explodebantur. Cæsar itaque sub suo in Bohemiam adventu moni- " tus ab Electore, instaurationem Religionis in "

Reformatio Palatinatus Superioris.

„ præfato Palatinatu demandavit, quam etiam Bavarus in se libenti animo suscepit, strenuam exhibens operam, ut omnes ejusdem provinciæ incolæ ad Catholicam Religionem reverterentur. in quo notavi faciliorē omnino fuisse obedientiam, quam in Bohemia, in Moravia, vel Austriæ; neque enim tot discesserunt, aut extrema comminati, ac desperabundi restiterunt, sed turmatim, cum aliter non possent, nomen Catholicæ „ Religioni dederunt. cum autem causam hujus facilitatis requirerem, intellexi ab uno extremo in aliud extremum faciliorem esse transitum absque medio: facilius enim superbus Calvinista, aut rigorosus Lutheranus fiet Catholicus, quam tepidi, ac molles Lutherani, qui semper speciosa pollicentur, & nunquam serio animum applicant veritati, vel minus de Religione solliciti, sordide in suis erroribus securi tota vita sua voluntantur.

Bavariæ Ducum & Episcoporum opera.

Magnam in hac reformatione superioris Palatinatus operā adhibuit Episcopus Ratisbonensis, & Eichstadiensis per suos, quos submiserant, Archidiaconos, & doctos Parochos, quibus Bavariæ Elector congruam sustentationem optimo ordine assignavit ex proximis Ecclesiasticis redditibus, qui adhuc sub titulo fisci, sicut tempore Palatini fuerant; ab ipso Electore, ex singulari indulto Apostolico pro certis annis, & ad causas pias detinebantur, tanta cura Electoris, ut spatio unius añi fere tota provincia ad religionem Catholicam redacta fuerit. Idē longe fælicius præsente Cæsare succedebat in Bohemia, ubi pleriq; Barones ad Comitia regni pro coronatione Imperatricis, & Regis Vngariæ filii Cæsaris, vocati, „ Religioni Catholicæ nomen dare satagebant, „ ut liberiori oculo novam Reginam, & Regem salutarent, & quod erratū fuerat nova fidei professione repararent: quæ tamen à multis contemnebantur.

Omnia

Omnia videbantur tam coronationibus Imperatricis, & Regis, quam institutæ reformationi Religionis favere; optima enim sorte Comes Slickius apud Cimbricā Chersonesum prope Kilam, postquam dudum hostiū copias obsedisset, fugiente Marchione Durlacensi cum præcipuis Ducibus via maris, & dissipatis primis legionibus; totam illam partem exercitus Regis Daniæ, quæ eidem Marchioni commissa fuerat, superavit; ademptisque 27. signis peditum, & sexdecim equitum, sine sanguine Cæsareis copiis adjecit; atque ulterius progressus quasi totam præfatam Cimbricam Chersonesum seu Iutiam occupavit. Tillius non minus ad Visurgim, & Albim fere eodem tempore omnes munitiones Regis Daniæ apud Aichem obtinuit, uti & Ottersbergam, quo habito nihil eidem Regi, excepto Nienburgo, & Guelfonis arce, remansit. Infra Bremam erant munimenta Dreyen, & Grolandt Danico præsidio munita, ut ex Hollandia copiæ per Visurgim Stadam possent deduci. illas adhuc custodiebat Morgantius Anglorum tribunus; verum neque ibidem tuto potuisset consistere, si aliæ legiones Tillii impeditæ in obsidione advenissent. quare Stadenam pro refugio sibi munierat, ibidemq; sibi securam stationem præparatat.

Copia Durlach Cæsari accedunt.

Tilli ad Visurgim victoria.

Pari fælicitate Cæsaris, Constantinopoli exortus tumultus, ratione Prætoriani militis detrectandis pugnam contra Persam, & irruptio Cosaccorum contra Turcas multis seditionibus fatigatos magnam quietem spondebat. quam ut Turcæ foverent, sedulo iter Legati internuntii ad Cæsarem promoverunt. venerat enim ille Viennam paulo post abscessum Cæsaris, & festinatis itineribus Suam Majestatem Pragæ morantem requisivit cum majoribus, quam unquam, muneribus, inter quæ erant septem equi pretiosissimi, & aliquot plaustra aulæorum, mirabili omnino demissione, ex metu procedente, ne pax tractata

Turba Constantinop.

Turcæ urgent pacem.

„ corrumperetur; quare illam ardentibus votis „ ursit. Hinc liberius Cæsar conceptam Austriæ inferioris reformationem publicari jussit eo tempore, quo ipse in Bohemia morabatur, ne gravius à quoquam molestaretur. Fuerat quidem Austria inferior ante plures annos sub Imperatore Rudolpho, Gubernatore provinciæ Archiduce Matthia, opera Cardinalis Kleselii ad Religionem Catholicam aliqua ex parte conversa, sed nobiles adhuc plerique Lutheranismum, aut Calvinismum profitebantur, & juxta concessa privilegia, extorsasq; libertates tempore Maximiliani, an. 1575. tempore Matthiæ, an. 1609. item an. 1612. & tempore Imperatoris Ferdinandi, an. 1620. in suis arcibus aliisque locis alebant sectarios prædicantes, ad quos non solum subditis, sed etiam aliis licebat excurrere, ac de facto maximo numero diebus Dominicis, ac festis excurrebant ex civitate Viennensi nonnunquam aliquot millia, ex civitate Badensi quamplurimi, sic & aliunde: neq; hoc poterat impediri, nisi Cæsar ipse videretur suis verbis deesse. Verum ipsi hæretici hac libertate abutentes paulatim in maximum numerum excreverunt, seditiones concitarunt in concionibus suis frequenter, Catholicos calumniati sunt passim, schemata spargentes, & quod damnosissimum erat, Lutherani cum Calvinistis se miscuerunt nova, & inaudita reconciliatione. ab iisdem enim prædicantibus Lutheranis Calvinistæ putativa sacramenta adulterata recipiebant; hoc sibi persuadentes, nihil obesse, si crederent in Synaxi sua, nihil aliud esse quã figuram, & speciem sacramenti, quod Calvinistis sufficiebat. nam cum ipsorum Eucharistia in solo usu consisteret, tuncq; tantum esset sacramentum, quando actu ipso sumitur, etiã in modo usus consistere volebant, eaq; ex fide interna distinguebant, ita ut præsentia corporis Christi ex fide sumentis penderet, si sumens erat Lutheranus verum Christum

Reformatio Austriæ inferioru.

Abutuntur sua libertate hæretici.

Dolus Lutheranorum.

stum sumebat; si Calvinista, tantum figuram habebat. eodem fere modo ludebant in aliis mysteriis Fidei controversis, quæ jam cõmuniter adiaphora fiebant, & in gratiam Calvinistarum à Lutheranis omittebantur, vel à Calvinistis, tanquam infirmitates sociorum, tolerabantur, donec etiam illa non expurgarentur. Quare Cæsar, qui jam dudũ Calvinistas juxta leges Imperii proscripserat, etiam adulteratos Lutheranos severo edicto proscribere voluit, prout infra in ultima parte referemus.

Paulo post amotis jam prædicantibus, de constituendis Ecclesiis, ordinandisq; Parochis non levis orta fuit difficultas. Hæretici enim Barones, ac Comites plerumq; Catholicorũ Sacerdotum redditus, in decimis, agris, pascuis, vineis, & similibus suis fortunis miscuerant, scripturas Ecclesiæ omnes absconderant, jamq; extra hominum memoriam erat, quid, quale, quantũ ad quemlibet Parochum spectaret. suis pseudoministris vile stipendium pręter casu obvenientes proventus assignaverant, qui redditus cum doctrina correspondérent. Verũ Catholici Sacerdotes tali pernuria contenti non erant, sic neq; operarii reperiebantur. præterea Catholicos Sacerdotes præsentare hæretici negligebant, ne vel proderentur, vel subditi tandem ad Fidem Catholicam redigerentur. Hinc Cæsar omnes, & singulos Austriæ proceres severo edicto moneri voluit, ut statim Catholicos Sacerdotes præsentarent; honestam sustentationem assignarent, registra redituum producerent, & magna quiete Catholicos ministros ad exercitium Religionis Catholicæ admitterent. Quæ nisi infra paucarum hebdomadarum terminum explerent, jure suo pro nunc in Parochiales Ecclesias deciderent, & Ordinarii loci seu Episcopi cura esset Ecclesiis de sufficienti Parocho prospiciendi. Quia vero in aliquibus locis Austriæ audaciores Barones prædi- *Edictum Cæsaris contra Barones & nobiles hæreticos, pro institutione & sustentatione Parochorum Catholi-*

corum in Parochiis. „ cantes detinebant,&illi haud libenter patria ex„ cedebant, Latrunculatori Austriæ imperatum fuit;ut illos in Sicitzensdorf arceret, aut ligatos Viennā perduceret,atq; in opprobrium omnium sectariorum catenis affixi ad operas in mœnibus urbis condemnarentur. Cum autem innotuisset, plures ex seductoribus,etiam præter decretum Cæsareum Vngariam petiisse, rigorosissimis scriptis Cæsar Palatinum regni monendum duxit,ut sibi suoque regno à tam periculosis novatoribus caveret, illos arceret, & omnem societatem, cōmercium, & subditorum familiaritatem illis interdiceret.

Alia remedia contra hæreticos prædicantes. „ Similis fere diligentia nobis adhibenda fuit in „ civibus Viennensibus, aliorumque oppidorum; destituti etenim commoditate blateronum prope oppida, eandē venabantur in Vngaria, etiam ad decem, vel plura milliaria excurrentes,ne scelerata sua doctrina, umbraticisque Sacramentis destituerentur. Alii etiam desertis suis domibus, in Vngariam penitus studebant commigrare, filios abducere, hæreticis de foris elocare,& mille technas, quo in errore suo perdurarent,adinveniebant. Præcipue molestissimus nobis fuit librorū impressor Lintziensis hæreticus, qui cum suo prælo in Vngariam migraverat, & hæreticis Vngaris gratus, ut suæ sectæ libros familiariter haberent,pertinaciter defendebatur,& jus emigrationis magna dicacitate privabatur: attamen illum bibliothecam circumferentem in Vngaria, per Archiepiscopum, & Palatinum rejici curavimus.

Obstabant etiam Austriacorum reductioni inveteratæ consuetudines plerosque subditos Dominicis, ac festis diebus,ac vecturis gravandi, & judicia instituendi , ita ut vix locus relinqueretur sacræ instructioni, & multo minus solemni Sacrificio. Quibus omnibus mature contrariis decretis occurrendum fuit.

Cele-

Celebrabatur interim Conventus Electorum Mülhusii, (quæ Electoris Saxoniæ est civitas in Thuringia) in quo cum Rex Daniæ, & Fridericus Palatinus pro eorum delegatis, quos ad Conventum destinarant, fidem publicam petiissent; repulsam receperunt, & postea cum dudum de restitutione pacis, ac reconciliatione offensorum actum fuisset, multiq; putassent Cæsarem in ordinem reducendum; nihil præter voluntatem Suæ Majestatis decerni potuit. habebat enim exercitum tantis victoriis nobilitatum, ut jam toti Germaniæ auderet, & posset imperare. Legiones aliquot ex Valle Tellina recenter in superiorem Germaniam ad Vlmam, & Norimbergam appulerant, aliæ in Franconia detinebantur, & Wallesteinius etiam Mülhusii timebatur, Elector Saxoniæ pacem desiderabat, illam & alii Principes urgebant; sed Cæsaris Legatus Stralendorfius non nisi pacem Religionis Passavii tradi tam concedi posse probabat. Illa ut publicaretur, & confirmaretur ab universo Imperio, nonnulli instabant. verum neque hoc maturum omnibus videbatur. nam & Saxoniæ Elector, & Elector Brandenburgicus non parum tali decreto tangebantur, neque adhuc tota Germaniæ difficultas evacuabatur.

Conventus Electorum Mülhusii.

Quid Cæsar per Legatum suum Stralendorfium in puncto Relig. probabat, & quid Electores, & alii.

1. Tandem ab omnibus conclusum fuit, ut Fridericus Palatinus quam citissime supplex ultro veniret coram Imperatore, & sese quam maxime humiliaret, veniamque commissæ suæ fellon iæ deprecaretur modo, & forma pro tali delicto consueta, & ad conservandum Suæ Cæsar. Majestat. auctoritatem hactenus usitata.

2. Vt renunciaret, tam pro se, quam pro suis descendentibus in perpetuum nulliter factæ suæ electioni, & coronationi in Regem Bohemiæ, pro dicto regno, & conjunctis, seu incorporatis provinciis.

juscunque conditionis illi fuissent, dummodo tamen ditiones, subditi, & bona ipsorum Electorum, aliorumque sociorum nullis aliis militum imperialium stationibus commissionibus, conductibus, quarteriis, & depopulationibus, & similibus gravata, aut infesta fuissent.

9. Vltimo decretum fuit, ut hoc ipsorum Electôrum Principum unanime conclusum omnibus aliis Imperii statibus aut per viam publicam Comitiorum, aut saltem per circulares Conventus pro unanimi omnium Imperii statuum approbatione quamprimum notificaretur, publicaretur, & in effectum emitteretur,

Electio Leopoldi Gulielmi in Episcopum Halberstadiensem, postquā dictus Episcopatus fuerat in manibus hæreticorum spatio nonaginta annorum.

Vacaverat jam pridem Ecclesia Halberstadiensis tum per obitum ultimi intrusi Christiani Ducis Brunsvicensis, tum per illegitimam illius postulationem, nunquam à Cæsare, nunquam à Sede Apostolica probatam, ob notoriam inidoneitatem postulati, qui quamvis in parentis, ac fratris sui locorum plurimorū suffragio successerat, nihilominus nullā de assumenda Religione spem dederat, sicut parens præbuerat, nullumque indultum civile habuerat, sicut parens impetraverat. De Electoribus etiam non exigua erat quæstio; nam Canonic Cathedralis Ecclesiæ ut plurimum erant sectarii male promoti, & majori ex parte criminis læsæ Majestatis rei Quare de his omnibus agendum fuit cum Cæsareo capitulo, Cæsar libertatem electionis nullo modo tentabat præpedire, non tamen volebat inidoneos admittere, nec facile tali ditione tot sumptibus occupata totaliter cedere, neque privati erat nobilis, aut Baronis in tantis turbis Ecclesiā à seditiosis propugnare. De Archiduce igitur LeopoldoGuilielmo cogitatum fuit, à quo quidem non pauci Canonici, ut à Catholico; ac præpotenti abhorrebant; sed magis suis præbendis destitui, propter seditiosum decretum; alia à toto Capitulo, reclamantibus paucis Catholicis, edi-

stum,

gregationem itaque illa cœnobia redigi curavi, accedente summa pietate, & optima voluntate Abbatum, necnon postea consensu Pontificio; ita ut unus illorum esset visitator, penes quem esset auctoritas cæteros visitandi, puniendi, & quod magnum fuit, Prælatum destituendi, quo sanctione non uni malo alienationis bonorum sacrorum, sed parentum alimentationibus, negligentiis, dissensionibus, monasticæ disciplinæ, œconomicæ incuriæ, aliisque corruptis moribus occurrimus, proximeq; ad disciplinam Cassinensis Congregationis, quæ in Italia celeberrima est accessimus, licet Ordinarii locorum tam sanctum, & laudabile opus multum postea oppugnarint.

Diversa provisiones in favorem Catholicorum contra hæreticos.

Frequentissimæ interim fiebant ad favorem Ecclesię expeditiones in voto Electorum, & Mülhusino Conventu fundatæ. Halæ Suevorum Magistratui imperatum fuit, ut Parocham Catholicum à pręposito Elvacensi submittendum prompte reciperent, eidem bona Ecclesiastica omnia consignarent, in ecclesia S. Spiritus sacros Ministros restituerent, & pristina illis emolumenta, mobilia, & immobilia suorum beneficiorum assignarent. In Ecclesia Argentinensi præter capitulares Domus, de quibus diximus, maxima violentia facta fuerat Catholicis, paulo post transactionem Passaviensem Augustæ anno 1555 confirmatam. neq; tunc ob bella Gallica vindicari potuit tantum hæreticorum facinus, quod adeo excrevit, ut anno 1561 cives excitata seditione Canonicos urbe pepulerint, ecclesiam Cathedralē invaserint; prędicantes instituerint; Catholicum Religionis exercitium abrogaverint; cives Catholicos è tribubus deleverint; illosque deinceps nunquam ad curam, & ministeria urbis admiserint. Quare nunc Cæsar rogatus à Decano, & Capitulo restitutionem Cathedralis, necnon Parochialium ecclesiarum cum omnibus redditibus, juribus,

rebus,quæ Fidem spectabant,promptam obedientiam præstarent, vel à suis subditis illam præstari permitterent; maximè ut omnes paci publicæ sese accommodarent, neque quidquam aliud profiterentur in materia Religionis,quam quod ipsorum hæreditarius dominus se profiteri gloriabatur. ab illo etenim servatum fuisse jus,tam in civilibus,quam in sacris legib᷒,ac moribus,aliquid statuendi,corrigendi, & pristinam Religionem postliminio restituendi, quod illi liberum foret quandocunque voluerit.

Favit tam bonæ intentioni Cæsareæ Deus, & adhuc ante hyberna militum, totam Iutiam, totam Slisvvickiam, Ditmarsiam, atque Holsatiam Cæsar suis armis subjecit, paucis locis exceptis. Rex ipse Daniæ pudore suffusus interiora Daniæ petiit,ubi Ordines,& plebs lasciviens ipsum impetivit, pacemque etiam iniquis conditionibus postulavit, & deinceps illi inutiliter belligeranti parere detrectavit. Filius ipsius Regis inter parentem & Ordines medius,dum nunc hos,nunc illos studeret placare, luxato pede vix non tibiam confregit. Quod Dei monitum non pauci ad instar parentis sui monitum in mœnibus Hammeliæ ante biennium suspexerunt,judicaruntq; reprimendos pedes nimium veloces ad effundendum sangvinem. Inter fugiendum Rex sexaginta navibus tres legiones Kolbii, Slamersdorfii, ac Slabatæ cum turmis aliquot equitũ Reingravii commiserat;ut præsidia Selandiæ,Fioniæ, aliarumque provinciarum firmarent. verum Cæsarei maresulcantes,octo ex his navibus cum aliquot militibus invaserunt, & eorum opera postmodum ipsum regnum infestarunt, & Bauditium deserentem primam insulam vix attigerunt;redeuntes autem Cæsareæ copiæ, sexaginta,& amplius signa reportarunt.

Cæsarei occupant totam Holsatiam, & Cimbricam Chersonesum.

Rex fugit in interiora Daniæ.

Desperatam Daniæ plagam miserantes Hollandi,precipue Ambsterdamenses,quib᷒ fælicio-

Hollandi offerunt auxilia

&c equites cum aliquot scolpetariis pararunt, quibus si minus Daniam saltem Stadam, aliosq; aditus ad Albim, quæ Hamburgum spectant, uti & illos Visurgim, Bremam versus attingunt, liberarent. quod ut mature Tilliani prævenirent, expugnationem Nienbugensis oppidi accelerandum consuerunt, neq; enim illa iam sexto mense, mortuo Gubernatore Limbachio, valde difficilis videbatur. nihilominus obsessi non despondentes animo aliquoties hostiles impetus sustinuere, donec tandem occlusis aditib' omnibus multi auxiliatori, & summe indigentes salis, ligni, pulveris nitrati, deditionis conditiones proficuas obtineri posse cognoverant. quas etiam, ne postea admitterent, ambabus ulnis amplexati sunt, & cum impedimentis omnibus, ac tribus tormentis bellicis, armis, & commeatu pertiduū, abscesserunt, militesq; solū Ducis Luneburgici ad quem locus iste al oqui spectabat admiserunt Hollandorum exemplum imitari volentes obsessi in arce Guelfonis, quæ unica Danicis remanserat trans Albim, summopere timentes impetum aquarum, quæ jam in altitudinem platearum excreverant; inter alia à Pappenheimio liberum abscessum petierunt, si modo ab Regem Daniæ salvi deduci possent, Quod cum in se suscepisset Pappenheimius, de modo solliciti, naves quib' mare transmitterent, & secure navigarent, postularunt; ac deinde Duci Vlrico Frederico arcem cedere voluerunt. Verum Pappenheimius postremam conditionem recusans, detrectans etiam tormenta omnia bellica, quæ ibidē asservabantur, concedere; obsidionem continuavit. Tillio interim universam diœcesim Bremensem, paucis renitentibus, invadente, legiones duæ Regis, Daniæ Nerbrod, & Bernardi Geist retrocedentes ad munimentum Bremerforden, illud festinatis operibus summe munierunt. reliqui verò Morgantii Stadenam urbē petierunt. Verum nō

Nienburgense Oppidum post sex mensium obsidionem venit in manus Tilli. pactis honestis conditionibus.

multo

multo post etiam legiones duæ præfatæ, traditis signis, sese non difficulter Tillianis castris submiserunt. turmæ equitum sub Comite Dortenberg adhuc circa Hostenum fluvium excubantis, sociorum exemplo perterritæ, in Hollandiam regredi, quam ulterius progredi maluerunt, præcipue adulta jam hyeme illis in locis rigidissima, & ob frequentes aquas periculosissima : atque ita vix aliquid præsidii reliquum regi Daniæ etiam ad Visurgim remansit.

His ad Septentrionem tam fæliciter pro Cæsare procedentibus in Bohemia adornabatur coronatio Ferdinandi Ernesti, & Imperatricis Leonoræ quorum solennitatibus cum dies 18. & dies 29. Novemb. fuissent indictæ, illis diebus universi Bohemi Pragam ascenderant, & partes sibi concreditas obierunt. novum ibi videbatur de ordine Ecclesiastico introducto, qui à ducentis, & amplius annis locum non habuerat in cessionib⁹ statuum regni, sed tanquam externus, aut tanquam coronæ Regiæ insertus habitus fuerat, sic in litibus, in juribus, in expeditionibus, semper duplicia jura Ecclesiasticis imponebantur, & illorum non secus atq; causa alicujus Vngari, Poloni, aut Germani agitabatur. hinc mirum non erat, si plerique illorum jura sua negligerent, aut desererent, quando non nisi gravissimis de causis decidebantur: quæ à triginta annis fuerant sopita, illa extinguebantur. tabulis regni nihil sacrum inscribebatur, & vix actio civi, aut nobili contra Ecclesiasticum denegabatur. è contrario autem, nunquam, vel rarissime ecclesiasticus cōtra proceres regni audiebatur. Hinc gravissimus erat Ordinis Ecclesiastici contemptus, vilipendium, & continuum fere miserorum Sacerdotum gravamen. quod ut auferretur, jam pridem me suggerente, Cæsar illum pristino suo decori restituendū decreverat imo jā pridē, ut in cæteris regionibus totius Europæ, illi primum locū assignaverat,

Comitia Bohemica.

verat, atque ita legibus patriis eundem inscripse-rat, executionem tamen decreti demandandam usq; ad primam Ordinum convocationem, & nō nisi præsente Cęsare judicatum fuerat ut tumultus evitarentur. Quare ante omnia in ista Ordinum convocatione mandatum fuit, ut deinceps Ordo Ecclesiasticus inter Ordines regni & primo quidem numeraretur; ita tamen, ut post Archi e-piscopum, Clerum repræsentantē, regni Gubernator locū haberet, & sic ordine suo respōderet.

Propositio Cæsaris in Comitiis Bohemicis.

Proposuit Cæsar in primis Comitiis, regni, instaurationem, legum novarum observantiam, vicinorum Principum amicitiam, perpetuam pacem, hostium, si ingruerent, rejectionem, limitaneatum arcium defensionem, promptum armorum apparatum, deperditarum ditionum recuperationem, & hæreditarii filii sui coronationē, ad quam omnes Ordines invitavit. Dum antea de prioribus consulerent, & tum imperatricis, tum filii coronatio adornaretur, noviq; regni Magistratus instituerentur, Corona regni caute associata Pragam delata fuit; illam postea indictis diebus stylo Romano invariato Archiepiscopus Pragensis inconsultis, consentientibus tamen Ordinibus, utriq; Majestati solemniter imposuit; idq; solum cautum fuit, ne filius vivente parente regni gubernacula aggrederetur.

Coronatio Imperatricis in Reginam Bohemiæ.

Igitur 18 Novembris cum in Pragensem Cathedralem aulæis varia pictura contextis, & ex auro laciniatis ornatam descendisset Imperator, coronam habitumque induens Imperialem; comitante Vngariæ Rege, ordinario suo, privatoq; habitu vestito, (qui dum cæremoniæ peragerentur, suo in solio, quod unico gradu erat Imperiali dimissius, sub sua umbella ex eodē latere sedebat (imperatricem postea advenientem non solum suæ mulieres, Aulæ regniq; innumerabiles patritii, sed etiā Cardinalis ab Harrach Pontificali habitu indutus & alii Prælati cum mitris viginti

numero

numero partim Episcopi, partim Abbatis comitati sunt. Postea coronationis actus juxta Ecclesiæ ritus peractus fuit, hoc tantum addito, quod uno eodemq; tempore imperatricis capiti coronam imposuere unus ex Prælatis, qui fuit Cardinalis ab Harrach, tamquam Archiepiscopus Pragensis, & unus ex secularibus Baro de walstein, tanquam Burggravius, & primus inter regni Magistratus, atq; una Monialis Ordinis S. Benedicti, nempe Abbatissa monasterii S Georgii, quod est intra regalem arcem Pragensem; quæ quidem sicut Principissæ titulum refert, ita & in toto coronationis actu in capita coronam gemmis contextam gestavit, & Imperatrici serviens caudam vectis extulit, tanquam prima in Cæsarea Majestatis famulitio. Peractis in Ecclesia cæremoniis, & plurimis auditis bombardarum, & sclopotum fragorib⁹ aliquot turmarum, quæ in diversis arcis plateis consistebant, in Aulam, in qua Dietæ congregari solent, perventum fuit. ibi in quadam tabularum contignatione, decem supra humum gradibus erecta, in prælonga mensa, superbo apparatu nitente discubuerunt Cæsareæ Majestates, Rex Vngariæ, ambæ archiducissę filiæ, Mariana. & Renata Cæcilia, Cardinales Dietrichstain, & ab Harrach, Ego tanquam Apostolicus Nuncius, & D. Franciscus Moncada Marchio Aytonæ Catholicus Orator. Talnatem Ordine consessnm est: Cæsareæ Majestates in capite; ad dexteram in principio mensæ Rex Vngariæ; ex eadem parte paulo inferius in camno, quod rubro villoso serico copertũ erat, ambæ Archiducissæ sederunt; ex earum regione existens Cubiculari⁹ Imperatoris, dividendis ferculis Regalibus personis, inservivit, paulo inferius è regione posterioris Archiducissæ nostrũ scamnum positum fuit etiã villoso serico rubro coopertũ, ac æque è nostra regione unus S. Majest. Trusces nobis ministravit. An Aulæ vero planicie decem aliæ mensæ
paratæ

vatæ fuerunt, in quib' juxta mortem septem regni majores Magistratus cum aliquot Principib', & centum circiter quadraginta nobilibus mulieribus comederunt. Nocte in S. Laurentii monte multi missiles ignes apparuere, sequentibus diebus duo Equitum ludi spectati sunt, quib' velut moderator', & caput præfuit ipse Rex Vngariæ, cujus quidem coronatio postea die 29. secuta est; à solo tamen Cardinali ab Harrach, non à Burggravio, coronatus est.

Coronatio Ferdinandi Tertii in Regem Bohemiæ.

Peracta utraq; coronatione, Commissarii reformationis Religionis in universam Bohemiam concesserunt, ut officio suo tam in instruendis idiotis, quam in reprehendendis, & corrigendis obstinatis fungerentur, quo vero major esset horum Commissariorum auctoritas, alios Cæsar ad singulas urbes misit, qui ærario, & politicis intenderent, legesque recenter editas executioni demandarent. iisdem etiam imperatum est, ut " singulari studio Religionis Catholicæ promotioni, invigilarent, Cæsarisq; mentem omnibus ex- " plicarent. quia tamen plures Bohemiæ proceres nondum seriam Majestatis suæ mentem intellexerant, & rarius audebant sibi effingere tarditatis excusationes; S. M. Terminū ultimo mensis Decembris expirantem, ad alios quinq; menses duxit: ita tamen, ut quilibet sibi persuaderet, hunc terminum fore ultimum, & post hunc nemini amplius indulgendum, adhortans de novo interim omnes & singulos peramanter, ut sui rationem habentes considerarent proprium statum miseram ignorantiam, qua præpediti se ipsos in perpetuum infidelitatis abyssum percipitarent.

Continuatio reformationis Religionis in Regno Bohemiæ.

Occasione autem, quod D. Baro de Done supremus Aulæ Magister Regis Vngariæ, necnon Consiliarius secretus Imperatoris, vir pietate, & prudentia in tota illa Aula, atque in tota Germania nemini secundus, datis è propriis redditibus supra quinquaginta millia florenorum ad redd-

positi. Danorum interim exercitus pene deletus trans Albim & mare, tradito Niemburg, se recepit; dimissis etiã præsidiariis, qui hactenus Guelfoni arcem occupaverant, quorum loco Pappenheimiẽses recẽter successerant, & civibus, ut tanto securius pro Cæsare excubarent, arma ademerant: ita ut solum cis Albim servaretur Daniæ Regi Stadena, à Tillio tamen undique munitionibus cincta, quæ & commeatum prohibebant, & novos præsidiarios aliquoties conatos ingredi arcere non desistebant. Quare Stadenses de conservando oppido dubitare cœperunt; maxime impetrata non ita pridem Vertena arce, quę primaria sedes fuerat Archiepiscopi Bremensis, & Stadenis vicina, ac commoda, quorum prę-sidiarii Danici sub duobus signis valde imminuti juxta pacta deditionis Stadenam deducti plus oneri, quam subsidio obsessis, lignorum, & salis inopia laborantibus, fore cognoscebantur.

Exercitus Danorum profusus.

Stadena obsessa a Tillio.

Desperatis itaq; rebus Danicis, statim de maris Baltici dominio & de servanda Crempena, & Glüchstadio præcipua sollicitudo Regis fuit. Quare sub initio anni celebrem Conventum Ordinum regni Daniæ, admissis etiam Legatis Hollandicis, nec non Suecicis, instituit, ut de reparanda fortuna diliberaretur. Ordines quidẽ Danię bella pertęsi, sedulo pacis rationem inculcarunt, clarisq; illam rationibus suaserunt, mox nihil reliquum fore, si miles Cæsareus tam frequenti numero regionibus illis admitteretur, & vicinas circum Regiones, occupata jam tota Marcka Brandenburgica, & Mechelburgensi, & Pomeraniæ ditionibus, fluviorũ ostia, & port⁹ insideret. Hollãdi vero & Sueci ex ulteriori bello divergium sibi promittentes nihil omiserunt, quo Regiv ndictam spiranti, eandẽ ut facilẽ ex possessa adhuc Crẽpena, & Glü kstadio persuaderẽt; in quem finem Hollandi sua auxilia tã liberaliter

Comitia Danica.

 obtule-

obtulerunt, ut illinc multi in suspitionem ambiti regni ab ipsis devenerint; crediderintque huc etiam spectasse tam liberalem promissionem unius legionis, quam Laurentius Realis ipsorum nomine, prout diximus, ad Sundæ transitum, eorumq; etiam impendiis extra ordinem aliorum auxiliariorum tuendum obtulerat; videlicet eo fine, ut optimam regni partem, imò optimum Orbis vectigal pignoris loco suæ Hollandiæ obtinerent.

Legatio Hollandorum.

Postulata Cæsaris apud Lubecenses.

E contra Lubecæ Cæsarei Legati congregati cum Wallesteinio, & Tillio de oppugnandis reliquis ditionibus Regis deliberantes, maxime in tanta navium inopia, quas tamen ad occupandas insulas omnino necessarias nullus dubitabat, à Lubecensibus illas multis precibus, ac deinde gravioribus rationibus in medium productis contenderunt. verum Lubecenses hactenus medii sese à bello Danis perpetuo vicinis inferendo excusarunt; & ne ad illud auctoritate majori adigerentur, culpam omnem in reliquas Anseaticas civitates, à quibus vel maxime dependebant, singulari studio rejecerunt. quare Cæsarei tantum exiguo navigiorum numero instructi, glaciem crassiorem expectarunt. verum, cum illo anno tam densa non fuisset, de transitu in Daniam desperarunt. Cæsar tamen ne quid omisisse videretur, Comitem Swartzenburgum Aulæ Præfectum ad civitates Anseaticas ablegavit, ut instituta nova ratione commercii addicentes auxilia navium contra Danos impetraret. Verum cum horum difficilima inter diversissimos ordines, plerumque proprium commodum tantum spectantes, deliberatio in sextum mensem extracta fuisset, nihil effectum fuit.

Triumphus Pragæ de captivis & vexillis.

Nobis jucundum fuit videre Pragæ recenter à Comite Slickio adempta quinquaginta signa peditum, & quadraginta sex equitum, quæ ex castris Danicis in triumphum magno turbarum & tym-

& tympanorum strepitu deducta, ac Cæsari per Præfectum Principis Wallesteinii una cum octoginta captivis, duobus Tribunis, & triginta Capitaneis oblata fuerunt, & postea Viennæ in Sacello D. Virginis Lauretano, in Ecclesia Sancti Augustini erecto, ad opprobrium hostium, & perpetui trophæi monumentũ suspensa. captivos Cæsar Pragæ aliquandiu attineri jussit, ac postmodum jure belli, clementissime tamen cum ipsis agens. eosdem, prius accepta fide, quod spatio sex mensium contra S. M. non essent militaturi, dimisit. Laurentium Realem diligentius asservari, & Viennam sub custodia mitti jussit; nam is in Indiis pluribus annis Hollãdicis copiis Præfectus majoris videbatur experientiæ, & rerum Germanicarum peritiæ, quam ut tam facile dimitti posset. Quare eundem vidimus ad sextum mensem detentum, sæpius examinatum, & sæpius à submissis Relligiosis ad Catholicam Fidem, si forte resipiscere voluisset, invitatum sed semper nulli Fidei addictum, atheum potius, quam hæreticum se professus est.

Magnum exercitum illis diebus Cęsar collegerat in limitibus Svveviæ sub Comite Wolfgango à Mansfeld sexdecim millium, & amplius peditum, ac mille quingentorum equitum, qui circa Vlmam hyberna fixerant, omnibus metum incutientes, ingentesque pecuniarum collationes instituentes. De hoc exercitu variæ tunc erant conjecturæ; exortis enim tumultibus Italicis ob Vincentii Mantuæ Ducis obitum, & Ducis Niversensis controversam possessionem, multi Italiæ tunc metuebant. Alii Helveticos continendos dicebant, ne dum fœderatis Argentinensibus Vlmensibus, Norimbergensibus, aliisq; civitatibus Imperialibus imperarentur sacrarum fortunarum restitutiones juxta mandata, prępedirent. Nonnulli etiam exercitum ad omnem eventũ, vel in Vngaria, vel in inferiori Germania

Novus exercitus Cæsaris in Svvevia, & in quẽ finem.

applicandum judicantes, eundem ibidem optime detineri censebant, ut secundo flamine, ubicunque necesse foret, evocaretur. Vnum constabat, propter illius exercitus præsentiam, hæreticorum animos, alioqin ad novas spes erectos, plurimum concidisse. Daniæ Rex nedum de Germaniæ auxiliis diffidens, magnam spem in civitates Imperiales propter Religionis instauratio-
" nem, & bonorum Ecclesiasticorum restitutionem multis in locis publicatam. & universaliter præparatam, offensas repusuerat; eratq; qui fœdus contractum fuisse diceret cuj[9] se primarium Ducem Marchio Durlacensis etiam ascitis in societatem Gallis gloriabatur. sed hæc omnia consilia (fugiente Marchione) per hujus exercitus constantiam dissipata sunt, hostes extenuati, & Cæsaris auctoritas vel maxime fuit per Imperium stabilita.

Fructus illius exercitus.

Quod de restitutione Catholicarum ecclesia-
" rum dicebatur, notavimus propter pericula ge-
" neralis alicujus seditionis, commotis nonnihil
" Helvetiis, quos tantæ copiæ excitaverant, nedum
" omnino naturam fuisse mādati concepti publi-
" cationē. exercitus tamen præsentia multis in locis, præcipuè apud Suevos, ubi frequentissimæ sunt civitates Imperiales corruptæ, non parum facturum fortunarum restitutionem promovit; illo etenim præsente, liberrime Cæsar Episcopo Augustano me instante, mandavit, ut pagos sibi subditos omnes, & hæreticorū, Protestantiumq; dominorum hacten[9] refractarios secundū tenorem transactionis Passaviensis Catholicæ Religioni obtemperantes redderet. Quod idē Leopoldo fratri imperavit, ut Campiduni, Memingæ, Colmariæ, & alibi in superiorib[9] hæreditariis regionibus attentaret. Magno etiā Ordinis Teutonici Magistro comissa fuit instauratio prisci ritus oppidi Bopfingensis, Nortlingensis, Aulen, Dinckelspulhii, & Gemundii, servata pace Passavii.

Variæ exequutiones.

Fuere

Fuere hæc certe prænuntia futuri decreti Generalis, ut præsente exercitu initio facto, minus alibi, absente forte, sentirentur, vel pertinaciores adigerentur. Memmingæ enim militum motus statim binas ecclesias pro Catholicis expressit. Lindavii etiam sexcentis militibus semel admissis, securissimi Cæsarei Legati, Comes Hugo de Montfort, & Episcopus Constantiensis claves oppidi, domus Prætoriæ, & armentariæ, restitutionem bonorum Ecclesiasticorum non sine insigni fructu spirituali urgere cœperunt, & Vlmēses hactenus rigidissimi solum ad strepitum vicinorum militum per Legatos, dicto Cæsaris sese fore obedientes promiserunt. « « «

Austria reformata.

Apud nos in vicina nobis superiori Austria terminus emigrationis omnibus nobilib⁹, Catholicæ Fidei nomen dare detrectantibus, indidictus, non longe distabat, quare certatim proceres Cæsareā Aulam accesserunt, ut ejusdem termini extensionem impetrarent; impossibile enim multis videbatur, temporalibus bonis tam cito renun iare, cum turbatis adhuc rebus, nec justus emptor, neque æquum precium inveniretur. Ideo prolixiorem terminum, & perpetuum, aut saltem diuturniorem accessum, ac recessum in propriis hæreditatibus postularunt. Verum cum res periculo non careret, & plures mecum notassent dilationes istas non nisi in spe mutationis fortunæ Cæsareæ, (quod facile, vel morte, vel bellis Turcicis supervenientibus, vel novis seditionibus enascentibus potuisset contingere) inniti, precisa longiori dilatione, proxima hebdomada Sancta ante Paschatis instantia solēnia, fuit ultimus terminus emigrationis constitutus: bonorū vero quorumcumq; venditionis terminus semptem mensium concessus, quo tempore accessū, & recessum liberū modestiæ haberet, vel aliud Cæsaris judiciū opperirentur. Serio interim Cæsar per Comitē de Trautmansdorf Arcani Cō-

Austria liberata è ma-

nibus Bavari. filii Consiliarium apud Electorem Bavar' æ cessionem superioris Austriæ vrgebat, pro qua Sua Ma-
„ jestas hæreditariam donationem superioris Pa-
„ latinatus eidē Electori pia commutatione offe-
„ rebat, & subditi ipsi Austriæ magis erga Cæsarem, quam erga Bavarum propensi, non contemnendam summam signati auri sexcentorum millium florenorum liberalissimè addicebant. In Bohemia vicani propter indictam Catholicam Religionem insolentiores non exiguum metum nobis incusserunt, præcipue illi, qui Pragæ, ubi tunc eramus proximi, ac magno numero congregati; Senatum Costliciensem ferro, & Igne castigandum statuerant, & in ditionibus Liechtensteinii, ac Baronis à Treskca contra Præfectos invecti, aliquos male mulctarant, aliosq; insidiis præoccupandos, ac delendos sperabant. ut sic Catholicæ Religionis jugum ipsis sola obstinatione molestissimum quocunque modo excuterent.

Tumultus Bohemiæ. Hinc constans fama incrementum à singulis suspiciens, non solum Bohemiam, sed magis alias orbis partes pervaserat de vicanis, qui Cæsarem Ferdinandum in venatione opprimere constituerant eumque cum sua aula ad laqueum damnare, ad cujus famæ rumorem nos omnes inhorruimus, magis quando Cęsar evocatis quatuor mille militibus per Wallesteinium vicanos illos comprehendi, ac nisi modestiæ locus foret, penitus deleri perceperat. ex quorum rigidiori examine postea constitit, jactari verba incondita à sceleratis contra Catholicos, eorumque primarios promotores à quibus nec Cæsareæ Majestatis dignitas excipiebatur. auctor tamen talis conspirationis in Vngariam, ac postea ad Turcas mature evasit, & secundarii aliqui rigidissimis tormentis subacti, pœnas temerariæ conceptæ seditionis, ac patricidii luerunt.

Militum concursus. Evocaverat hic tumultus, (quem verebantur omnes initio fore in Bohemia universalem) ex Germa-

Germaniæ meditulio ad limitem Bohemiæ, in ditionem scilicet Norimbergensem, & Bambergensem, quadraginta quatuor turmas equitum, sub ducibus Helbron, Merode, Montecuculo, Isolano, & Fourio, sed sedato tumultu, iis opus non fuit, quare in iisdem limitibus prope Francofurtum hæserunt. Qua occasione Comes de Hanavv dudum controversam Præfecturam Schligteranam, Ecclesiæ Herbipolensi jure debitam, ejusdem Ecclesiæ Episcopo coactus fuit restituere, enixis precibus contendens, ut decursorum fructuum gratiam obtineret. cujus exemplo cæteri Protestantium non parum conterriti, de restitutione aliquando sacrarum fortunarum facienda nihil dubitarunt.

Progressus Religionis in Palatinatu.

Faciliorem progressum etiam invenit Catholica Religio in Palatinatu, ubi præter omnem spem, qui pessimi aliquando fuerant Heidelbergæ, Germersheimii, Altzeii, Neostadii, Crucenaci, Simmerii, Karchenheimii, Cęsaris litteris felici quadam necessitate illos ad Christum compellentibus, Catholicam Religionem amplexi sunt. Hagenauæ integra civitas initiata fuit Catholico ritu, & Spiræ, (restituta P P. Dominicanorum ecclesia) magna pars civium hæresim abjuravit. Francofurtenses, in eorum civitatē instante Cęsare, cujus nos litteras, & mandata procuravimus, instante etiam Archiepiscopo Moguntino, P P. Cappucinos admiserunt. Ratisbonenses à Cæsare moniti, ut cum Catholicis mitius agerent, istis diebus publicas supplicationes per omnes urbis plateas etiam insolitas, quas hucusq; non obierant, tolerarunt, & novæ Ecclesię sectariæ, ut Catholicorum Ecclesiis valedicerent, fundamenta jecerunt. Soli Argentinenses, cæteris omnibus pertinaciores, Cæsaris placita scissis animis publicarūt; nec statim parere volētes, nec cōtinuo eadē rejicientes, in aliud tempus eorūdem exe[c]tionem distulerunt, hoc interim reverentię

Cæsareis literis deferentes, quod nocte, dieque eisdem excubias addiderunt, ne ab insolenti plebe discerperentur, & culpa in universum Senatum redundaret. Pertinacissimi Franckendalenses, (quorum una erat sententia potius locum, quam Religionem mutare, cæteris à præsidiariis militibus liberatis, aut valde sublevatis, plures præsidiarios, quam cives numerarunt.

De Archiepiscopo pat[?]n Magdeburgensi dispositio. Iam pridem de Metropolitana Ecclesia Magdeburgensi laboratum fuerat; illa enim indebite commendata fuerat Ioachimo Friderico Brandenburgico, qui cum contra Cæsarem arma gessisset, & Legationibus obeundis implicatus, à Sua Majest. proscriptus fuisset; ipsos Canonicos offendebant. Quare metuentes ne dignitas ad Catholicum devolveretur, & ipsi ad Catholicã Religionem adigerentur, Electoris Saxoniæ filium secundogenitum postulare deliberarunt, ut si primo administratore destituerentur, saltem suæ sectæ validum Mecænatem victori Cæsari opponendum nanciscerentur. Quod cum scivissem retulissemq; Cæsari, ejusq; ministris, instans ne cũctarentur in remediis adhibendis, ob multa mala, quæ inde oriri poterant, Sua Majest. per certum hominem Pseudocanonicis sub gravissimis pœnis, præter ipsam actus nullitatẽ, interdixit; ne in Archiepiscopi electione, seu postulatione procederent: Electori vero Saxoniæ per literas significavit, quod cum tanta ei voluntate esset astrictus; tamen cũ ille se ingereret in nova electione Archiepiscopi Magdeburgensis, & curaret, ut aliquis ex propriis filiis eligeretur; nõ posse salva justitia talẽ Catholicorum injuriam permittere; cum supradictus Archiepiscopatus post transactionem Passaviensem ab hæreticis fuisset occupat⁹, pro qua causa non poterant Catholici in Camera Spirensi prosequi multas alias causas pro restitutione aliorum bonorum Ecclesiasticorum ab hæreticis occupatorum, nolentes

Cæsaris litera ad Electorem Saxoniæ.

hæreti-

hæreticum quemlibet recognoſcere pro legitimo Archiepiſcopo Magdeburgenſi, ad quem ſecundũ Imperii conſtitutiones ſpectabat eſſe relatorem cauſarum. Addidit præterea Cæſar, quod cum multas auri myriades pro præfato Archiepiſcopatu recuperando impendiſſet, eos non niſi in divinum ſervitium relaxare ſe velle. quare eum amice admonebat, ne aliter ſentiendo eſſet ipſe cauſa, & origo novorũ tumultuum, & bellorum in Germania; ſe enim firmiſſime ſtatuiſſe, nolle permittere in Imperio hujuſmodi inconvenientia. ſed hæc noſtræ diligentiæ conamina nullũ effectũ habuerunt: nam poſt aliquot dies Pſeudocanonici ſe excuſarunt, quod ante receptum mandatũ S. M. Principem Auguſtũ Electoris Saxoniæ filiũ in Archiepiſcopum poſtulaſſent. ipſe quoq; Elector Saxoniæ S. Majeſtati reſpondit, cum duos dies ante literas S. M. oblatas conſenſiſſet, ut Auguſtus filius poſtulationem acceptaret, ſe jam non poſſe ſine ſui honoris jactura permittere, ut eandẽ renunciaret. Quare novis, & violentioribus remediis uti neceſſe fuit; & ideo S. M iterum ſcripſit Electori, ſe non poſſe à præſcripta mente, neque ob publicum Imperii commodum, neque ob privatum proprium recedere. conſtituit præterea virum magnæ auctoritatis, ut compulſis populis Principatus Magdeburgenſis, Archiepiſcopatui ſubjectis, ad præſtandum novum juramentum fidelitatis, & obedientiæ Suæ Majeſtati, illius poſſeſſionem, & dominium armata manu retineret, & defenderet. inſuper conſtituit Commiſſarios, qui inibi quæſtionem haberent contra omnes ſupradictos Pſeudocanonicos ob diverſa capita criminis læſæ Majeſtatis, cum non minus ipſi, quam eorũ præteritus Pſeudoadminiſtrator, rebelles contra Suam Majeſtatẽ & Imperium fuiſſent. Interea Tillius, commiſſa Comiti de Anholt cura obſidionis civitatis Staden, cum ſex legionibus peditum,

Reſponſio Pſeudocanonicorũ ad Cæſarem pariterque Electoris Saxoniæ.

Nova remedia pro reiicienda poſtulatione ſupradicta.

Tillius Friſiã orientalem ingreditur

cum suis legionibus, & ad quem finem. & magno equitum numero Frisiam orientalem ingressus, stationem cœpit, quasi comitatum illum Imperio subjectum, ab Hollandis occupa-
" tum, recuperaturus: sed revera ut illorum vires
" diverteret, eisque timorem injiceret contra Hispanos belligerantibus. certum enim erat hujusmodi recuperationem perfici non posse iis temporis angustiis, eoque belli apparatu, cum inimici civitatem Emden, & Ten-ort firmissimas arces in sua potestate retinerent. Meliorem effectū obtinuit. Comitis de Trautmansdorf cum Electore Bavariæ ob superioris Austriæ restitutionem tractatus; licet ab initio habuerit remoram ex postulatione cautionis illarum provinciarum, quas Cæsar in compensationem crediti Bavarici daturus erat, quæ reproducta resolutione Electorum in Conventum Mulhusij, qua pro suo arbitratu poterat S. M. disponere de provinciis Friderici Palatini proscripti; & insuper promittente S.M. defendere provincias dandas Bavaro; sublata

Concordia inter Cæsarem, & Bavarum pro restitutione Austriæ superioris.

" fuit. præcipua concordiæ capita fuere, ut daretur
" libere Bavaro pro se & suis successoribus Palati-
" natus superior, una cum quatuor Præfecturis Pa-
" latinatus inferioris cis Rhenū, in quibus est Hei-
" delberga Palatinorū antiqua, & principalis sedes,
" & Manheim inter Germaniæ arces munitissimas;
" secundo ut daretur diploma Electoratus perpetui S. Serenifs. Celsitudini, ejusq; stipiti. quare

notandum.

" per istā concordiam, quæ in principio Maij exe-
" cutionem sortita est, duo gravissima negotia Catholicā Religionē spectantia complementū habuerunt. nam sublatæ fuerunt suspicionum umbræ inter Domū Austriacā & Bavaricam, ex quarū discordiis in Germania, quot oriri potuissent Catholicæ Religionis pericula, & ruinæ; supra retulimus: & in hoc quilibet bonus Catholicus summopere animadvertere debet. Secundo, quanti fuerit momenti translatio unius voti Electoralis hæretici in Catholicum, nemo est tam pa-

rum Germanicarū rerum expertus qui non plene cognoscat. in quo negotio non minus sub Pontificatu Gregorii X V. fælicis recordationis, quam sub isto Sanctissimi Domini nostri Vrbani nos laboravimus,& desudavimus, Deo dante vires, & incrementum.

Literæ patentes Cæsaris, ut hæretici Moraviæ, nisi infra sex menses Catholicam Relig. susciperent, discederent ex tota Provincia.

Eodem mense per litteras patentes mandavit Imperator Moravis, ut omnes dictæ provinciæ hæretici,n si Catholicam Religionē susciperent, intra sex menses ex illa egredi, & inter sex alios, suas omnes fortunas vendere deberent. Reformavit præterea constitutiones omnes, & leges ejusdē provinciæ, illas præsertim quæ contra Religionem,& libertatem Ecclesiasticam erant. Insuper ad præstandum ab illis populis Regi Vngariæ juramentum fidelitatis, necnon ad multa alia necessaria in beneficium eorundem, dietam illius Marchionatus pro fine Maji in civitate Zenoimæ ind.ci mandavit.ideo statim Brunæ judicia ejusdem dietæ præparatoria cœpta sunt, in quibus præter alia,quæ expedita fuere, Baro Bioscus hæreticus,&ex primariis illius provinciæ rebellis,non sera vind.cta Divina capite plexus est, ex eo quod inter alia perpetrata facinora Decanum Sarcandrum in principio rebellionum atrocissimis cruciatibus Martyrem effecerat.

Publicatio Dietæ Marchionatus Morav.æ.

Præparatoria Iudicia Brunæ profutura dietæ.

Rex Daniæ infausto nihil attonitus,nec terrefactus augurio, quod incolæ Haffniæ Regiæ suæ residentiæ conceperant ex repentino fulminis casu,quo Cathedralis campanarum turris diruta fuerat, & in sacellū Regium dejiciens omnia antecessorum Regum monumenta quassarat; solvens ex portu cum valida classe appulit ad parvā Insulam Ducatus Holestain Femeren, quam statim occupavit,cæsis quinq; wallonū tu mis,quę in præsidium constitutæ erant.deinde è regione ejusdem insulæ novum propugnaculū extruxit, hinc ad civitatem Kylę se transtulit,ut ea potitus, tutiorem, & liberiorē descensum haberet in terram.

Rex Daniæ occupat insulam Femeren.

Idem reiicitur à civitate Ky-

Ia virtute Imperialium. ram. sed spe frustratus est: nam magno impetu illam oppugnare incipiens, virtute tamen Imperialium rejectus, in Zelandiam cum paucis navibus recessit, reliquum classis in canali Femeren relinquens ad defendendā eandē insulā, & propugnaculū in continenti, quod post paucos dies ab Imperialibus recuperatum fuit, cæsis, & dissipatis multis turmis hostium, qui fugientes in classem ob maris æstum è littore semotam se salvos reddere non poterant. cives Stralsundt (quę est civitas Ligæ Hansiaticæ in Pomerania (ob occupationē à Cæsarean. s insulæ Rugiæ, & ob propugnaculum ab eisdem erectum in parva insula, quæ est è regione canalis, seu portus civitatis, nimium de sua libertate dubitantes, inito consilio cum Rege Daniæ, præfatum propugnaculum stricta obsidione oppugnarunt, ac tandem expugnarunt. quod indigne ferens Colonellus Arnheim, ad castigandam eorum rebellionem, cum duodecim millibus armatis cœpit obsidere civitatem, sane non valde maturo consilio, ob multa. sed præcipuè, quod non poterat impedire subsidia, quæ per mare ventura erant.

Cives Hansiaticæ civit. Stralsundt deficiunt à fide Cæsaris.

Colonellus Arnheim obsidet Stralsund.

Dum per littora Baltici maris tali modo belligerabatur, in tota fere Germania laborabatur in vinea Domini lolium hæresis extirpando. In Palatinatu Heidelbergensi Patres minores strictioris Ordinis observantiæ Sancti Francisci hoc tempore ex Calvinismo ad Catholicam Religionem reduxerunt civitatem Wolffstein cum adjunctis suis undecim pag s, sic etiā civitatem Stromburg cum duobus oppidis, & quatuordecim pagis; pariter civitatem Monzingensem; Archisatrapiam totam civitatis Cæsaris Lautrensis cum tribus oppidis, & sexaginta pagis; dominium Hoheneckcen, cum quatuor pagis; oppidum Rockenhausium cum sex pagis; arcem Naumburg cum duodecim pagis, & oppidum Oppenheimense.

Vberes fructus Cathol. Relig. in Palatinatu Heidelbergensi.

Cæsaris libe- Cæsar ad propagandam Catholicam Religionem

nem in Bohemia, quamvis regium ærariũ, ob tot & tantas in bellis cōfectas expensas, haberet exhaustum, in Dei tamen solum protectione confidens donationem quindecim Cruciferorum pro quolibet magno modio salis regni Bohemiæ annuatim statui Ecclesiastico contulit.

ralis donatio quindecim Cruciferorum pro quolibet modio salis regni Bohemiæ statui ecclesiastico ejusdem regni.

Præterea quia in constitutione statutorum, & Legum regni Bohemiæ aliquæ erant ex eis, quæ ambiguitate, & perplexitate laborabant, flagitante Card. ab Harrach, in status Ecclesiastici beneficium aliquas declarationes effecit, quas lector videbit infra inter diplomata Cancellariæ regni Bohemiæ.

Haud igitur mirari debemus, si Deus, qui dat affluenter omnibus in eum sperantibus, amplissima Cæsari dona cōferre non destiterit, prout eo tempore accidit. nā Comiti de Anholt post multorū mensium obsidionem civitas Staden dedita est, Colonello Morgan, qui eā defenderat, spondente, nec ipsum, nec suos milites per sex mensium spatiū militaturos contra Cæsarem. Qui antequā Praga discederet, ad Moraviæ dietā iturus, quæ in fine Maj, & principio Iunii celebrata fuit; Ferdinandum Magnum Hetruriæ Ducem cum Principe Ioanne Carolo ejus germano, suos ex sorore nepotes, splendidissime, tanquam Austriæ Archiduces, excepit, pariterq; eodem tempore, cum multo honore & benignitate admisit Antistitem D. Ioannem Baptistam Pallottū Nuntium extraordinarium Sanctissimi Domini ob negotia Ducatuum Mantuæ, & Montis Ferrati, à me ad S. Majest. introductum. deliberationes postea Dietæ Moraviæ felicissimū habuere successum. quia præterquam quod omnes status illius provinciæ coram Imperatore fidelitatē Regi Vngariæ, tanquā legitimo successori jurarunt; spoponderunt etiam, se per singula familiarū capita semel tantum sex florenos soluturos, & pariter illo anno ad muniendas Vngariæ Turcis limitaneas arces

Civitas Staden post multorum mensiū obsidionem venit in manus Comitis de Anholt pactis honestis conditionibus.

Adventus in Pragam Ferdinandi magni Hetruriæ Ducis.

Adventus in Curiam extraordinarii Nuntii.

De liberatione Dieta Moraviæ felicissima pro Cæsare.

unam

unum secalis mensuram per singulos subditos, & per singulas domus civitatũ: promiserunt praeterea Regi Vngariae tanquã novo provinciae Marchioni viginti millia florenorum, totidemq; Imperatrici & ministris cancellariae. quibus firmatis, Rex Vngariae Marchionatus privilegia confirmavit, & publico juramento comprobavit; ea nimirum forma & tenore, quo ejus parens confirmaverat, & promiserat. Verũ Imperator, antequam Zenoima discederet, publicari mandavit novas leges, & constitutiones ab illis populis observan- „ das, praesertim nonnullas circa Religionem re- „ formatas, quae fuerãt antea ab antiquis Regibus Bohemiae, & Moraviae Marchionibus haereticis prolatae. in qua reformatione ex ordine Card. à Dietrichstain, & meo multum desudavit Canonicus Ernestus de Platais. praeter haec Imperator ante suum discessum assignavit statui ecclesiastico in dietis, & similibus provinciae functionibus primum locum, cum antea ex temporum praeteritorum iniquitate non nisi secundum haberet.

Venit in manus Ducum Imperialium arx Kremp.

In hujus anni fine varii fuerunt rerum Imperialium eventus: nam Krempa arx munitissima Ducatus Holestain post aliquot mensiũ obsidionem in potestatẽ Torquati Comitis Ducis Guadagnoli Generalis Imperialium bombardarum honestis conditionibus devenit. sed talem eventum obsidio arcis Glückstadt, in proxima ripa fluminis Albis sitae, sortita non est, cum subsidia, quae mari in ipsam inferebantur, non potuissent impediri. civitas vero Stralsundt cum jam vix posset amplius subsistere acriter oppugnantibus Imperial. qui cum harpagonibus usque ad muros devenerant, coepit agere de pactionibus, easque cum Duce Fritlandt (Pomeraniae Duce mediatore) conclusis; postea tamen concordia suum non habuit effectũ, quoniam cives magno obtento subsidio, cum valida classe naviũ à Rege Sueciae (qui ante paucos dies illius civitatis susce-

Cives Stralsund tractant cum Duce Fritlandt de conditionibus pacis, & concludunt, sed postea re-

scepe-

sceperat protectionem) illā amplius servare noluerunt. Hinc non defuit, qui id inconsideratio- ni,& non solitæ prudentiæ &perspicacitati Ducis Fridlandt verterit, eo quod conclusis conditionibus, non debebat proficisci Gusterou (quæ sedes est solita Ducum Mechelburgensium ibi proxima) ad capiendā ejusdem Ducatus possessionem, qui ei ab Imperatore ob impensas, & servitia in bellis præstita concessus fuerat, cum prædecessores Duces (quorum familia per quingentes annos dictum Ducatum possederat) rebelles extitissent. præterea non debebat executionis concordiæ onus Duci Pomeraniæ committere, sed ipse illud in se suscipere, & ante discessum perficere, cum verissimum sit, quod de fortuna asseritur: fronte capillata, post hæc occasio calva. *cedunt à concordatis.*

Interim pro convocando Electorali Conventu Ratisbonæ pro Imperii pace, & electione Regis Romanorum multis consumptis laboribus per multos menses cum Electoribus frustra insudatum est; nam etiamsi Electores promptissimos se ostenderent ad celebrand m Conventum; tamen Cæsari præsentarunt prius moderanda esse gravamina, quæ omnes Imperii Principes in propriis provinciis ab armis Imperialibus patiebantur propter exercitus magnitudinē, illiusq; violentiam, & rapinam; & ideo quamvis à Cæsare transmissus in Imperium Comes Rambaldus de Colalto, missionem fecisset quindecim millium equitum à servitio Cæsareo, & deinde valde bonas, & prudentes ordinationes circa disciplinam, & vitam militarem reliquis dedisset; non tamen expetitus effectus sequutus est; vel quia remedium non fuit sufficiens, vel quia Principes Imperii voluissent, ut pene omnium militum Imperialium (aliquibus paucis cum exercitu Ligæ Catholicæ solum relictis) missio fieret: quod quidem Cæsar nec poterat, nec debebat præstare; tam propter negotia ejusdem Germaniæ, quæ adhuc *Procuratur cōvocatio Conventus Electoralis Ratisbonæ pro electione Regis Romanorum sed frustra.*

huc ignē malæ voluntatis sub cinere fovebant; tum etiam ob Italiæ rumores, ac tandem ob pericula, quæ imminebant propter pacem cum Turcis non firmatam; cujus spem licet enutrirent mutuæ Oratorum inter duos Imperatores transmissiones, tamen quia adhuc ratificata non erat, in ea quidem fundamentum fieri non poterat; immò, etsi ratificata fuisset; quia jam antea experimento compertum fuerat, eam Turcas tanto tempore observasse; quanto eam frangere non potuissent, cum eorum vires in alias partes distra essent; maxime extimescendum erat.

Procedebatur interea ab Imperialibus Commissariis Magdeburg transmissis ad ulteriorem quæstionē contra Pseudocanonicos ob expositas causas: quare illi magnopere metuentes Viennam (quo paulo ante Curia Cæsarea redierat) duos Oratores pariter Pseudocanonicos sectæ Calvinisticæ, ut sese à postulatione facta excusarent, trāsmiserunt; credentes hac via suæ rebellionis pœnas elapsuros. proposuerunt igitur Cæsari Oratores, Capitulum, & omnes postulando filium Electoris Saxoniæ, credidisse summopere voluntati S. M. satisfacturos, quandoquidem postularant filium Principis tanta Cæsari voluntate conjuncti, tantumq; de eo benemeriti; attamen si capitulum, quod crediderat, non erat assecutum, rogabant S. M. ut suggeret opportunū facto remediū, quod Capitulo erant repræsentaturi, ut quoad fieri posset, S. M. morem gereret. Cæsar clare perspiciens hos sub vestimentis oviū luporū animos abscondere, eis per Cancellarium respondit, ipsos ac reliquos ipsorum socios valde graviter errasse in facta postulatione, non solum quod contra multa justitiæ capita, secundum Imperii constitutiones, & contra alia nō consentanea voluntati S. M. attentaverant; verum etiam ob eandem causam ab illis repræsentatā conjunctionis, & amicitiæ Saxonis cum S. M. quoniam futuri

Cæsar reiicit propositiones Pseudocanonicorum oratorum Capituli Archiepiscopatus Magdeburgensis.

erant

erant fortasse causa, & origo perturbationum, & discordiarũ inter duos Principes tanta animi voluntate in publicum Imperii cõmodum conjunctos. ideo ipsis, qui erraverant sedulo cogitandũ, qua ratione rem cum ipso Saxone possent componere. Tali responso perterriti Pseudocanonici Oratores, & multo magis deinde cum per alios tractatus ab eis cum ministris Cæsareis initos rejecti, cognovissent constantissimam Cæsaris in hoc negotio, & inflexibilem voluntatem; pavidi, & animo confusi in sola spe protectionis Saxonicæ nisi discesserunt. Quare iterũ Cæsar mandavit suis Commissariis, ut contra eosdẽ procederent, & quæstionem adornarent. quæ postea quem finem habuerit, anno sequenti erit referendum.

Pari zelo, & pietate Imperator cum ei repræsentassem, in Stiria, Carinthia, Carniola, aliisque proximis hæreditariis Austriacis provinciis reformationem Religionis optatũ finem non habuisse, nec habere posse; ex eo quod nobiles, & Barones in mandatis reformationis non inclusi, cives, & plebejos clam à suscipienda Catholica Religione retrahebant; mandavit per particulares patẽtes literas, ut omnes Barones, & nobiles hæretici earundẽ provinciarũ intra sex menses vel Catholicã Religionem profiterentur, vel egrederentur ex eisdem provinciis; permittens tamen illis, ut infra annũ suas fortunas vendere possent, quemadmodum in Bohemia factũ fuerat. Sed Imperatoris mens decidendi hoc tempore in favorem Catholicorum primũ statutũ Imperii gravamen, (quod est Religionis) gloriosissima, maximaque fuit omnium, quæ ab introductione Lutheranæ hæresis factę fuerunt in Germania; nam licet tot, tantæque difficultates emerserint, quantæ & à me, & à multis aliis ministris, multorum mensium labore superatæ sunt; eo tamen magis pietas S. M. Dei ope adjuta reluxit; supradicta tamen decisio in scriptis redacta, (ea forma, & teno-


Cæsaris literæ patentes in Stiria, Carinthia & Carniola, ut Barones & nobiles hæretici, nisi infra sex menses Catholic. Relig. susceperint, deberent ex provinciis discedere.

Gloriosissima, & præstantiss. deliberatio Cæsaris in favorem Religionis Catholicæ.

re, quo in secunda nostrorum Commentariorum parte describitur) non hoc anno, sed sequenti publicata fuit. tanti enim ponderis res Catholicis Electoribus sedulo consideranda debuit transmitti. Hi vero post maturam considerationem summis laudibus Cæsaris pietatem, & constans animi propositum extulerunt; quibus præconiis annuit ipse Deus, dum post paucos ab ipsa deliberatione dies Cæsarem insigni victoria remuneratus est. nam cum Rex Daniæ cum sex legionibus peditum, & quindecim equitum turmis occupasset Insulam Vsedum, & postea civitatem Wolgast sedem Ducum Pomeraniæ, sperans cum auxilio Regis Sueciæ, ejusdemque populorum Pomeraniæ, majores progressus se facturum ex adverso Dux Fridlandt, motus cum sex mille peditibus, & mille & quingentis equitibus, ante præfatam civitatem post sex horas certaminis illum vicit, ac majori parte exercitus cæsa, fugavit. quare primum in civitatem, deinde in arcem mari circumdatam, unde, cum securum se non crederet, ponte combusto, in classem se recepit: civitas vero à Duce Fridlandt die sequenti capta fuit, & militum deprædationi tradita, atque arce vesperi cum pactis, & conditionibus recepta, totam ditionem in Cæsaris devotionem confirmavit.

Rex Daniæ occupat Wolgast.

Pugnat cum Duce Fridlandt, fugatur, & vincitur.



CARO-



CAROLI CARAFFÆ
Episcopi Auersani

Commentariorum
DE GERMANIA SACRA RE-STAURATA.

Continuatio, sive

PARS SECVNDA
Usq; ad Annum 1641.



Abito interim Stockholmiæ solenni Ordinum regni conventu, Gustaphus Adolphus Suecorum Rex causas explicuit, quibus bellum contra Cæsarem susciperet, easdemque libello complexus typis excudi curavit, Latino sermone & Germanico Tenor erat: Quod Rex, dum opprimerentur amici & clientes, aliaque Germaniæ vastatores (exercitum Cæsaris annuebat) facerent, quæ non parū se irritare poterant, habuerat occasionem quidem belli: neq; opportunitas deerat rei bene gerendæ, invitantibus, imò enixè postulantibus Germaniæ incolis, ut arma caperet, suadentibusq; exteris amicis, ut dū paries vicinus arderet, propriæ domus incendio consuleret; voluerat tamen nunquam pacem rumpere, cujus erat amator & cultor; & maluerat securitatem propriam Dei, & innocentis conscientiæ bonitati commendare, quam dare se in belli discrimina præcipitem, unde periculum *Belli Suecici contra Cæsarem suscepti causa.*

lum sibi, amicis incommoda erant oriunda. Verum cum anno M. DC. XXVI. in Borussiam contra Polonos exercitum ducens propius observare incepisset Germaniæ grassatorum motus, amicorum monita vana non fuisse, & quo propius Cęsarei ad mari Balthico adiacentes provincias, accederent, eo plura tentare, quæ bellum provocarent, dignoverat: in primis enim eodem anno suas, quas ad Transylvaniæ Principem dederat, litteras, jure gentium violato, intercepęrant, conjecto in carcerem Tabellario, atq; confictâ verborum interpretatione, in sui invidiam publicaverant; cumque postmodum inter Regem & Polonos pax tractaretur, nihil omiserant, ut tam sanctum opus turbarent, Polonis ultro subsidia offerentes, concedentesque, ut militem in Germania scriberent & arma extraherent, Germanis, ne regiæ militiæ nomen darent, interdicto: quod tametsi Regi nihil obfuisset, cum præter optatum numerum ex Germania milites, & arma habuisset, illorum tamen malè affectum animum detexerat; qui & apertior prodierat anno sequenti, quo Holsatiæ Ducem cum exercitu, sub ipsius Cæsaris signis, contra Regem, Polonis subsidio miserant: post hæc Sueci tota Germania prohibiti, naves ipsorum captæ & confiscatæ; inde (quod & eorum consilium manifestius ostenderat) succedenti anno instructæ classis Generalem præfectum creaverant, muniverantq; totius Pomeraniæ & Megapoleos, tam maritima, quam mediterranea loca, quasi ulterius quippiam tentaturi: neque vero propter hæc Rex, tanti pendebat pacem, hostile aliquid erat molitus, imo anno M. DC XXVIII. Stralsundanam civitatem à Danis, Cæsaris hostibus ejusdem Cæsaris nomine, tanquam neutrius partis, recuperans, suam erga Romanum Imperium propensionem ostenderat. Cumque Stralsundani negarent, exercitum Cæsaris in civitatem

tem recipere, ut qui hostiliter adjacentem regionem devastaverat, intentaveratque vim urbi, donec super hoc à Cæsare expressius haberetur mandatum; Rex propriis sumptibus in ea civitate præsidium aluerat, ne à quopiam occuparetur: quod cum Cæsariani æqui bonique consulere, & Cæsaris decretum exspectare debuissent, sinistre interpretati, cum Stralsundano arcerentur, Wismariensem occupaverant portum, accitisq; Gedano hostium Regis navibus, Balthicum mare ita cœperant infestare, ut ipse si commercia salva voluisset magno incommodo & sumptu classem contrainstruere, ipsorumque conatus impedire fuisset coactus, quousq; annus ille elaberetur: inde ne daretur sibi fraudi, quod Stralsundam teneret, cum principio anni M.DC.XXIX. Lubecæ pacem inter Cæsarem, & Daniæ Regem tractari intellexisset, suos eo Legatos mittendos censuerat, qui tum urbis Stralsundanæ causam accommodarent, tum cæteras componerent simultates his annis enatas, atque si ad id quoque aliquid conferre possent, tractatum ipsum, interventu suo, ad optatum exitum perducerent. Putabat enim Rex, quod cum pax cum Dano concludi exclusa Stralsunda, atque hæc sine se includi non posset, ob pactas conventiones, opus esse, ut sui quoque Legati conventui interessent. Legatos Rex Daniæ comiter, ut par erat, exceperat; at Cæsariani summa injuria, non Lubeca solum, sed tota Germania, comminata morte, facessere jusserant; quod iniquum facinus, datis ad Regem litteris, excusantes, se non habuisse potestatem dicebant, cum alio tractandi, quam cum Daniæ Rege, certo tamen scire, si res adhuc vel ad Cæsarem, vel ad Wallensteinium deferretur, fore, ut Rex pro votis haberet responsum. Verum indignum jam Regi videbatur tot modis læsam, tam ludibriosis amplius processibus offerri patientiam, sciebatque difficile admodum

futu-

futurum, ut Legati Cæsarem adirent, viis omnibus interclusis, & Lubecensi conventu ad finem vergente, addebaturque cum Cæsare antea non habita communicatio: vicerat tamen pacis desiderium, Senatusq; impulsus, & dederat ipse Electorali Collegio (quod de jure Imperii exterorū Regum causas cognoscit) litteras, & à Senatu ad Cæsareum Generalem ablegari Stenonem Bielchen Baronem, & suum cubicularium passus erat, ut si animos partis adversæ in pacem pronos reperiret, etiam pro Stralsundanis armistitium statueret, quousq; ad integrum pacis negotium plures Commissarii mitterentur: appulit Bielches Stralsundam, invenitq; omnia in deterius lapsa, neq; enim solum grassatores illi civitatem molestabant, sed armaverant insuper naves ad prædam, miserantq; iterum contra Regem, Duce Arnhemio Cæsaris Campi-Marescallo, ut vocant, in Borussiam exercitum: hæc Bielchis ulteriorem progressum mutatio stiderat, ne tamen frustra venisse videretur, scripserat ad Wallensteinium, quibus de causis expeditus venisset; & de iniquitate transmissi exercitus protestatus, ut is, & reliquæ hostilitates suspenderentur, petierat, si sincera alias videri deberet Lubecensium delegatorum responsio. Responderat Wallensteinius, illusoria plane suorum subdelegatorum fuisse responsa; exercitum revocari ideo non posse, quod tot copiis abundaret Cæsar, ut sibi hunc Arnhemianum exercitum dimittere opus esset, atq; ideo amico Poloniæ Regi contra Sueciam haud immerito eum misisse, nec quidquam ulterius, quod ad rem faceret, repetitis Bielchis postulatis, nisi hoc ipsum iterum responsum dederat, jusseratque Arnhemium cum exercitu in Borussiam iter maturare, qui non parum res Suecicas per totam eam æstatem afflixerat, magisq, afflixisset, ni sors nefariæ intentionis conatus in propria capita pensasset, Narrabat præterea lite-

ras

ras ad Electores datas, & Legatum Gedanum missum in medium producebat, ut se pacem cupere persuaderet; atque arguebat ex responso ab Electoribus habito, quo nihil ad rem continebatur, necessitatem relictam, & quasi insinuatam, opportunis remediis sibi consulendi, & ex Gedanensis conventus dilatione concludebat, se ab hostibus detineri, illos interim ad bellum necessaria parare, quod cum non posset sine maximo regni suiq; detrimento pati, coactus bellum inferebat, ut averteret, & protestabatur quicquid damni ex eo Christianæ Reipublicæ, Germaniæque populis emergeret, non sibi, sed iis pacis osoribus qui tot, tantasque dederant causas, esse imputandum. Hæc, quæ in eo, ut appellant, manifesto continebantur prolixius; nos quo brevius potuimus complexi lubenter sumus, ut hujus belli causæ vel ex ipsius Regis ore audirentur.

Rex itaq; libello hoc promulgato, cum exercitu quindecim mille militum navem conscendit, felicique navigatione Rugiam mense Iunio appulit; ibi quas adduxerat, cum iis, quas ibidem invenit, conjunxit copiis, totusque exercitus, ut asserunt, viginti millibus constabat, cuius cum parte Stralsundam se contulit, altera vero posteriorem Pomeraniam occupavit, navesque educto milite plures advectum copias in Sueciam remissæ sunt. *Suecia Regis in Pomeraniā adventus.*

Novi hi hospites primo in Spanerhagensem insulam, quæ milliari uno à Wolgasto distare scribitur, irruentes, obvios plerosque trucidarunt, reliquis in captivitatem & simul ingentem pecorum multitudinem in insulam Rugiam abductis, cum paulo post Vsedomiam insulam interceptam suæ etiam facerent potestatis.

Cæsar interea pacis cupidus, ut comitia habeentur, procurabat, & tandem circa Junii finem ipse cum filio, Ecclesiastici Electores & Bavariæ *Comitiis Ratisponensibus pax inter Germa-*

S Dux

nia Principes. Dux Ratisponæ convenere; Saxo & Brandenburgicus per Cõmissarios adfuere, excusatione adhibita, ideo se non venire, quia sibi pecunia non suppetebat ad sumptus in itinere, pro dignitate faciendos, cum ditionũ non proventus tantum, sed substantiam milites à Wallensteinio in stationes missi dissipassent; & quidem ferunt, in sola Marca Brandenburgica quatuordecim legiones stativa per triennium habuisse. Saxonia pariter tota eadem ratione militi fuerat distributa, unde non omnino falsa ipsorum excusatio poterat, videri ni paulo post colligendo contra Cæsarem militi, thesauros ferè erogassent.

At Ratisponæ comitia haberi cœperunt, & post conclusam cum Rege Galliæ pacem, de Romanorum Regis electione, cujus suspitio ita Principum animos moverat, ne tractatum quidem. Nuncius Pontificis solum Roccius (qui ad hoc speciale mandatum in forma Brevis habebat) & Regis Hispaniarum Legatus, privatim de hoc negotio cum unoquoque Electorum, parte suorum Principum, verba habuerunt, sed pro voto minime repulerunt responsum, allegantibus Electoribus, de hoc in præsentibus comitiis, se nihil posse deliberare; oportuisse, secundum Imperii leges, se à Cæsare antea de hoc specialiter fuisse admonitos; indixisse illum Comitia ad tractandam Germaniæ pacem, de hac tantum deliberandum, remitteretur negotium istud ad alia comitia, quibus ipsi erga Austriacam familiam debitum studium erant patefacturi: sic, ut diximus, de Regis electione in Comitiis ne quidem actum est, & prudenter non petiit Cæsar, quod consequi se non posse cognoverat, tum ex iis, quæ fortasse à prædictis Legatis resciverat, tum quod jam erga se Electorum male adfectos animos didicerat. Quatuor consumpti sunt menses in pace Germaniæ componenda, volebatque Cæsar, ut ea, quæ Vratislaviæ

con-

conclusa fuerant, locum haberent,& præsertim urgebat,ut bona Ecclesiastica redderentur,& Catholici eo restituerentur, unde fuerant expulsi.

Sed Electorum quibusdam ut opportunius & cautius deinceps fallerent, his assentiri placuit, petieruntque contra, ut postquam de pace esset conclusum,ejus fructus apparere inciperent; dimitteret itaque Cæsar milites,& oppressas contributionibus provincias sublevaret: calamitatibus insontium populorum jam satis militum avaritiam esse expletã, devastatæ tandem, deformatæq; Germaniæ misereretur: conquesti præter omnia sunt de Wallensteinio summo armorum Cæsaris præfecto, illum obliq; perstringentes, quod superbus homo, ambitione clarus,ad militum benevolentiam captandam, tantam exercitui concessisset licentiam, ut nihil tam facinorosum esset, quod milites contra miserrimos populos non auderent: sævire in homines, virginibus vim inferre; comburere domos, civitates devastare, depopulari provincias, pium censerent; militaribus præceptis contineri piaculum ducerent: esse has, non conservandi,sed perdendi Imperii artes, non instruendi milites, sed corrumpendi; irritari militum petulantia populos, inde rebelliones, & bella civilia oriri, militem contra per licentiam lascivire; hunc labore, non molitudine probari, & in eo modestiam, & continentiam non minus, quam virtutem, atq; animi magnitudinem esse desiderandam. Instabant igitur maximo, ut Wallensteinius à suprema præfectura removeretur,atque exercitus dimitteretur.

Et Cæsar facilius, quam fortasse par erat, ipsorum petitionibus consensit, bellum Suecicum non tanti pendens, quanti erat necesse,putansq; satis esse futurum exercitum, qui in Pomerania & Megapoli erat, ad illud conficiendum, neque sibi à Germaniæ Principibus metuens, qui cum

neminem unquam data fide fefellisset, fore ut ab aliis falleretur non credebat. Io: itaq; Comiti Tyllio Catholici fœderis Generali præfecto data reliqui exercitus cura, creatisque super milites Commissariis, exercitum, qui in superiori erat Germania dimitti jubet, & Albertum Wallensteinium, cui Megapolitanũ Ducatum antea donaverat, exauctoravit, excusavitq;, propter Germaniæ quietẽ, ita fieri oportere, ne cui postea sibi belli causas imputare liceret; & maluit Cæsar suã erga pacem propensionem ostendere, quam potentiam servare. Sic pie Cæsar reconciliatus arma deposuit, Germaniæ Principes, quas se accepisse dicebant injurias ulciscendi occasionem nacti sunt. Tales fuerunt Ratisponensis conventus fructus, in quo pax conclusa, suspicionesque remotæ, at bello commoditas, dimisso exercitu, data, ut infra pluribus adducemus.

Tyllio Catholici fœderis Generali præfecto cura exercitus C. traditur.

Wallensteinius à suprema militia præfectura removetur.

Est tamen, quod in his comitiis notandum venit, nimirum Caroli Auriæ Hispanici Legati erga Catholicã fidẽ celebranda pietas. Est Ratisponæ templũ antiquissimum, quod media ex parte Catholici ex D. Dominici instituto possidebant, reliquum Lutherani usurpabant, sibi à Ratisponensi Senatu, nescio quo jure traditum. Inter cætera miranda, quæ in hoc templo sunt, Pulpitum est, ex quo divus quondam Albertus civitatis Episcopus ad populum conciones habebat. Carolus hic iniquũ ratus, Sacrosancta Catholicæ fidei mysteria Lutheri dogmatibus in tam devoto templo immisceri, apud Senatum egit, de illo redimendo; quo transactum, ut Auriæ templum Senatores cederent, si prius tamen quadraginta florenorum millia, quæ à Catholicis tributi nomine poscebant, numeraret: quo pacto gavisus Auria, insigni liberalitate, protinus pecuniam dedit, & templum omnino liberum Catholicis donavit; solus inter tot Principes, qui Ratisponam con-

Templum Ratispona Dominicanis restituitur.

confluxerant, qui religionis Zelo moveretur. Hæc Ratisponæ.

Cæsariani interea munitionem aliquā è regione Brandeshaganæ sitām in insula Rugia tenebant. Ad eam occupandam VII. Idus Iunii Suecorum 3000 pedites, cum quatuor equitū cohortibus & simul triremibus duobus ac aliis navigiis undecim, militibus & tormentis bellicis probe instructis profecti sunt. Et ii quidē, qui terra advenissent, nihil morati crebras Cæsareorum è tormentis ejaculationes, munitionibus se firmabant, octo tormenta majora disponentes, atque eorum ictibus munitionē petere, exiguo tamen successu, incipientes. Die autem postero factum est, cum Sueci per tympanotribam munitionem potestatis suæ fieri peterent, præsidiariis se, donec sanguinis guttula sibi superesset, eandem defensuros respondentibus, ut paulo post navis quædam Brandeshaga solvens munitioni recentem aquam inferre anniteretur, quod Sueci è suis navibus prohibere modis omnibus studuere. Cernentes hoc Cæsarei, ad eam tormentis suis defendendam se accingentes, tantum indefinentibus displosionibus fumum in munitione excitarunt, ut etiam is oculorum aciem absumeret. Observantes hoc, qui terra obsidioni operam dabant, Sueci, non exspectato imperio, irruunt, eamque facili negotio expugnantes multos Cæsareorum contrucidant, ducentis præterea captis. Qua victoria sex tormenta ænea, sexaginta tonnæ panis bis cocti, oves aliquot cum anseribus & gallinis, nec non aliquot pulveris nitrati cadis Suecis cesserunt, Stralosundani autem militem centum cerevisiæ tonnis donarunt, ac festivo tormentorum strepitu exultarunt.

Cæsarianorum in insula Rugia munitiones residuæ expugnantur.

Cum his militiæ Cæsareæ Præfecti majores de Regis Suecorum cum copiis in Pomeraniam irruptione certiores redditi, quo eo magis conatibus istis resistere, & regionem contra machinationes

Stetinū præsidio communire Cæsarei cupiunt.

tiones ejus cõservare possent, à Duce, ut octo militum, quæ ipsi quoq; juramentũ fidelitatis præstarent, cohortes in urbem Stetinensem admitterent, petierunt. Ille auté, concedere se hoc non posse ostendit, cum Cæsariani occupando Garzense & Griffenhagense propugnacula se ipsos data cautione excluserint, Stetinenses etiam salvi conductus litteras magna argenti vi redemptas acceperint. Hinc cum Duci Cæsareos, Consiliarios suos infideles, & qui cum Cæsaris hostibus correspondere nt appellatos esse, referretur, is regionis suæ Statibus illud significavit, qui statim arctiori fœdere cum Stetinensibus inito defensionem urbis in se receperunt. Vrgebat autem paulo post Torquatus Contius belli Dux Cæsareus præsidii in urbem admissionem, verum Dux, se jam cum Stetinensibus sibi obligatis ita paratos esse, ut urbem ipsimet, contra hostium conatus conservare, in Imperii R. commodum possent, respondit.

[Militia] Suecica per Pomeraniam progressus.

Gustavus interim insulis Vsedomia & Wollino interceptis, munitiones ad Wolgastũ exstructas occupavit, & crebra tormentorum è navibus facta displosione Cæsaris non exiguam stragem dedit. Adhæc exercitus ejus novi militis, qui exiguo temporis intervallo multum laboris exantlare potuit, pane etiam & aqua contentus in corbibus vericulorum loco terram ad munitiones exexstruendas apportabat, adventu augebatur. Hinc Wolgasti obsidio acriter suscepta, acrius promota, in qua cum prima vice præsidii virtute rejiceretur, oppido tandem, arce excepta potitus est Suecus.

Stetinensium fides sollicitatur.

Hic idẽ paulo post de improviso navibus milite & vario bellorum apparatu refectis prope Stetinum appulit, aciemq;, eductis in terram copiis instruxit. Quo facto in urbe statim ad arma conclamatum est, lociq; præfectus, si propius ad urbem accederent, se tormenta in advenientes

exone-

exoneratum Regi indicari curavit. At ille, ut ipse ad se exiret, petiit. Advenienti causas, quæ se ad expeditionem hanc faciendam impulissent, ut nimirum pristinæ libertati regionem restitueret, ob quod de Stetinensium fide certum esse se oporteret, narrans, ut militibus suis locum in urbe concederent, rogavit, hoc si non sponte facerent, vi eos ad id adactum iri, addicto.

Gustavus cũ Bogislao Pomeraniæ Duce paciscitur.

Ajunt vero, adventũ Regis Bogislaum & Stetinenses primo ægre se ferre simulasse, Clausique portis, quasi se defensuros, ad Regẽ Legatos misisse, qui ipsum allocuti, retulerunt, cupere illũ, ut Dux sui copiã faceret, quo corã, quid vellet, esset expositurus; neq; illũ adire palã Dux abnuit, atq; eadẽ die in castris inter eos fœdus ictũ, cujus hæc præcipua fuerunt capita. *Primum*, Amicitia inter Regẽ & Ducem, & libera inter subditos cõmercia essent. *Secundũ*, teneret hoc fœdus ad defensionẽ tantum. *Tertium*, nihil contra Cæsarem aut Imperium tentaretur, sed hæc confœderatio solum fieret, pro Imperii statu in antiqua forma, libertate & tranquillitate cõservando religione ac Republica tuenda, neq; hac trãsactione quicquã iis, quæ Bogislaus Rom. Imperio debebat, detraheretur. *Quartũ*, restitueret Rex, quæ occupasset, aut occupaturus erat in Pomerania loca; Dux ea non alienaret, iisq; homines præficeret, qui Regiis Cõmissariis in iis, quę ad Provinciæ defensionẽ pertinerent, præsto essent. *Quintum*, Privilegia Stralsundæ, & fœdus per eam cum Rege initum salva manerent, ipsiusq; gravamina sine mora & secundum æquitatem tollerentur. *Sextum*, Caminensis Episcopatus, qui sub Pomeraniæ ordinibus comprehenditur, huic conventioni includeretur, frueretq; ipsius commodis, hoc solum addito, quod si quid deinceps, Diœcesi aut Capitolo, contra ipsius privilegia, statuta, aliasq; leges fundamentales, propter Electionẽ Episcopi,

aut Coadjutoris, aut alia quacunque ratione injungeretur, hoc Rex junctis cum Duce viribus vetaret, atque Episcopatus liberam electionem, dignitatem & jura tueretur. *Septimum* neuter altero inscio ab hac conventione discederet; Dux cum nemine de mutua defensione pacisceretur; Rex si quid in Pomeraniæ utilitatem innovare vellet, Ducem certiorem faceret. *Octavum*, locus Principibus, si qui hoc etiam fœdus inire vellent, relinqueretur. *Nonum*, huic transactioni alia, aut facta, aut facienda nihil obesset. *Decimum*, Sueci & Pomerani, tanquam unius provinciæ incolæ haberentur, & moneta tam Regia quam Ducali promiscue uterentur. *Undecimum*, si qua orinetur controversia, non armis, sed civiliter decideretur. *Duodecimum*, si Bogislaum sine hæredibus virilis sexus decedere accideret, antequam Elector Brandenburgicus successor designatus hanc conventionem ratam habuisset, aut ad liberandas eas provincias opem tulisset, aut eidem de successione lis moveretur, Rex easdem sequestro apud se haberet, donec omnis de successione controversia dirimeretur, & sumptus belli à successore, absque ulla Pomeraniæ ordinum atque incolarum contributione aut onere, sibi rependerentur. *Ultimum*, singulo decennio hoc fœdus renovaretur. Hæc in castris conclusa, in veteri Stetino signata sunt eodem die XIII. Kalend. Augusti; quo die Rex cum instructis copiis urbem ingressus, vallum, portas, & forum militum præsidio firmavit, tormentaque, quæ ex navibus sumpsit, opportunis locis disposuit, ac occupato sequenti die Odesburgo, XI. Kalend. dicti mensis Stetinum rediit.

Stetinum cum copiis ingreditur.

Periclitatur,

Paulo post Rex admonitus Cæsarianos Gartii munimenta excitare, ut ea videret, mense Augusto, cum septuaginta equitibus urbe hac egressus, magnum discrimen subiit. Militabat Regi Quintinus quidam Germanus, equitum subcenturio,

turio, qui antea Cæsari stipendia meruerat, hic spe præmii adductus ad Contium deflexit, occasionemque Regis intercipiendi edocuit, neque neglexit consilium Contius, sed missis quingentis equitibus, Regem Stetino excludi jussit. Rex itaque Cæsarea castra scrutatus, Stetinum revertens proditum se sensit, & aut mori aut se captivum tradere illum oportuisset, nisi peropportuno subsidio tres Suecicorum equitũ turmæ, quas ipse sequi jusserat, adfuissent: gnaviter hinc inde res acta, dum illi Regem capere, isti servare nituntur: Sueci tandem impetu facto, acceptoqʒ secum Rege Stetinum evasere, ubi equitum quidam centurio proditionis conscius, eliso gutture pœnas luit.

Motus novi in Archiepiscopatu Magdeburgensi.

Circiter hæc Bellona etiam in Archiepiscopatu Magdeburgensi novos ciere motus videbatur. Hallensis namque Administrator Christianus Marchio Brandenburgensis cum summo quodam belli legato, capillis & barba tonsis Magdeburgum (qua potitum civitate, mulctatumq; quod hostibus Cæsaris belli Danici tempore ad hæsisset, Cæsarei accurrerant) advenit, & cum ibi per dies aliquot ignotus substitisset, quis esset indicavit. Hinc Kalendis sextilis cum Legato Suecico, comitante ipsum Senatu, templum cathedrale equo vectus adiit. Ibi, habita concione & hymno D. Ambrosii decantato, Senatus iterum templo eductum, convivio excepit. Eo finito una cum Suecico Legato in Curiam sese conferentes, consultatione habita, ex civibus ad hoc accersitis Administrator, an Regis Sueciæ & ejus partes fovere velint, sciscitatus est. Ad hoc cũ paratos se omnes ostenderent, portæ statim occlusæ, & ne absq; præscitu ejus quisquam emitteretur, & simul etiã nautis & piscatoribus, ne quenquam Cæsareorum Albim transportarent, severa contra agentibus pœna proposita, indictum est.

Christianus Marchio Brandenburgicus Halam intercipit.

Adhæc cohortes aliquot wolmerstadium & Calbum misit, quę Cæsareis inde abactis cum viginti quatuor monachis & magna frumenti copia præter alia bello inservientia, in urbem reversæ sunt. Sub VI. eid. Augusti media fere nocte cum non contemnenda militum manu ad Halam urbem advolavit, quem cives statim, postquam vi, frustra Cæsareis reluctantibus, effregissent, intromisere. Cæsarei igitur viribus tantis propulsandis inferiores se cernentes in arcem Mauritii concedunt, & inde tormentorum displosionibus urbē infestare incipiunt. Hinc cum Administrator arcē potestatis suæ fieri frustra petiisset, tormentis etiam eos impeti curavit.

Tyllius Magdeburgum affligit.

De his certior factus Tyllius, qui, exauctorato, ut supra diximus, wallensteinio copiis cum Cæsaris, tū fœderis Catholici præerat, ut mature seditioni occurreret, in Mansfeldico Comitatu copias coire mādavit, quas in Magdeburgenses duceret, reprimeretq; ipsorū audaciā, atq; maxime conabatur, ut exclusum Magdeburgo Marchionem Christianum deleret: verū Magdeburgenses penetrato cōsilio, Marchionē admonuere, qui se Tyllio imparē cognoscens, soluta obsidione, Hala Magdeburgū reversus est, spe Halensib' relicta, se cum majoribus copiis & viribus reversurum; deserta autem à Marchione civitate obsessi iterum potiti sunt, fuga iis dilapsis, qui Christiano favebant.

Halam Cæsarei recipiunt defectam præsidioque nudatam.

Sedata igitur prius Halę seditione quadā inter cives & milites fortè oborta, Tyllius & Papenhemius vires omnes vertere, ad expugnanda circa Magdeburgū loca, quod cum justo citius explorarent Magdeburgenses, suæ civitati consulere, & reliqua deferere satius rati, militem in civitatem receperunt. Erant tum tēporis Magdeburgi duo sclopetariorū millia ducentiq; fere equites; atq; annonæ, bellicorumq; apparatuū magnā vim superioribus diebus importaverant cives, quando pri-

Magdeburgenses statui suo provident.

primũ Tyllii consiliũ de se obsidendis erant conspicati, videbaturq; civitas imminentem impetum & obsidionẽ latura si aliquis adhuc militũ numerus adderetur. Quare Christianus per nuncium Tribuno Bocchio, qui in Comitatu Mansfeldico suo nomine milites colligebat, significavit, ut copias, quas penes se habebat, in civitatem duceret. Bocchius collectis clam bis mille militibus, quorum fere octingenti circiter erant, deductisque Querfurto quinq; machinis, Halam expedito itinere, quo celerius potuit, contendit, cumq; ad flumen Salam noctu venisset, Halensi juventute prçmonita, quingentos milites flumẽ transmittit, quibus, civiũ adminiculo, civitatem per moenia clã ingressis, ipse cum reliquis apud Salanam portam inter vineas se occultat; mox illucescente die, dum illa porta aperiretur, addatum signum arma expedita; quique portam tuebantur cæsi, atq; cives aggredientibus juncti, Cçsareis nihil tale verentibus magnum damnũ intulere: captis mille quingentis, centum quinquaginta fere ceciderunt. Bocchius liberis, qui Halæ erant, captivis, Senatum in vincula conjecit, qui à partibus Marchionis non ex fide stetisse accusabatur, paucique; ex Senatoribus & civibus, qui Cæsaris partes sectabantur, cum aliquot militibus, in arcẽ cõfugerunt; verũ non diu felici eventu Bocchius lçtatus est; nam dum arcẽ occupare tentat, atq; defendentibus extrema minatur, Papenhemiũ cum magna militũ manu adventare intelligit, qui cum ex profugis ea, quæ Halæ fiebant, cognovisset, absq; mora collectũ ex proximis Kalbę stativis miltem in hostẽ duxit, quem civitate exeuntem plaustris, aliisq; impedimentis irretitũ, ad internecionem fere delevit, & vix Bocchius cum aliquot familiarium trans Salam evasit.

Hala denuo capitur, Cæsareisq; damnũ infertur.

Hæc dũ eveniunt, allatæ Stetinum Electorũ ad Regem litterç, ipsius secundis respondebant; excusabant autem omissum in primo responso Re-

Gustavus ab Electoribus & Cæsare litteras accipit.

 gium

gium titulum, consuetudine & usu, quibus Imperii Electores neminem Regem appellant, atq; ipsum dehortabantur à bello, ea diluentes, quę se ad bellum movere, ille asseruerat, suadentesq; ut amice & civiliter controversiæ, si quæ essent, decidexentur: & Cæsar sua etiam epistola questus est, quod tanto cum exercitu Imperium invasisset, & bello non indicto turbas seditionesq; excitasset, imperabatq; tanquam Romano Imperio subjecto, ut ab armis desisteret. At Rex, qui non ideo scripserat, ut pacem iniret, sed ut bello prætextum quæreret, respondit quidem, sed nihil de pace; imo insuper novam querelā addidit, quod sibi Cæsar tanquam Romano Imperio subjecto scripsisset, cum se ne latum quidem unguem in Imperii limitibus possidere profiteretur. Bellum igitur prosequens ad Brandenburgicum Electorem scribit postulans ut secum fœdus iniret, addito, alios Germaniæ Principes atque Ordines jam fœdere sibi junctos esse; scilicet aperte id profiteri illum volebat, quod jam secretis pactionibus erat amplexus.

Respondet.

Brandenburgico Electori scribit.

Tractatio de redimendis captivis instituta.

Quoniam vero ex superioribus velitationibus & prœliis multi hincinde captivi abducti fuerant, his atq; iis, qui in posterū caperentur, redimendis, transactio inter Cæsarianos & Suecos, certis conditionibus pacta est, exclusis Pomeranis & Croatis, quorum primos Cæsariani tanquam rebelles, secundos Sueci tanquam regiorum vastatores, tractatui includere noluerunt. Rex vero Stetinum ad pecuniam pro bello exigendam rediit, ubi Pomeraniæ ordines transactioni, à suo Duce cum Rege (ut supra legere est) factæ, apposito publico sigillo, subscripsere: urbs quinquaginta Imperialium millia intra aliquot dies se Regi numeraturū spopondit reliqua provincia totidem, concesso insuper Gustavo super navibus vectigali ternorum cum semisse pro centenis.

Pomerani in verba Gustavi iurant.

His

His habitis ipse, quamvis Bogislao, cæterisque Ordinibus contra nitentibus, qui Griffenhagam prius & Garzium expugnari cupierant, ut liberi molestia Cæsarianorum viverent, Stetino solvit, relicto cum sufficienti præsidio Horn o castrorum præfecto, magnaque annonæ & munitionum copia, navigavitq; Megapolim versus, ut in eam provinciam bellum inferret. Postquam igitur Rabenicium transitum quendam eo ducentem & Cæsareo præsidio firmatum intercepisset, inde mandatum quoddam subditis illius Ducatus transmisit, eo sensu: ipsos non solum, ut fidos & pios subditos deceret, prioribus Ducibus suis auxilia ferre & copiis suis se adjungere, verum etiam Wallensteinii asseclas tanquam hostes persequi & ejicere debere; sin vero istud non facerent, tanquam periuros & à magistratu deficientes, imo hostibus pejores ferro & flammis infestaturum, morem autem gerentibus tutelam & gratiam suam oblaturum. Præter hoc & ad Rostochienses promulgavit edictum, suadens, ut ad suorum Dominorum Adolphi Friderici & Ioan. Alberti partes redirent, quos ut in pristinā sedem restitueret, ipse se venisse, dicebat, minitansque iis, qui secus fecissent, sævam persecutionem, & fore, ut suorum regnorum commercio prohiberet.

Rex in Megapolim solvit.

Cuius ad Megapolitanos & Rostochienses mandata.

Erat tunc quidem Rostochii Cæsarianorum præsidium, sed non adeo firmum, ut se posse viribus Regis & perfidiæ civium resistere confideret; quamobrem Dux Sabellius pulcro astu recentem militem in urbem introducere est conatus; res ex voto evenit hoc modo: quingentos equites sub ductu Laurentii Hofkirchii Protribuni urbem adequitare jussit, ac petere, ut Wismariam ire per urbem sibi concederetur, ut civitatem illam contra Suecos custodirent. Rostochienses transitum minime negavere, hoc cauto, ne omnes simul, sed manipulatim transirent. In-

Cæsariani Rostochiam astu novum præsidium introducunt.

grossus hoc pacto manipulus primus, in foro, ubi præsidium præsto erat, se stitit, reliqui equites, catenis repagulisq; fractis, in civitatem per vim irruperunt, instructaque acie duobus diebus ac noctibus in foro mansere, donec à civibus arma in curiam allata, juratumq, se plura non habere, quam tulissent; inde Cæsareis nuper ingressis hospitia in urbe distributa, & civitas munita, occursumque Sabellii prudentia Regis conatibus qui eam à civibus in deditionem habere speraverat, quique, cum se nihil proficere posse animadverteret, inde discessit.

Bogislaus apud Cæsarem suam defectionem excusat.

Accidit vero interea, ut Bogislaus de iis, quæ acciderant, per epistolā Cęsarem admoneret, qua suam defectionem excusans, oblique perstringebat eos, qui se tueri debebant, quique per triennium devastata, stativorum occasione, provincia, irruenti postea Sueco minime restitissent, imo vix aggresso Rugiam, Vsedoniam, Wolgastum, Wollinū, cæteraq; loca, quæ Pomeraniæ propugnacula sunt cessissent, atq; armis, quibus contra hostem utendum erat, in miseros atq; inermes colonos conversis, captoq; oppido Vechermunda, quod ipse munierat, Wollini arcem diripuissent: Qua opportunitate Sueciæ Rex usus Stetinum, improviso adventu, ita obsederat, ut sibi necesse fuerit, cum ipso transigere, si salvam civitatem voluisset. Excusatum igitur propter dictas causas se Cæsar haberet, pacem, qua miserrimi populi sublevarentur, procuraret, à qua Regem non arcessum significabat: Commendabat ultimo se humiliter Cæsari, atque, dum deficeret, se illi addictum dicebat.

Cæsariani regionem circa Stetinū depopulantur.

At Cæsariani ob perfidiam Stetinensibus irati, cum iis, quotquot habere potuerunt, ultimo supplicio affligentes, severe gerunt, atq; in perfidiæ pœnam, totam regionem devastarunt, omnemq;, quod nancisci poterant, pecus abigentes, aperta loca defensioni inepta incenderunt;

sege-

segetibus quoq; & frumentis igne consumptis, destructisque frumentariis molibus, inedia Suecos affligere nitebantur, nullo tamen eventu adversus bene provisos contra omnes fortunæ casus, qui secum necessaria ad plures menses navium commoditate advexerunt.

Porro Cæsariani collationibus exigendis intenti, Pasbaldium militum manū miserant, qui illius civitatis primates abduceret obsides, quod illa ingentem pecuniæ vim, quam nomine decursarum contributionum reposcebant, se posse ob inopiam dare negaverat; neq; solum milites captivos primates abduxerunt, sed etiā civitatem, ablatis quæ secum ferre poterant, expilarunt, reliqui cives in Cæsareos ob damna accepta male affecti, & ne vacua in posterum civitas militum petulantiæ, arbitrioque pateret, cum à Cæsareis pro derelicta haberetur, Vcchermunda Suecos exciverunt, quorum duo signa præsto habuere, conjunctoque cum ipsis opere, vallum circa urbem restaurarunt: fuit in civitate, qui Cęsarianos de iis, quæ fierent, admoneret, missaque sunt tria militum millia, qui civitate Suecos expellerent, quod facili negotio actum; nam cum pauci essent Sueci pro civitate defendenda, neque possent mœnium circuitum custodire, & necessariis ad defensionem carerent, post levem pugnam cessere, nonnullique Vccheram flumen, quod civitatem allabitur, tranantes, evaserunt, reliqui cæsi ad unum sunt; sævitum deinceps in cives promiscua cæde, neque fœminis, aut impuberibus venia, sola redemptionis spes aliquot ex ditioribus in captivitatem ductos servavit.

Pasbaldium Cæsariani spoliunt.

Verum crudelitatem hanc Suecus brevi post crudeliori ultus est cæde, qui dum, ineunte Octobri, cum exercitu sex millium armatorum Stralsunda movisset, atque eo ipso die Barthii castra metatus esset, postere Damgartum petiit, ibique

DamgartiSuecus cadem sui illatam ulciscitur.

que sursim & munimenta expugnavit: Sæve antè eo die in Cæsarianos animadversum; nã quotquot Damgarti fuere, aut è fenestris dejecti, aut igne absumpti sunt, nemine reliquo, excusabantque Sueci hanc sævitiam, exemplo sibi à Cæsarianis Pasbaldiæ dato, ubi Suecus nemo in captivitate servatus fuerat.

Necnon Rubenitii. Et hoc nõ contenti, cum biduo post circa mediam noctem Rubenitium (transitum illac in Megapolim supra diximus) circumsiderent, illud corona circumdatum expugnaverunt, eadem, ac Damgarti, in defensores sævitia, soliq; tribuni & centuriones, redemptionis potius spe, quam miseratione servati.

Lavenburgici exercitus collectio & progressus. Colligebat hoc tempore circa Hamburgum & Lubecam pro Rege Sueciæ milites Franciscus Carolus Lauenburgicus è Saxoniç Ducibus, quibus Cæsareos ad Albim distraheret, atque ideo opportuna aliquot loca, ad illum fluvium sita, Butzenburgum, Vinscemium, Lavenburgum, & & Naihusium occupaverat, majoraq; nitebatur, ni opportune à Papenhemio occursum esset: nã cum hic intellexisset, quæ Lavenburgicus tentaret; junctis cum Reinachero tribuno viribus, Ratzenburgum, decem Lubeca milliaribus distans, cõtendit, quo Lavenburgicus cum suo milite concesserat, neque iste prius Papenhemii adventum intellexit, quam ille castra circa Ratzenburgum metaretur. Erat in arce Ratzenburgica Augustus, Francisci Caroli frater, qui fratris perfidiam aversatus, in fide erga Cæsarem perseverabat, negatoque fratri in arcem ingressu, illam advenienti Papenhemio dedit, unde hic ad

Ratzenburgũ capitur, & Lavenburgicus Papenhemii fit deditiius. oppidum invadendum se accingebat, cum Francis. Carolus colloquiũ petiit, quod ad horæ quadrantem concessum: at ille colloquii specie naviculam conscendens, Lubecam aufugere nitebatur, sed Cæsariani crebra ejaculatione fulminantes, navicularii gubernatoris uno ictu capite

ademp-

adempto, naviculam stiterunt: Porro Lavenburgicus in terrā reverti coactus, Papenhemio certis pro salute conditionibus se dedit, extinctumque est ex ea parte bellum, dum apud Stetinum & in Megapoli flagravit.

Dum hęc ad Raizenburgum geruntur, in Colbergam, Sueciæ Rex vires convertens obsidione illam cingere allaborat, Cęsariani igitur suis subveniendum rati, auxiliares eo miserunt copias, de quibus Sueci cum edocerentur, Stetino haut spernendam utriusque militiæ manum, pro dissipandis Cæsareorum auxiliis amandantur: At hi tantæ vi sustinendæ se non sufficere animadvertentes, iter suum, qua possunt festinatione, promovent, & undiquaque amplis corrasis spoliis tandē alio deflectendo salvi in castra sua revertuntur. Sueci igitur cum propositum suum assequi se non posse cernerent, ad suos sese recipiunt, Colbergæ interim tertia parte incendio, quod famuli cujusdam incuria excitatum ferunt, pereunte.

Colbergæ obsidio à Sueciis suscepta.

Hæc itaq; primo belli Suecici anno gesta, quorum partem cum Cæsar intellexisset, veritus, ne in pejus ruerent, sub V. Idus Novembris Ratisponæ, ubi adhuc Comitiorū causa hærebat, mandatum edidit, novas de contributionibus & militibus in Imperio observandas præscribens leges: non enim ipsum fallebat, qua fama in vulgus distraheretur, ob militum petulantiam: nam in Germania increbuerat, rumor, non sponte militum, sed superiorum jussu ea in populos exerceri, quæ exercebantur. Quo enim facto fieri posse, ajebant, ut Principum querelas, de militaribus injuriis, toties repetitas, Cæsar inultas reliquisset, ni ipse illos ita se gerere jussisset? ut igitur hanc calumniam à se Cæsar arceret, de justitia, necessitateque belli adversus Suecum aliqua præfatus, certa militibus stipendia eo edicto constituit, ab Ordinibus, iisque, qui stativa præbituri

Cæsar leges præscribit, de contributionibus & militibus in Imperio observandas.

bituri erant, eroganda; ultimique supplicii comminatione cavit, ne quis ultra constitutum exposceret. Ad hæc novos ubiq; delectus instituit, & Tyllio, quem Catholici fœderis Generalem armorum præfectum, suis quoq; exercitibus præfecerat, mandata dedit, de novo milite colligendo: atq; quoniam cum Galliarum Rege pacem inierat, ut in Suecicum bellum omnes vires intenderet, reliquias sui exercitus ex Italia revocavit. Exigeret autem fortasse locus, ut miserandam Mantuæ desolationem deploraremus, nisi institutum esset, bello Suecico solum gesta percurrere, reliqua vero quæ memoratu digna passim acciderunt, extremis saltem labiis attingere idque in fine cujuslibet anni nos facturos lector noverit.

Novos delectus instituit & reliquias sui exercitus ex Italia revocat.

Catholici fœderis Principes militem scribunt, ut Cæsari aßistant.

Præter hæc Catholici fœderis Principes, Coloniensis, Treveriensis, Moguntinus, Bavarus, Lotharingus & reliqui Germaniæ Catholici, omnibus viribus assistendum Cæsari decreverunt, verentesque, ne Evangelicorum (ita Lutherani se appellant) vires augerentur nimium principiis opportune obviam ire statuerunt. Atque ideo milites in sua quisque ditione conscribere cœpit, quos Cæsarianis adjungeret, communemque religionem communi Marte tueretur: quoniam Protestantes hoc pro religione, libertateque conscientiæ, bellum fieri jactabant.

Acciderunt autem, præter hactenus allata, anno hoc M. DC. XXV. sequentia; quæ quoniam relatu digna quoq;, censuimus paucis saltem ea perstringemus, pleniorem historiæ cognitionem alibi investigandam Lectori relinquentes. 1. Fridericus Holsatiæ Dux cum Electoris Saxoniæ filia, Maria Elisabetha, matrimonium contrahit, nuptiis Dresdæ, sub initium Martii, celebratis. 2. Episcopatus IV. à Cæsare in Bohemia fundati. 3. Comitia Posonii celebrata, religionis libertatem Cæsare in universo regno conce-

dere.

dente. 4. Alia Ratisponæ, mense Iunio. 5. Controversia de Mindensi Episcopatu. 6. Mantua à Cæsarianis expugnatur, mense Iulio. 7. Pax inter Cæsarem & Galliæ Regem certis conditionibus constituitur, Ratisponæ in Comitiis modo dictis. 8. Cleselius S. R. E. Cardinalis, Viennæ & Neostadii Episcopus, diem obit, mense Octobri. 9. Marchio Spinola fato fungitur, mense Septembri. 10. Iohannes Iacobus Comes Anholtinus vita decedit, mens. Octobr. 11. Cæsaris Conjunx, ELEONORA, in Romanorum Imperatricem coronatur, Ratisponæ mens. 12. Comes Colaltus viam Lethi calcare incipit, Curiæ in Rhætia.

Suecorum militaris disciplina.

Antequam descriptioni gestorum anni præsentis nos accingamus, visum est, de militari Suecorum disciplina quædam præmittere, quam hanc esse accepimus. Gustavus Rex, naturæ suorum gnarus, se plus hyeme, quam æstate præstiturum jactare ausus est, atque ideo suas copias nunquam aut raro in hyberna deduxit, sed semper in castris detinuit. Inde ut populorum animos ad suas partes traheret, quod non parum ad summam rerum spectare credebat, severo edicto cohibuit militum licentiam, ne quid comburerent cavens, aut plus extorquerent, quam constitutum esset, multaque addidit, ne populis milites essent graves, & hoc non solum ad alliciendos incolarum animos fecit, sed ad milites in officio & militari disciplina continendos. si enim regionem militum arbitrio concessisset, expilatis domibus, herisque spoliatis, omnia secum asportassent, unde impedimenta exercitui, militique ex disciplina ad voluptates & luxus transitus, incolæque irritati, qui jam sibi aut adhæserant, aut cesserant, desciviseent, reliqui magis restitissent. Miram Gustavus militiæ disciplinam servabat, severamque & exem-

exemplarem, dum milites mollitie ocioque marcescere minime pateretur, sed cōtinuis moderatis tamen laboribus exerceret. Militem igitur semper aut præliis, aut militari alio munere, exercebat, ne per desidiam mollesceret; qua propter indefessum laboribus, præli s fortem, imperterritum periculis habuit. Tali cum exercitu Gustavus superiori anno ea fecerat, quæ narravimus, & potissimas Pomeraniæ civitates in potestatem redegerat; cumque in hybernis hyemale tempus minime terere decrevisset, ut Stetinum à Cæsarianorum molestiis laboraret, qui ipsum, dum Griffenhagam & Garzium haberent, quasi obsidebant, duo hæc loca in primis expugnare constituit, præsertim cum id à Bogislao & Pomeraniæ ordinibus (supra ut innuimus) enixe postularetur.

Griffenhagam Gustavus capit.

Principio itaque mensis Ianuarii lustrato Stetini exercitui stipendia dedit; inde Dammum, quod trans Viadrum è regione Stetini situm est, duodecim peditum legiones, & octoginta quinque equitum turmas deduxit, jussitque adferri septuaginta majora tormenta, cum minorum machinarum, ligonum, aliorumque militarium apparatuum magna copia. Cum hoc apparatu Griffenhagam petiit, majoribus tormentis adverso flumine navibus advectis, atque ita postridie ejus diei, quo Dammo discesserat, extructis munimentis, dispositisque machinis, Griffenhagam omni vi quatere cœpit. Fit brevi maxima mœnibus ruina, qua visa Cæsariani, ab adversa parte exeuntes, Suecis vacuum oppidū relinquere; multi tamen cæsi sunt & capti, atque inter alios Ferdinandus Capua ejus oppidi præfectus, in hostium potestatem venit, pedem & humeros plumbea glande trajectus, quibus deinceps vulneribus ad immaturam mortem Stetini actus est. Præter hunc nonnulli etiam alii proceres capti, reliqui Garzium confugere.

Ferdinandus Capua in hostium potestatem venit, & ex vulnere accepto moritur.

Diver-

Diversabatur tunc temporis Garzii, Annibal Comes quodam Schauenburgicus, qui cum instare Regem ab iis, qui Griffenhaga aufugerant, intelligeret, videretque, se, quod plerique Cæsareorum partim in hyberna, partim ad Colbergam sublevandam concesserant, ad locum istum defendendum minime sufficere, convocatis è munitionibus in oppidum præsidiariis, & ponte à tergo, tormentis item omnibus, quæ ob equorum penuriam in urbem trahi nequibant, perditis, munitiones illas hostibus vacuas deseruit. Putabat Rex, qui post captam Griffenhagam victoriam sequebatur, Cæsarianos adhuc munimentis inesse, ideoque Baudisium tribunum exploratum misit; accessit cum decem equitibus Baudisius, compertoque nullum defensorem adesse, Regi id nunciavit, quæ præsidio tormentisque loco impositis, Garzium inde quatere cœpit. Neque diu Schauenburgicus restitit, cum omnem exercitum accessisse observasset, locumque non satis idoneum ad tantum impetum sustinendum cognosceret, quare consumptis igne commeatibus, effusisque vino ac cervisia in cellariis, tormenta & quicquid erat bellici apparatus, ne hosti usui essent, in flumen demersit; unde suppositis ignibus oppidum incendit, ipseque cum iis, quas penes se habebat copiis, Francofurtum ad Viadrum magnis itineribus se recepit. *Garzium à Cæsarianis desertum Sueci occupant.*

At Schauenburgicus, postquam Francofurtum pervenit, recolligere vires & lustrare copias cœpit, cumq; comperisset, se Francofurti & Landspergæ supra XII. M. militum non habere, carere commeatibus munitionibus & tormentis, atque à Crottio tribuno, quem Landspergæ præfecerat, moneretur, oppidum illud ex una parte ab hoste jam obsideri, ad Tyllium, qui adhuc apud Magdeburgum hærebat, de rerum statu scripsit, petens, ut aut ipse cum exercitu veniret, aut subsidium mitteret sufficiens. *Schauenburgicus ad Tyllium scribit.*

Hæc

Tyllius subsidiatū accurrit

Hæc ubi Tyllius accepit, hostem ea parte prohibere constituit, ideoque cum tribus peditum & una equitum legionibus Magdeburgo Francofurtum castra movit, inde Landspergam, quæ hosti tunc magis erat obnoxia, lustratum petiit, eoque oppido satis pro tempore munito, Francofurtum in castra rediit, atq; illud muniri commeatibus, atque militari apparatu repleri jussit, ut hostium impetum remorari posset.

Landspergam & Francofurtum munit.

Christianissimi Galliarum Regis Legatus cum Sueco conventionem init.

Rex interim suas copias in nova Marchia contraxerat, dilataveratque stativa militum trans Viadrum, qua Berlinum situm est, ut fere Wittebergam usque excurrerentis. Ac dum Berbaldæ in suis stativis Rex hisce rebus intentus ageret, cum Hercule Charnacæo Regis Christianissimi Legato, qui ad interponendam Regis sui authoritatem in pace Sueco-Polonica venerat, conventionem ad quinquennium nomine dicti Regis iniit, pro communibus amicis tuendis, securitate cōmerciorum conservanda, & restituendis (ut asserebant) in pristinam libertatem ordinibus, ad quæ præstanda ipse triginta peditum, & sex equitum millia alere suis sumptibus tenebatur; Galliarum vero Rex aliquot centena Imperialium millia numeravit. Verum enim vero Sueci ante Tylli adventum aliquot loca occupaverant, per quæ aditus in Pomeraniam patebat, omnesque vires intenderant, ut Landsperga potirentur, ideoque munimentum, quod prope eam civitatem supra montem Cæsariani excitaverant, summa alacritate oppugnabant, non minori virtute defendentibus Cæsareis, sed cum Sueci acriter insisterent, expugnatum est, unde usque Landspergam excurrentibus Suecis aditus patebat, atque quotidie variis successibus velitabantur, cum Tyllius, ut diximus, subsidio advenit.

Rex ex nova Marchia in

Gustavus cognito Tyllii adventu, haut mora novæ Marchiæ tributum imposuit, relictoque

cum

cum firmo militum & incolarum exercitu Hornio, qui tributum exigeret, occupataque loca defenderet, Garsium muniri jussit, ut ex ea quoque parte Cæsariani ingressu in Pomeraniam prohiberetur. His ita dispositis cum XVI. M. militum ex nova Marchia in Pomeraniam & Stetinum retrocessit. Inde aliquot dierum spatio visis omnibus, quæ erat necesse, ad novum Brandenburgum castra promovit, quo in deditionem accepto eodem ardore Clemperaniam, Treptovium & Loitium oppida occupavit. Post hæc Malchino sine pugna potitus, Deminum obsedit. Tenebat hanc Dux Sabellius cum M D. militibus fortissime se aliquandiu defendens, donec munita turris, quæ ab altera parte CCCC. ferme passibus oppido procul ab Holckiano legionis Centurione tenebatur, Regi deditionem fecit, tum Rex propè turrim ductis tormentis murum oppidi quatere cœpit. quamobrem Sabellius, quarto ab incepta expugnatione die, & mense quidem Februario decoris conditionibus cum Rege transegit, deductisq; duobus tormentis, vexillis, armis & impedimentis, sonantibus tympanis in Megapolim profectus est præfectoq; urbi Banero, & reliquo exercitu in præsidia distributo, Stetinum reversus est. *Pomeraniam regreditur, pluribusque locis potitur.*

Petiit tunc temporis Tyllius cum XX M. militum exercitu & viginti sex tormentis vetus Brandenburgum & Rappinam : inde expugnata Felsperga, cæsisq; ad unum defensoribus, qui deditionem facere noluerant, novum Brandenburgum, obsedit. Præerat civitati Cniphusius tribunus, inerantque duo militum millia, præsidium satis firmum, ni Tyllius tam acriter oppugnasset. Cecidere gnaviter pugnantes defensores fere omnes, & Cniphusius cum uxore, tribus filiabus, centurionibus quibusdam ac LX. fere gregariis militibus in Cæsarianorum manus vivus pervenit. Civitas à Cæsareis prorsus *Tylli progressus.* *Novum Brandenburgum vi expugnat.*

deva-

devastata est, ex quibus CC. circiter desiderati.

Comitia Ordinum Pomeraniæ Stetini, quibus Regi exercitus novus decernitur.

Habebantur interea Pomeraniæ Ordinum Comitia Stetini, petebaturque à Rege, Comitiis tunc assistente, ut ex Pomerania præsidia sua deduceret, quo Provincia sublevaretur. Ordinibus igitur, Duceque coram honorifica de se, suaque expeditione præfectus, religionemque & libertatem obtendere, quarum causa se venisse afferebat, de præsenti rerum statu disseruit, graviter adeo, ut Stetini ab Ordinibus decretum, X. militum millia, provinciæ sumptibus, conscribere, qui Regi, Duci, ac Provinciæ sacramentum præstarent.

Colberga Suecis deditur.

Venerat circa eos dies in manus Suecorũ Colberga, à præsidiariis post longam obsidionem decoris conditionibus dedita: nam cum eduliorum inopia Cæsariani laborarent, neque subsidii spes esset, mense Martio cum hoste pacti sunt. Exivere ex ea arce VI. Equitum turmæ, & IX. peditum signa, cum armis, sarcinis, ardentibus funiculis, sonantibus tympanis ac duabus machinis, relictis tamen vexillis, quæ à Suecis impetrare transigendo non potuerant. Fuit hujus arcis deditio magni momenti, non omissa solum magna militarium apparatuum copia, & multis diversarum magnitudinum tormentis, sed & ipsa loci opportunitate, qua Cæsarei privati sunt.

Gustavus Stetini parat naves & milites.

Inter hæc Gustavus magnam vim navium Stetini cogebat, ex quib⁹ pontẽ fabricari jussit longitudinis CLXXX. pedum, latumq; ita, ut quinque equites super illum obequitare possent: atque hinc similem alium, sed minorem cõstruxit, ut trans Viadrum pluribus in locis transitum haberet, quorum majorem prope Suedam, minorem ad Ferathum collocavit, eosque validis propugnaculis munivit, ne à Cæsarianis occupari possent. Hæc peragenti defertur, Tyllium ex Megapoli Magdeburgum redire constituisse, quapropter scrutatis è Colergdo partibus, DC. equi-

Albis duos pontes imponit.

equites dimisit, qui progressus Tyllii observarent. Vbi itaque illum, relicto Francofurti & Landspergæ præsidio, reliqua deserere & Magdeburgum tendere intellexit, relictis, qui pontes tuerentur, Francofurtum versus castra movit; Est Francofurtum ad Viadrum civitas (cujus cura penes Schauenburgicum adhuc erat) satis celebris, florentissima olim academia insignis, & mercimonio dives: habet ab uno latere fluvium, cæteris in partibus antiquo more muris septa. Quinto Idus Aprilis primum Rex civitatem subiit, totusque exercitus ad sclopi ictum accessit: mox Gustavus perlustratis omnibus locis, opportuna ad fossas ducendas, & tormenta collocanda designavit. Sequenti die urbs corona circundata est, strenue se defendentibus Cæsareis: Rex vero postquam in aperto campo concionem audivit (quem morem, antequam ad prælium accederet, semper servabat) ad milites perrexit, ipsosque ad opus hortatus, Cæsareos aliquot, qui fossam tuebantur, impetu facto, in civitatem pepulit. Post hæc porta Gubiniensis tormentis & duobus incensis cuniculis disjecta corruit, non sine defensorum strage, & Sueci ruinam subeuntes in civitatem irruerunt, cæsis Cæsarianorum obviis: cæteri cum jam hostem in civitate esse senserunt, in fugam se ex altera parte dedere; at dum fugientes Sueci persequuntur, illorum fere centum in fluvium præcipites, dati sunt, in reliquos promiscua cædes edita, adeo ut ex toto præsidiariorum numero vix M. superfuerint. Ejus civitatis damnum multis auri myriadibus æstimatur, fuer eque ipsius participes vicinæ civitates, quæ nundinarum occasione Francofurti merces habebant; auxit calamitatem excitatum incendium, quo multæ ædes conflagrarunt; trucidatique ex Cæsareis supra M D. inter quos tribunus quidam nonnullique alii fortes viri occubuere; capti vero D. atq; præcipue Spar-

Francofurtum expugnatur.

rius,& Vallius tribuni,cum multis cēturionibus aliisque officiariis. Schauenburgicus, Tieffenbachius, & Comes Monticuculi, cum DC. circiter gregariis militibus, Glogovium majus in Silesiam evasere; ex Suecis CCCC. cecidere, nemine ex proceribus comprehenso, magna insuper tormentorum, & militaris apparatus copia Gustavus potitus est: opportunitatem autem civitatis considerans, illam munire decrevit; atque ita VI. legionibus impositis, vallum restaurari præcepit.

Landsperga Cæsarei eiiciuntur.

Posthæc exercitu reliquo in circuitu distributo, quoniam Passionis hebdomadam stylo veteri celebrabat, in civitate sacris intentus consedit; ubi vero Paschatis festa veneratus est, Landspergam exercitum duxit, occupataque in itinere Crossa, cum copioso apparatu & annona, circa Landspergam exercitum distribuit, & vallo se munivit; inde admotis tormentis, quæ per inusitatos calles à rusticis indicatos, ad ea loca perduxerat, ad quæ nunquam posse illum pervenire obsessi putaverant, mœnia quatere cœpit, occupatisque munimentis, quæ extra civitatem erant, propius fossis valloque accessit, quod cum obsessi vidissent, exemplo Francofurti exterriti, facta deditione, pridie Kalendas Maij, cum sarcinis, XXV. peditum signis. XII. equitum turmis, & IV. campestribus machinis exiverunt, atq; Glogovium majus in Silesiā incolumes deducti sunt.

Comitia Protestantium Lipsiæ sequuntur.

Rex victor præsidio civitati imposito, Francofurtum cum exercitu rediit, unde occasione parta victoriæ ad Protestantes, qui Lipsiam ad Comitia convenerant, litteras dedit; scribebat, gratulari se, quod tandem Catholicorum jugum excutere fortiter decrevissent, extollebatque suas victorias, ultimumque suadebat, ut totis viribus sibi assisterent, qui nunquam communi religioni & causæ esset defuturus.

Habebantur Lipsiæ à Protestantibus Comitia, ab

ab negotium obsidionis Magdeburgicæ: erat enim illa civitas cum Protestantibus, liberisque civitatibus fœdere juncta, quamobrem in præsenti calamitate auxilium, à Confœderatis imploraverat, & Christianus Guilielmus, qui civitatem illā tenebat, cognatus fere omnibus Protestantibus, aut affinis, urgebat, ut sibi succurreretur: qua propter Elector Saxoniæ Protestantium supremus ea comitia indixerat & congregaverat. Agebatur itaque Lipsiæ de modo, quo Magdeburgo auxilium daretur, erantq; variæ opiniones, ut varii erant affectus. At Magdeburgicus Legatus, qui Comitiis pro sua civitate intererat, miserabili oratione recusantis, desperantisq; ad auxiliumferendū animos flexit. Omnibus itaq; suffragiis decretū est, ut arma non pro hac causa solum sumerentur, sed ut libertas Germaniæ, & religionis (ut ajebant) in pristinū statum restitueretur; quoniam vero tunc temporis nemo ad subsidium obsessis ferendum paratior erat, quā Suecus, cujus opportune allatæ litteræ ipsius in Lutheranos pronū animū testabantur, constituere cū ipso transigere, omniaq; ipsi suppeditare, quę ad Magdeburgū obsidione liberandū necessaria essent; missis itaq; ad transigendū Commissariis, Magdeburgensem Legatum læto animo esse jusserunt, neq; despondere animū cives debere: non n. eo jam res devenisse, quemadmodū ipse dixerat, ut de salute civitatis desperandū esset; stare civitatem adhuc, & affuturum brevi cum toto exercitu Regem subsidio, ac obsidionē soluturum; se quoq;, si opus esset, cum militibus suppetias venturos; quæ corruissent, aut devastata essent, in posterum paucis annis vel mensibus resarcitum iri, atque ita spe, promissisque onustum in suam civitatem dimiserunt.

Horum rationes & causa.

Dum hæc Lipsiæ decernuntur, Rex, cognita Magdeburgi obsidione, propria sponte præsto esse

Rex auxilium Magdebur-

gensibus ferre constituit. esse decreverat: quoniam verò vetus Brandenburgum à Cæsarianis adhuc tenebatur, ne post se hostem relinqueret, ad illud expugnandum animum applicuit, missis igitur, antequam castra moveret, tubicine cum mandatis, Wiltenhorstium Cæsareum Tribunum, qui civitatem præsidio tenebat, admonuit, ut intra XXIV. horarum spatium decerneret, utrum deditionem facere, an repugnare mallet. Wiltenhorstius, pernicibus equis misso nuntio, Tylliũ super hoc consuluit, qui, ubi locum illum satis non esse munitum, intellexit, Wiltenhorstium in castra circa Magdeburgum se recipere jussit; quod ille asportatis secum sarcinis fecit, & Rex civitatem immisso præsidio occupavit. *Brandenburgum vetus occupat.*

Inter hæc Protestantium litteras Lipsia accepit, quibus ad liberandum Magdeburgum, oblatis auxiliis, invitabatur · nec oblata Gustavus respuit, sed respondit gratulari se, quod Principes tam sanctè utiliterq; decrevissent: fauturum se illorũ petitionibus, & obsessæ civitati subsidium laturum. Transmissos itaq; cum toto exercitu Viadro, Chepenicum se contulit; inde quoniam per Electoris Brandenburgici ditionẽ sibi transeundum erat, Berlinum ad eum misit Comitem Oitenburgicum petitum, ut Custrinum & Spandaviam cum annona, & menstruo stipendio sibi traderet, quo tutius Magdeburgũ petere posset; redditurum se ea loca, simulac civitatem illam obsidione liberasset. Ægrè deducebatur Elector ad ea loca tradenda, quæ situ & munitione suæ ditionis potissima erant propugnacula; qua de causa Ortemburgico, & Hornio, qui post illum cum iisdem petitionibus venerat, se ea loca daturum negavit. Hoc ægrè ferens Gustavus cum V. equitum turmis, M. sclopetarjus peditibus, ac IV. parvis machinis, Electorem allocuturus Berlinum perrexit; Elector ad milliare prope civitatem obvius occurrit & post amicã salutationem,

&c pri-

& privatùm in sylvula colloquium, quod integram fere horā duravit, in civitatem rediit, suos consiliarios super petitione Regis consulturus, Rex vero in cāpo responsum opperiebatur. Postquam vero regressus Elector responsum secundum Regis voluntatem non tulit, indignabundus in castra volebat redire, sed precibus Electoris detentus Berlinum cum M. sclopetariis intravit, atque altera die rursus cum Electore egit, ut sibi loca, quæ petierat, traderet, secus se obsessis Magdeburgensibus opem minime laturum. Data tandem Spandavia, de Custrino nunquam persuaderi potuit. Rex itaq; accepta Spandavia, impositoque præsidio, & Electore salutato, in castra Chopenicum reversus est. Inde pridie nonas Maij Posdamum movit, Electoremque Saxoniæ postulavit, ut suos milites secum conjungeret, quo facilius civitatis obsidionem solveret, vel saltem sibi transitum per Saxoniæ fines, nempe per pontem Dessaviensem concederet, quo compendiosiori via Magdeburgum veniret. Vtrumque Saxo aperte recusavit; primum, quod non adhuc sufficientem militem se collegisse dicebat; alterum, ne sedes belli in sua ditione statueretur.

Spandaviam ab Electore Brandenburgico habet.

Respiraverat post profectum in Megapolim Tyllium Magdeburgum, soluta undiquaque obsidione, cum ille majorem militum partem secum abduxisset. Præerat Cæsareis, quos circa Magdeburgum Tyllius reliquerat, Papenheimius, qui nihil relinquebat, intentatum, ut pro viribus, quas habebat, civitatem molestaret, atq; interim, dum Tyllius abesset, in stativis suis scalas, & alia instrumenta bellica fieri, parariq; curabat, quibus urbs, adveniente Tyllio, sine mora expugnaretur; neque dum militaria molitetur, mitiora consilia intermisit. Verum ubi hæc remedia minus valere animadvertit, animum applicuit, ut quoquo modo urbe potiretur: Fal-

Magdeburgi obsidio & expugnatio.

ckenbergio itaque, Regis Sueciæ Tribuno, per tubicinem significavit, quam procul Regis subsidia abessent, & quam ipse ad civitatem expugnandam esset paratus: cederet igitur dum tute posset, & Cæsari gratificaretur, beneficium non neglectaro, sed condignum præmium porrecturo, si ipsius opera rebelli civitate potiretur: his irritatus ultro Falckenbergius, tanquam sibi hæc, quasi proditori proponerentur, tubicini respondit, se pro hac vice illum excusare, quod fortasse eorũ, quæ afferret, inscius venisset, in posterum nemini parsurum, sed in furcam acturum, qui ejusmodi sibi nunciaret. Inde strenue ut patriam defenderent omnes cohortatus, cum suo milite egressus, ad Albim V. civitate milliaribus procul, Schonbeccam versus, parvum munimentum excitavit, eo consilio, ut liberum in Saxoniam transitum sibi servaret; mox munitioni milite imposito, Magdeburgum reversus est. Iuvit hoc munimentum Magdeburgenses non parum, quousque Tyllius ex Megapoli redux circa Idus Aprilis illud expugnavit.

Distribuerat, ut diximus, in Magdeburgensi ditione Tyllius exercitum, atq; ubi aliquot dies curandis corporibus insumpsit, civitatem propius accedere, atque adiacentia munimenta expugnare decrevit. Mechera igitur & Pechavio movens cum exercitu inter gemina Magdeburgensium munimenta in sylva consedit, excitaq; ibidem vallo se munivit, missis inde militibus, qui viam ad civitatem insiderent, ne hostes in illam aufugerent, munimentum ad Albim aggressus est, tormentisq; ab utraque fluminis parte directis, quati jussit, atque eadem die à præsidiariis deditum accepit, qua eadem felicitate intra paucos dies quinque alia bene firma munimenta expugnavit, in quibus amisere cives militum pugnacissimos. Porro Tyllius conspicatus, nul-
lum

lum aliud amplius extra urbem munimentum exstare, quam vectigal, illud quoq; aggredi operæ pretium, est ratus, ut postmodum alia omni cura liber civitatem acrius oppugnaret; dispositis itaque machinis ruinam excitare cœpit, factumque est, ut brevi temporis spatio ipsius integrum latus corruit, quo viso Falckenbergius milites in civitatem tam munimentis nudatam revocavit, combusto prius ponte, qui vectigal civitati conjungebat. Verum Christianus & Falckenbergius, ubi præter spem amissa propugnacula tam cito videre, de rerum statu Regem & Protestantes, qui Lipsiæ diversabantur, missis clandestinis nunciis admonuerunt; ipsi cum militum numerum nimis angustum esse cognoscerent, ad totam civitatem tuendam, suburbia deserere decreverunt, præsertim cum Sudenburgum Cæsariani jam oppugnare cœpissent; excitato itaque Sudenburgi & in nova urbe incendio, ædes combusserunt, atque ex igne superstites, adhibitis machinis, cuniculis solo æquavere, ne hostis iis contra se uteretur, aut in eis hospitia collocaret.

Inter hæc Gustavi ad obsessos litteræ interceptæ sunt, quibus partam ad Francofurtum victoriam narrabat, & se subsidium brevi cum toto exercitu allaturum, per suum honorem juratus, promittebat, essent interea bono animo, & se strenuè defenderet. Has ad se allatas Tyllius, qui Mecheræ diversabatur, quamvis Francofurtensi clade perculsus, ad Papenheimium misit, ut obsidionem urgeret, nam adventare Regem, & Protestantes ubique delectus instituisse, ut obsessæ urbi præsto essent, qui si venirent, erat omnino obsidio solvenda. Supererant omnino in civitate duo peditum millia, & trecenti fere equites, cæteri aut per acies ceciderant, aut fame cõsumpti erant, multos etiam ægritudines absumpserant, quas ex male cocta cerevisia contraxerant.

Hos reliquos milites Falckenbergicus per mœnium apertiora loca distribuit; inde quoniam illorum numerus minime sufficerat, editioribus & munitioribus locis cives imponit, fœminas atque impuberes afferendis apparatibus, aliisque necessariis adhibet, ipse nullibi non adesse, omnia lustrare, mœnia, stationes percurrere, hortari, facere milites civesque verbis atque exemplo monere. Neq; Christianus deses tempus terebat; nam tum Falckenbergius ore, præsentia, opere defensores incitat, ipse in Senatu consulebat, quid in supremo rerum discrimine agendum, omnibusque consulto providebat; atque hæc in civitate.

Tyllius vero postquam cinctam undique civitatem vidit, facile putans, ut cives exterriti deditionem facerent, ad eos litteras dedit, atque eodem fere tenore ad Christianum & Falckenbergium scripsit, ut, postquam jam excidium urbi immineret, neque ulla spes auxilii esset, se æquis conditionibus dederent, & ultima expectare non vellent. Non respuere omnino Magdeburgenses deditionem facere; sed quia negotium hoc magni momenti esse dicebant, quod non ad se tantum, sed ad omnes Protestantes pertineret, itaque responderunt, quod si suos Legatos incolumes liberósque ire permitteret, se citatis equis ad Electores Saxonem & Brandenburgicum, atque Lubecam missuros, qui super hoc negotio consulerent, & constitui Commissarios ad transactionem procurarent: sisterentur interim arma, ut facilius & commodius hæc peragerentur. Tyllius, ut Legatos mitterent, concessit, tubicinesq; dedit, qui salvos ducerent; de armistitio non cōsensit; nam cum civitatem in manibus tam haberet, tempus traducere nolebat, quo obsessis vel Rex, vel Protestantes præsto essent. At decreta concessaque Legatio irrita fuit, neque Legati eo

cive-

ivere, quo missi fuerant, ob mox secutum urbis excidium.

Tyllius cum Regem indies magis accedere intelligeret, acrius oppugnationem urgens, dispositis ubiq; tormentis mœnia quatiebat. XVI. Calend. Iunii sedecim muralibus machinis novam urbem juxta longa ruina est edita, omniaq; ad eam aggrediendam, invadendamque parata erant; sed cum ab una parte turris supra portam staret, in qua obsessi tormenta disposuerant, quibus non parum damni Cæsarianis adferebant, & ab alia prope Albim propugnaculum esset, quod & ruinam aggressuros molestabat, Tyllius militem cohibuit, donec turris illa, & propugnaculum everterentur, faciliorque ad diruta mœnia accessus pateret. Iussit itaq; Tyllius propugnaculum & turrim quati, quæ tandem XI. Calend. Iunii tercentis ferme tormentorum ictibus corruit: tunc tametsi non ex Cæsarianorum voto ea ruina successerat, qui in fossam cadere illam cupiverant, ut ruinis fossa impleretur, tamen exterriti, cum jam facilius & securius ruina adiri posset, emisso tympanista quatuor dierum inducias petierunt. Tyllius Lacerata epistola, quam miserant obsessi, respondit, non amplius consulendi esse tempus, sed transigendi, quibus conditionibus possent, se nolle diutius jam partam victoriam differre; hortati se, ne ultimum excidium, quod jam imminebat, exspectarent. Dimisso cum hac responso tympanista, tubicinem ipse sub meridiem misit, cum tribus epistolis, ad Christianum, Falckenbergium, & cives scribens, ne inutiliter mori, diripique civitatem mallent, quam se decoris conditionibus dedere. Acceptis his litteris Magdeburgenses quosdam ad Tyllium mittere decrevere, qui conditiones, quas proponeret, audirent, & referrent, ut super iis deliberaretur. Verum dum isti conditionibus discutiendis intenti sunt, Cęsarei milites opus non

intermittebant. Papenheimius enim quietis impatiens, ex nova urbe prope Albim, ubi fossa aquis carebat, impetum fecit, ut milites aliquot sub vallo occultaret, sed ab obsessis repulsus, cuniculis rem agere instituit, ut partem valli disjiceret, quod itidem irritum fuit: nam persentiscentes id obsessi, vanum contrariis cuniculis conatum reddiedre.

Nunc igitur ubi ad ruinam patere faciliorem accessum vidit Tyllius, omnia parari jussit, ut die illucescente urbs expugnaretur, locaq; distribuit, quę quisq; aggrederetur: sic XIII. Kalend. Iunii, qua die obsessi sese dedere constituerant. Cæsariani quiete in suis stativis se continebant, ut obsessos fallerent, qui cum insomnes noctē transissent, insidebant dormiturietes vallo, atq; ubi usque ad tertiam diei horam nihil tentasse hostes videre, dimidia civium & militū pars, permittentibus præfectis, domū ad requiescendū se contulit, ipsiq; præfecti qui tunc ab excubiis immunes erant, quieti se dederunt. Atque Falckenbergius Curiam petiit, ut cum Christiano & senatu de dimittendo Tyllii tubicine ageret.

Papenheimius, cui primus aggrediendi locus obvenerat, ubi omnia in civitate quieta animadvertit, dispositis in acie militib⁹, districto gladio fossam ingreditur, superatisq; munimentis contra vallū tendit, & milites pari alacritate Ducem sequuti, inferiorem valli partē occupant, mox superiorem aggressi ex ea quoq; Magdeburgenses deturbant. Falckenbergius autē cum suos classicum canere, sensisset, egressus curia, quos potuit milites collegit, & contra Papenheimiū, civitatē jam ingredientē duxit; hic renovato prælio acriter dimicatū est, jamq; Cæsarei ab ingruente civium turba repellebantur, ni interfecto plumbea glande Falckenbergio cives exterriti cessissent: mox omni ex parte Cæsarei irrūpere, necare resistentes, incendere ad terrorē domos, excurrere,

depræ-

deprædari, quiq; minus discriminis subierāt, meliorē prædæ partem referre. Inde, quod ultimum civitatis exitium fuit, apertis portis equitatus & Croatę introducti sunt, qui per civitatem discurrentes miserandam stragem edidere; sævitum in viros, fœminasq; promiscue, neq; imbellis ætas impuberes servavit, solum incendium, quod afflante vento tota jam civitate vagabatur, stragi finē imposuit superstites ferro, alio sæviori mortis genere, afflicturum; nam cum flammæ ubiq; debaccharentur, Cæsarei in castra reversi, quod ex misera civitate supererat, igni consumendum reliquere. Christianus plumbea glande sinistrum crus trajectus, cæsimq; caput vulneratus, vivus in Papenheimii potestatem venit. Supervixere & alii civitatis Senatores & Primates, spe redemptionis à Cæsareis servati. Pauci item milites & cives in templum majus, quod ab igne intactum mansit, misericordiam victoris experturi, confugere, reliqua plebs militesque partim ferro cecidere, partim igne misere consumpti sunt. Mirum est dictu, quam brevi temporis spatio flammæ civitatem illam absorpserint; nam non pluribus, quam viginti quatuor, horis tota conflagravit. Cathedrale templum, B. V. Cœnobium, & centum quinquaginta fere piscatorū domus, prope Albim sitæ, quæq; ab aliis separatæ erant, tantum servata. Inter alia, sex egregia templa in cinerem redacta, quorum aliqua sectilibus laminis, aliqua plumbo, & Divo Ioanni dicatum cupro, tecta erant. Cæsorum numerū referre vix quisquam posset certum tamen est, plures flamā, quam ferro periisse; nam apertis cellis & fornicibus, in plerisq; tres, quinq; & plures fœminas ac pueros fumo flammaq; erectos reperire erat; neq; ex sepultura numerū supputare licuit, cum cadavera Tyllius in flumen jusserit projici, ut milites sepeliendi labore liberaret. Sunt, qui ad VII. millia civium in eo excidio mortem occubu-

isse dicant; superstitum quoque numerus incertus est, cum captivi in varia castra distributi fuerint, & profugi in diversa loca se contulerint. supra tamen quadringentos fuere, quorum aliqui cum uxoribus & filiis diu à Cæsareis detenti, aut pretio persoluto se redemere, aut fuga evasere. Militum promptissimi pugnando ceciderunt, cæteri, qui segnius rem gessere, projectis turpiter armis in deditionem accepti sunt, ex Cæsareis pauci admodum desiderati, cum tantum primo ingressu Falckenbergium resistentem invenerint, postmodum pugnaverint nusquam. Sic Magdeburgum cecidit, libera Germaniæ civitas ad Albim sita, antiquissima, nobilissima.

Rex Gustavus, Saxoni irascitur & Brandenburgico.

Regem Gustavum expugnatio Magdeburgi mirum in modum perculit, videbaturq; sibi datum civibus illis fidem fefellisse, atque ideo non parum Saxoni & Brandenburgico succensebat, qui se, dum obsessis suppetias iret, remorati essent. Repetebat, post dirutum Magdeburgum, Brandenburgicus Spandaviam, quam concesserat Regi, Rex eam deducto præsidio restituit, quam tamen egregio, quod excogitaverat, strategemate recepit. Rebus hoc modo compositis

Stetinum proficiscitur.

Gustavus navem ascendit, secundoq; Viadro Stetinum navigavit, ut majores copias cogeret, quibus cum Tyllio congredi posset. Dum Stetini

Moscoviæ Ducis Legatos audit.

moratur, Moscoviticos Legatos audivit, qui à suo Duce auxilia ad præsens bellum offerebant: Inde his cum gratiarum actione dimissis, donatisque, ad Gypsvvaldiam expugnandam movit,

Grypsvvaldiā deditione accipit.

quæ licet totius Pomeraniæ munitissima civitas, Regi tamen deditionem dedit, cæso Perusio loci illius Præfecto. Amissa itaque Gypsvvaldia, in Pomerania pro Cæsare nullus amplius locus tenebatur.

Megapolitani Duces ditionē suam, præter

Inter felices Suecorum Progressus Megapolitani Duces qui ditione à Cæsare ob perfidiam privati hactenus Lubecæ vixerant, collectis VI. fere mili-

militum millibus, Megapolim invadere, & sibi recuperare decreverunt. Gandebusi itaque coactis militibus, circa finem Iunii, Suerinum aggressi; expugnatoque eodem die loco, arcem obsederunt. quæ non diu ipsos remorata est, cum munitionibus defensores carerent. Suerino in potestatem redacto, intra paucos dies Megapolim fere totam subegere, sola Rostochium, wismaria & Damitium servata sunt. Rex ipse Duces consanguineos solenni pompa Gustrovium comitatus, applaudente populo, paternas in sedes restituit. *tres solas ci vitates, recipiunt.*

E re peracta Magdeburgum versus promovet copias, Tangermundam in itinere intercipit, prope werbenum figit castra, circumfusa quasi Albis & Havelæ amnium trigono. Havelbergam per Duces sibi vinci curat, ulcisci Magdeburgicos cineres, omnibus opibus atque copiis destinat. *Tangermúnda. werbeno & Havelberga potitur.*

In hunc totis castris insurgendum videns Tyllius, partem equitatus præmittit, subsequitur ipse cum firmissimo exercitu. Rex explorato ejus adventu, stratagemate prævertendum istis viribus censuit, quibus pares opponere non haberet. Misso igitur Rheingravio, & aliis equitum magistris, tria Cæsarianorum agmina feliciter aggressus est Montecuculii Borgstallii pago, Bornsteinianum Rheindorfii, Holcianum Angriæ fudit, fugavitq; opima spolia victoribus parta. *Tyllius Regi occurrit.* *Cæsarei exercitus pars caeditur.*

Tyllius ut acceptam cladem ulcisceretur, werbenum versus castra movit, utque cum hoste, si copiam faceret, acie confligeret, si respueret, ipsius castra impetu aggrederetur. Nonis Augusti circa castra Suecica Cæsareus exercitus consedit, eademque die acriter velitatum est; tres sequentes velitationibus itidem insumptæ, quarta demũ cum castrorũ expugnationem nimis difficilem Tyllius cognovisset, cum instructa acie propius accessit; sed Regem ad pugnam elicere non potuit, qui suis munitionibus se continuit, *Rex præsium detrectat.*

crebrisq; tormentorum ictibus non sine damno Cæsarianorum aciem infestabat.

Tyllius negantis auxilium Saxonis regionem invadit.

Interea vero Tyllius (cum paulo ante Comites Fyrstenbergii vires sibi junxisset) legiones suas nova cupiens præda accendere, Ioannis Georgii, Electoris Saxoici animū explorare decrevit; missis ea de causa legatis ab eo postulavit, ut, si Cæsaris esset amicus, copias, quas collegerat, sibi traderet, & hospitium, comeatumq; in suis ditionibus Cæsarianis concederet; verum Saxo variis adhibitis excusationibus, omnia rotunde negavit. Putabat Tyllius si Saxoniam ingrederetur, fore, ut Electorem non solum affligeret, sed & Regem ex suis munitionibus eliceret cogeretq; ad prælium: sic expugnatis Mersburgo, Freyberga, aliisque Misniæ civitatibus, Lipsiam castra movit, petiitq; contributiones à civibus & commeatum, quæ cum cives se daturos inconsulto Saxone negarent, postridie Iduum Septembris civitatē obsedit eamq; secundo ab obsidione die certis conditionibus deditione accepit.

Lipsiam deditione expugnat.

Lipsensis clades.

Septemvir Saxo uberiori ditionū parte à Tyllio privatus, necessariam sibi suisq; pugnam arbitrabatur; Rex Suecus (quo cum Saxo suas jam copias junxerat) in unius prælii casum date duos Septemviratus, periculosum ducere facinus; Saxonicum militē, recenti delectu conscriptū, cum veteranis comittere, intutū, cunctationem securiorem affirmare. Victus a. Electoris constantia, prælium adornari jussit. Igitur ante omnia Deum solenniter veneratus, ad pietatē fortitudinis genitricem, animavit milites. Dextrū cornu sibi curandū sumpsit, lævū Septemviro permisit. Podelvitza pago nomen est, IV. millia passuū abest Lipsia. Ibi concurrerunt infestæ acies. Cæsarianis de more Catholico, pro Symbolo erat, MARIA IESV CONIVNCTA; hostibus, NOBISCVM DEVS. Comoda locorū præoccupaverat Tyllius, solem ventumq; Suecis adversum effecerat. Rex

Symbola ad qua utrinque pugnatum.

cir-

circũtorquendo leniter aciem, aurã paulo secundiorem suis reddidit, suoq; ab latere, quod intermixtus equit, pedes sclopetarius nova arte confortabat, valide submovit irruentes Cæsarianos; imbecillior Saxonũ tyronũ vigor fuit. Iamq; in lævo cornu fuga, apud Tyllianos victoriæ & jubili initiũ erat, cum Rex per Hornianos pedites è sylvula tã opportune succurrit Saxonicis, ut redintegrato ad Arnheimianos monitus certamine, verteretur in fugã equitatus Cæsarianus, totaq; laxaretur acies. Tenebris, quas fumus ardentis nitri pulvisq; equorũ faciebant diremptũ præliũ. Metuente Regẽ nocte, insidias, fortissimũ astutissimumq; hostem, rursus pugna sperabatur, nisi lucẽ reddens aurora, cladẽ Cæsarianorũ tormenta, sarcinas, currus, omnia derelicta, perfectæ victoriæ signa edidisset, Cæsa ad minimũ XV. millia, inter illos è Cæsarianis, Adolphus Dux Holsatus & Scambengius, cum Tribunis aliquot. Par fere utrimq; numerus militantiũ fuit, in universum ad LX. millia; sed Tylliani pleriq; veterani; capta de Cæsarianis signa ultro centum.

Rex victor Mersebuigũ, Ha'lã, Halberstadium, Calbam, Erfurd am, jugi successu occupavit. Elector ipse Lipsiam. De recuperatis tam subito, quã omiserat, ditionibus suis laudes Deo Liberatori, gratesq; egit publice. Convenit inter fœderatos Evangelicos, ut in superiorem Germaniã Rex-Secus, in Silesiã Bohemiãq; Septẽvir Saxo duceret. Rex Heñebergensi Comitatu subacto, Diœceseos Herbipolitanæ Castellũ, quod Aulã Regis vocitant, commeatu opulentũ expugnavit, hinc Suinfurtũ, Imperialẽ urbem, Herbipolimq; ipsam, ab Antistite Francisco Hatzfeldio derelictam, cum arce omnibus opibus copiisq; instructissima, vi redegit in potestatẽ. Præsidiarii, quod acriter restiterant, omnes cæsi. Sexui imbelli vita & pudicitia, præclaro Regis edicto, conservata. Eo perculsus metu Bambergensis Episcopus, cum suę ditioni imminere periculum videret, essentque

Rex plures subigit civitates, Mersebur-gum, Hallam, Halberstadiũ, Calbã, Erfurdiam; Lipsiam Saxo recipit.

Aulam Regis, Suinfurtum, Herbipolim, cum arce.

Cæsarianorum auxilia procul, cum Rege, quamvis invitus transegit, & magno auri pondere incolumitatem mercatus est. Pari felcitate Werthemium, Miltenburgum, Bubenhusa Suecis sub ditæ. imo F anconiæ pleræque in Regis Gustavi verba jurarunt, permissa ubique subditis religionis & conscientiarum libertate.

Werthemiū, Miltenburgum, Bubenhusam.

Kalendis Novembribus Hanovia, urbs elegans, repentina Christophori Haubaldi irruptione capitur, præsidiarii arma ponere adacti, ut ea resumerēt, pleriq; Regi Sueco sacramentū dixere.

Hanovia soli ta impressione excutitur.

Inter hæc victoriæ Lipsensis fama inferioris quoque Saxoniæ exercitus Cæsarianus pervasit, excelsosque eis detraxit animos. Rostochium Megapolitanis Ducibus deditum Wismaria cōfidentius restitit, Eruptione ibi pugnatum, accepta utrimq; clades. Tandem luco Divo Thomæ Apostolo sacro deditio urbis à Gramio, militum præfecto extorta, qui III. educens millia bellatorum, quod parum sincere partes stetisse deditionis videbatur, Gryphisvvaldiam missus, ejusq; miles partim cæsus, partim Sacramento Suecico obligatus est.

Rostochiū & Wismaria deditionē admittunt.

Iuxta Rotenburgum ad Tubarim ni prospe rum rursus prælium Cæsarianis fuit. Mergentheimum Suecis traditum. Similiter Ascibugiū, Moguntini Archiepiscopi sedes, & Steinheimium Regiis accessere partibus. Neque nundinale illud Musarum Athenæum, Cæsarum inauguratione, totiusq; Europæ mercatu celeberrimum Francofurtum, Gustavo portas clausit. Saxenhusii præsidium Rex locavit XV. Kalend. Decembr. inde traductus Francfurto exercitus Hœchstum cepit. Russelshemium ad Mœnum st. Darmstadinus ei Landgravius Georgius concessit. Mœni accolæ imperata facere coacti. Sociatis ibi Guilelmi Landgravii copiis, Rheingavia subacta, pactisque exinde argenti pensionibus derelicta est. Moguntinus Elector, Anshelmus

Mergentheimium, Asciburgiū, Steinhemium.

Francofurtum ad Mœnum.

Hoechstum.

Russelshemiū.

Rheingavia.

mus Casimirus, ac Præsul Wormatiensis, Coloniam secessere.

Rex Suecus comperto, Tyllium è Noribergensi agro discessisse, tractus montani, Bergstras appellitant indigenæ, dominium sibi vindicavit, atque sub initium mensis Decembris Rhenum transmeare copias jussit. Superato amne Oppenheimium expugnatur, medio mense Decembris, Steinum ab Hispanis, Wormatia à Lotharingis deseritur, sextoque post die (nimirum Calendis Ianuariis Anni M. DC. XXXII.) Moguntia, cum arce & propugnaculo, post aciem aliquot dierum oppugnationem, traditur Regiis. Eorumque locorum amplum Bingium, Altsheimium Konigsteinum, in eandem sortem traxit. Baccheracum, Boppardiam & confinia Rhenigraviatus subegit Regi, cui natalis Christi Moguntiæ solenniter celebratur, ejusque in arcis templo sacrum Lutherano ritu factum.

Tractus Montani dominiū Suecus sibi vindicat.

Moguntiam ad deditionem compellit.

Mira sane felicitas, totam Germaniam à mari Balthico usque Moguntiam victricibus armis uno anno peragrare, Viadro, Havela, Albi, Visurgi, Rheno, Mœno, aliisque fluminibus habenas injectare. Accessit mox & Manheimium, ad Rheni Niccique confluentes permunitum oppidum, deinde & Heilbronna, Fridberga, Wetzlaria, aliaque Wetteraviæ oppida. Quid multa? Spira, Landavia, Weissenburgum, Germersheimium, præclaræ urbes, Suecicis patuesunt præsidiis.

Mira progressuum Sueciorum felicitas.

His adde hoc anno observatu digna: 1. Ludovicus Fridericus Dux Würtembergicus in Monte Beligarti moritur, in cujus locum Dux Iulius Fridericus surrogatur. 2. Hungariæ Regis nuptiæ celebrantur Viennæ, mense Martio. 3. Franciscus Lozanus, Vesaliensis quondam Gubernator Hispanicus, Antverpiæ plectitur capite. 4. Portus novus Neapoli ædificatur. 5. Embda Comiti Orientalis Frisiæ reconciliata. 6. Vallis Ioachimicæ incolę reformationis negotio se opponunt.

nunt. 7. Georgius Ragozius Transsylvaniæ Principatui præficitur. 8. Principis Auraici filius Guilielmus Patris successor designatur. 9. Gloggovium majus in Silesia defœdatur incendio, die Ioanni Baptistæ sacro. 10. Angliæ Rex Palatini restitutionem per Legatum à Cæsare petit. 11. Templum B. V. M. Mindæ à Soc. Iesu Patribus occupatur. 12. Poloniæ Regina vivis excedit, mense Octobri, 13. Abbas à Crems-Münster Episcopus Viennensis creatur. 14. Conventus à Catholicis & Protestantibus Francofurti ad Mœnum frequentatur, mense Augusto. 15. Classis Hispanorũ ab Hollandis dissipata. 16. Magna Hetruriæ Ducissa fato fungitur Passavii, mense Octobri. 17. Neapolitanus Italiæ tractus terræ motu quatitur. 18. Mons Vesuvius incendio flagrare tremendo cœpit, & saxa ignita ad XX. millia passuum projectavit. 19. Saxo Pragam, Bohemiæ metropolim occupat, perduellium capita, turri apud pontem tempore Bohemi belli affixa, auferri, terræq; mandari mandat. 20. Iesuitici templi recens structæ turres Viennæ ventorum impetu prostratæ.

Transimus nunc ad ann. Christi M DC.XXXII. Sub hujus initium fama Lipsensis cladis non parum eorũ animos affecit, qui quietem pacemq; cap.ebant, & Germaniæ incommoda, vastationesque aversabantur; jamque considerabant sub hac mole casuram Germaniam, neque immunes futuras hæreditarias Cæsaris provincias, cum SaxoBohemiæ regno manus injecisset; sentiebantque jam Moravia, Austriæque belli incommodis, quamvis hostis abesset, militũ tamen petulantiæ propter stativa obnoxiæ, sed multo magis Bohemia, Misnia, Franconia, cæteræque in quibus bellum aut gestum fuerat, aut gerebatur, premebantur. Hæc mirum in modum Cæsarem pientissimum Principem affligebant, qui à Deo sibi creditos populos ista molestari ferre non po-

teiat,

terat, ideoque bellum per Duces gerere decrevit. Duo erant in diversis provinciis hostes, quibus per solum Ducem occurri non poterat; placuit itaque relicto in Bavaria Tyllio, qui eam provinciam contra Regem cum suis copiis tueretur Generalem sui exercitus Ducem Wallensteinium, quem in comitiis Ratisponensibus eodem Magistratu deposuerat, constituere, strenuum, egregiumque virum, qui sibi alias utilem fidamque operam navaverat. Degebat Wallensteinius private Znaimi, cum se electum Cæsaris Generalem Ducem accepit. Ad quod onus non temere descendens, certis prius conditionibus cum Cæsare pactus est, ne iterum aut eundem depositionis casum subiret, aut sibi bellum ex aliorum nutu gerendum esset. Quid postquam à Cæsare obtinuit, mandata tribunis dare ad conscribendas legiones incepit, atque ita trium mensium spatio justus exercitus conscriptus est.

Wallensteinius exercitus Cæsaris Dux Generalis denuo constituitur.

At Cæsari proviso exercitus Duce, externaque procurare auxilia placuit, cumque pro certo haberet Regem Catholicum familiæ Austriacæ non defuturum, missa ad eum nova legatione, ad Italiæ Principes Antonium Baronem Rabaltam Gradiscensem præfectum destinavit, qui Germanicarum rerum statum exponeret, quantoque discrimini pateret Italia, hortaretur; petiitque à Cardinale Strigoniensi Pazmanno, qui Cardinalitium galerum suscepturus Romam per eos dies proficiscebatur, ut hæc eadem summo Pontifici significaret, invitaretque ad ferendum subsidium. Ipse, dum hi abeunt, placato prius Numine, humana resumens media ad omnem casum Viennam, regiam suam muniri, atque debilioribus in locis, novum excitari vallum imperavit; huic bina opera trans fossam cornuta designat, in quibus mili-

Cæsar Oratores ad amicos Principes mittit, petitum auxilia.

Vienna, Cæsaris regia munitur.

milites locarentur, qui extra civitatem hostem etiam infestarent.

Summus Pontifex Cæsari pecuniarium subsidium præstat.

Cardinalis Pazmannus Vienna cum decoro comitatu Romam profectus, à Summo Pontifice benigne comiterque exceptus est; & dum sacris cæremoniis inter suscipiendum Cardinalitium galerum illo detinetur, simplici sinceraq; præsentis necessitatis narratione audita summus Pontifex, quæ sui muneris judicabat, ultro præcurrens, numeratæ pecuniæ haut exiguum subsidium dicitur transmisisse, suaque authoritate Catholicos Principes est hortatus ut Cæsari ferrent suppetias, atque ita Pazmannus ad Cæsarem rediit. Et Rabattæ parem quidem hospitalitatem, comitatemque ubique invenit, sed haut parem suæ legationis effectum retulit, variis diversa respondentibus. Soli Florentiæ & Mutinæ Duces cum Lucensi Republica omnia sua officia Cæsari promiserunt.

Catholici fœderis Principes Cæsari assistere constituunt.

Atq; hæc quidem apud Cęsarem fiebant, dum Catholici fœderati celebrato Landshuti, ac deinceps Ingolstadii conventu, de rerum statu, belloque gerendo consulerent. Hæc agitabantur consilia, talesque fiebant apparatus, cum Tyllius, postquam Norimberga discessit, Milzburgum expugnavit, impositoq; præsidio, Donavverdam cum Altringero secessit, ac mox in stativa exercitum distribuit, ut vacuas legiones suppleret, ipse Donavverdæ cōmoratus est, Altringerus Nordlingam petiit, militesque in Augustana ditione stationes habuere, & brevi temporis spatio legiones suppletæ sunt, ac Maximilianus Bavariæ Dux, habito in sua regione delectu, ad X. novorum militum millia collegit.

Norimberga munitur à Suecis.

Dum hæc à Cæsareis agerentur, Gustavus Rex militaria munia minime omittens, repleri militibus veteres legiones conscribique novas mandavit, ut ulterius progrederetur; & quoniam omnium maxime Norimberga obj ciebatur, tribunum

stunum Schlammersdorfium cum V. legionibus immisit, qui illam præsidio teneret. Norimbergenses pariter certatim accurrentes, suæ urbis mœnia reparare, novumq; vallum inducere, ac fossas excavare cœpere, ut hostilem impetum ferre possent.

Expirantibus interim in Franconia, quæ cum Tyllio habebantur, induciis, Hornius à Rege jussus est Suinfurtum suas copias ducere, ut ibi cum Vinariensi Duce se jungeret, atque Episcopatum Bambergensem invaderet; nam quamvis ille Episcopus, ut diximus, suæ ditionis incolumitatem auro redemisset, neque adhuc quippiam tentasset, quo Suecos offendisset, Regi tamen haut securum videbatur, regionem illam Cæsareis expositam, sine suo præsidio relinquere. Sumpto itaque à Bambergensibus rusticis prætextu, qui Suecos aliquot oppresserant, præsidium se velle immittere, Episcopo significavit; quod cum ille respueret, vim adhibere Hornium jussit. *Bambergensis Episcopatus invaditur ab iisdem.*

Venerat inter hæc Sueciæ Regina Stetino Francofurtum, & Rex ea hilariter excepta aliquot dies quieti impendit. Interim Fridericus quoq; Comes Palatinus Rheni, qui bello Bohemico ditione, ac Electorali dignitate ob rebellionem, dum Bohemiæ Regnum ambiret, spoliatus fuerat, atque hactenus in Belgio vixerat, hoc ipsum oppidum, cum honesto comitatu, ingressus est, & à Rege benigne exceptus promissum retulit, se in pristinam dignitatem restitutum iri, ubi hostem ex Palatinatu atque Bohemia ejecissent, namque Angliæ Rex (ut in appendice ad præcedentem annum diximus num. 10.) enixe flagitabat, ut affini viro ditio restitueretur, verum huic negotio importuna mors eodem mense, & Regem & Palatinum abstulit.

In inferiori Saxonia Papenheimius ex Brunsvicensi Ducatu ad Visurgim cum Catholicorum *Papenheimius inferiori Sa-*

fœde-

xonia distri- *strictum affligit*

fœderatorum exercitu progressus, mira celeritate Hammelum, Höchsteram, Verdam, Goslariam, aliaque loca expugnaverat. Hispani vero in Palatinatu Rheni, qui Philippi, Francothalium & Heidelbergam tenebant, Spiram recuperare tentarunt.

Erant Spiræ Catholici, monachique, quos, ut diximus, sua religione uti Gustavus permittebat, atque hi religionis Zelo adducti cum Hispanis egerunt, promiseruntq; ipsis præbere in urbem ingressum; at detecta proditione, Hispani repulsi, & ex civibus nonnulli in furcam acti: inde Gustavus immissis DCC. Suecis in monachorum cœnobiis stativa distribuit.

Crucenacum à Suecia Rege occupatum.

Rex V. Calend. Martii Moguntiam petens, inde copias Crucenaco, quod Hispani tenebant, admovit, ac post VI. dierum obsidionem illud expugnavit, in arcem refugientibus Hispanis, qui quoque, cum cuniculum agi sub arce vidissent, deditionem fecerunt, atque cum sarcinis, impedimentis & armis Hagenoam dimissi sunt.

Rerum in Bohemia status.

Wallensteinius, qui Znaimi adhuc colligendo militi intentus hærebat, de misera civitatis Pragensis (quam Saxoniæ Septemvirum in potestatem redegisse paulo antè attulimus) conditione admonitus, circa Idus Februarias Gallasium castrorum præfectum & Sulzensem Comitem, ulterius Pragam versus pergere, & Maradio se jungere jussit, secuturus ipse, cum copias coëgisset, quas ad finem Martii paratus ubique esse mandaverat. Gallasius & Sulzensis Pilsnam progressi, munita probe hac civitate, recuperatisque aliquot oppidis, Schleckenbaldiam, inde Pragam aggredi animo conceperant, quoniam autem ad aggrediendam Pragam vastam civitatem, munitumque à Saxonicis vires sibi sufficere non rebatur Gallasius, exercitu licet ad XV. militum millia perfecto, honestum videbatur

oppe-

opperiri Wallensteinium, ut ipsius esset captæ urbis gloria patriæque in pristinum statum restitutæ, qui jam ex Moravia cum exercitu discessisse ferebatur; verum ne interim tempus inaniter amitteret, expugnandis oppidis se applicuit, quæ in eo tractu jacent, quæve Pragam versus iter remorari poterant.

Sub Februarii mensis initium Bamberga à Gustavo Hornio occupata est, Cæsariani, qui præsidio erant Forcheimum evasere, verum Episcopus profugit in Bavariam. Sed Tyllius, mense Martio cum universo exercitu Bambergam movit, quo adventante, Hornius actu fortitudine temperato subtraxit copias, quantumvis laceratas. nocturnaque irruptione se de Tyllianis ultus, Suinfurtum ordinato agmine recessit, postquam insignem à Tyllianis stragem passus est. *Bambergam Hornius tenet.*

At vero Rex de horū clade certior factus, Francofurto Moguntiam se contulit, ad cogendas copias, & accurrentibus eo Vinariensi Duce & Banero, qui cum suis copiis ad Regem quoq; venerat, exercitum XX. millium militum conflavit, atq; inde movens prope Gheltershemium Hornium assecutus, ejus copias suis addidit. Tyllius intellectis Regis viribus, illum exspectare opportunum non duxit, sed se cis Mœnum recipere, objectoque flumine ripam tueri, atque inde ipsius conatus observare constituit, donec Bavariæ Dux cum suo exercitu opem ferret. Gustavus postquam Tyllium ad Suinfurtum assequi non potuit; anxius, atque congrediendi cupidus recta Bambergam petiit, illoque occupata, Forcheimum etiam nullo firmatum præsidio (nam Tyllius illud secum abduxerat) in potestatem redegit, atq; haud intermisso cursu Donavverdam versus exercitum duxit, ut Tyllium assequeretur, quam urbem magna vi adortus, Rudolphum inde Maximilianum, Ducem La- *Rex ad ulciscendam Hornii cladem movet.* *Bambergam recepit, & Forcheimum occupat.* *Donaverdam vi expugnat.*

ven-

venburgicum expulit, recedentes præsidiarios machinarum ictibus prosecutus, haud modica illotum strage.

Clades ad Rainam.

Ejus insistens vestigiis Tyllius, Rainam permunitam ad Lycum amnem oppidum insedit, ripamq; fluminis Augustam usque accurate custodivit. Rex ex adverso inter Lycum Istrumque fixit castra, omnesque Danubii accolas usque ad Imperialem Vlmam redegit in potestatem. Nec irritus consilii, in jungendo ponte Lyco fuit, reperto loco, ubi ob ripæ curvitatẽ rapidum coërcere impetum fluvius. Ibi dum impigre pontem struit, frequenti grandium tormentorum fulmine sylvam pulsat, quam suo commodo Cæsariani ac Bavarici præoccupaverant, glandesque exinde maximi ponderis in regios jaculabantur, sed munimentis se hac protegentes. Geminato igitur periculo exterriti Tylliani, quod pontem transire regii inceptabant, ac tormentaria verberatione, quam arborum strages, tamquam cœlo tactarum, horribiliorem mageque noxiam efficeret, promiscuam cædem faciebant, præsertim Ducis Tyllii femore transverberato, Altringeri capite icto, excedere arbustis, fugamque arripere destinarunt. Noctis igitur usi umbraculo Neuburgum atque Ingolstadium trepidi refugere, ultra M suorum desideratis, alii longe plures tradunt. Tyllius etiam ex vulnere accepto bellacem Ingolstadii exspiravit animam quę Cæsarianorum clades in Nonas Aprilis incidisse perhibetur.

Tyllius ictu sesqui libralis machinæ femore comminuto vulneratus, & ex accepto vulnere moritur Ingolstadii.

Protestantes Torgavii co lunt, & continuare bellum decernunt.

Ita ad Lycum conflictus se habuit, dum Protestantes Torgavii circa præsens bellum comitia haberent; namque fama Wallensteinii exciti, exercitum quoq; providere operæ precium ducebant, ne dum à Tyllio Gustavus in Franconia distineretur, Misnia, Saxonia, aliæque adjacentes provinciæ, Suecorum præsidio vacuæ, Wallensteinio præda essent, cui ut resisterent, milites

suffi-

sufficientes non habebant. Conclusere itaque exercitum conscribere, quem subductu ipsius Saxonis in Bohemiam mitterent, occupataque in eo regno loca tuerentur, ac progrederentur ulterius, si occasio pateretur.

At consilium hoc prævenit Wallensteinius, qui tandem ineunte Aprili, collectis XX militum millibus, Zaaimo in Bohemiam movit, factoque per Moraviam itinere prope Solsciamum Gallasium convenit; inde occupatis in via Launo. Slano, aliisque oppidis nonnullis, Pragam circa idus Aprilis pervenit, quam cum maximis viribus adoriretur, deditione tandem recepit. & præsidiarios dimisit. Erant signa peditum XXII. equitum II. quæ Laitmeritium discessere, ubi robur & nervus Saxonici exercitus erat. Recepta Praga Wallensteinius restaurari dirutum murum præcepit, reficique munitiones. Inde aliquot dies domi suæ (quam Saxones illæsam servaverant) commoratur, relictoque in urbe præsidio. ad recuperanda reliqua Bohemiæ loca, quæ à Saxone occupata fuerant, exercitum duxit; atque brevi tempore facilique negotio, vix repugnantibus hostibus Laitmeritium, Egram, aliasque civitates & oppida expugnavit, ac Saxones ex tota Bohemia ejecit. *Wallensteinius Bohemiã ingreditur. Pragam recipit.*

Pari felicitate in inferiori Saxonia fruebatur Papenheimius, qui recedentibus Banero ac Todio cum Sueco milite, deductum iterum ex præsidiis exercitum in ditionem Bremensis duxit, & oppida à Suecis occupata recuperavit. Neque audebant Bremensis & Luneburgicus, qui ab obsidione Niemburgi recesserant, in aperta prodire, quamvis haberent numerosum militem. Usus itaq; hac opportunitate Papenheimius, apertam eorum regionem depopulatus est, retulitq; opimam prædam, & contributiones copiosas exegit. Inde quoniam Coloniensis Episcopi ditio à Suecis, qui Brunsvicensem Ducatum invaserant, in- *Papenheimius inferiorem Saxoniam devastat.*

festabatur, in eum Ducatum exercitum duxit, ut Suecas à Coloniensi ditione, ad hunc defendendũ, eliceret; occupatisq; civitatibus aliquot, non parum Suecorum partes afflixit: nam Banerus ac Todius, qui resistere poterant, cum Rex ex Palatinatu Rheni Francofurtum secessit, in eam provinciam copias ducere jussi fuerant, ut Hispanos ejicerent, sic relictis Bremensi & Lunenburgico, eo se cõtulerant, occupaverantq; Heidelbergam ab Hispanis desertam, & post plurium dierum obsidionem expugnaverant Francothalium, ac deinceps ad Regẽ exercitũ duxerant, unde cum debiles Papenheimius Suecorum vires invenisset, facile in eam regionem excurrebat.

Lotharingiæ Dux inferendu Cæsari auxiliu impeditus.

Dum hæc agerentur in Germania, Galliarum Rex cum exercitu Lotharingiam ingressus, Ducem illũ impediit, ne paratũ auxiliũ Cęsari ferret, atq; in suas partes armis deduxit, acceptis loco pignoris oppidis nonnullis. Trevirensem quoq; Archiepiscopum, cujus ditionem Sueci devastabant, amice ab iis defendit, atq; sub suã tutelam recepit; namque ita Trevirensis petierat fieri, cum imminere hostes, & se sine militibus esse videret.

Trevirensis Archiepiscopus Galliarũ Regis tutelæ se commendat.

Augusta Vindelicorum Regi deditur.

Gustavus, regresso (ut supra est legere) in castra Bavariæ Duce, commode cis Lycum impedimenta traxit. Inde à partium suarum affeclis in Sueviam vocatus, Augustam Vindelicorum castra movit, eaque in deditionem accepta, imperfecto adhuc cum Bavaro tractatu, cum exercitu Bavariã ingressus est. Detinuerat tractando Dux Bavariæ Regem, quasi illius partibus certis conditionibus accessurus, ut colligendis vires lucraretur tempus, quib. Bavariam tueretur. Verum hoc ipsum suspicatur Rex, postquam aliquot dies expectav.t, fervidus ira exercitum in Bavariam duxit, occupatisque ac incensis aliquot oppidulis. Monachium Ducis sedem expugnavit, atq; se adhibiturum faces minabatur, ni ter centena

Bavariam ingreditur.

Monachio potitur, Ducis sede.

tena

tena Imperialium millia à civibus sibi numerarentur; quam ingentem auri summam cum cives in promptu non haberent, à suo Duce duas tertias partes mutuo acceperunt, reliquum ipsi dedere. Hinc præcipua in Bavarum iracundia invectus Gustavus, quem sui delusorem appellitabat, ulterius pergens, totā fere Bavariam misere devastavit, ac demum ante Ingolstadium posuit castra.

Verum Gustavus ubi tentata expugnatione, nihil se proficere observavit, neq; speraret fore, ut cives deditionē facerent, post nonnullos dies obsidionem solvit, vastatisq; circū agris, exercitū in Sueviam reduxit, eaq; regione, nemine fere resistente, potitus est: namq; Vlmā, Memingam, aliasq; ejus circuli liberas civitates, haud evaginato gladio in deditionem habuit, contributionesque opulentos ac spōtaneas accepit; cum interea Bavarus Ratisponam quoque, cujus civitatis cura non leviter angebatur, egregio usus stratagemate sui juris faceret, imposito mox numeroso præsidio, quod regiorum, si qui evenirent, assultus illudere sufficienter valeret.

Suevia pene tota subiugatur.

Ratispona Bavarus cedit.

Detinebatur inter hæc ab Arnhemio in Bohemia Wallensteinius; namque ille tractatum pro Duce Saxoniæ venerat, qui ad pacē se inclinare simulabat: huic trāsactioni plures dies insumpti, summa spe concludendæ pacis, jamq; aliquando pro conclusa habebatur, cū Wallensteinius tandē cognita arte, Arnhemium re infecta dimisit, & cum exercitu latum Bavaro suppetias movit. Mense itaq; Iunio, relictis in Bohemia cū Holca Generali ordinum ductore aliquot militū millibus, qui Saxonibus, si forte ingruerent, resisterēt, ipsiq; Misniā infestarent, Wallensteinius cū XXX. militū millibus, magnaq; tormentorum copia in superiorem Palatinatum venit; atq; ut Suecum è Bavaria Sueviaque eliceret, cœpit devastare Norimbergensem tractum. Ducto in itaq; in eam

Wallensteinius ex Bohemia movet, ad obsidendam Norimbergā.

Suavochium expugnat & diripit. ditionem exercitu, Suavochium adiit, & cum oppidani annonam pecuniamque contribuere denegarent, locum expugnavit & diripuit, inde, motis Norimbergam castris, duobus ab urbe passuum millibus tentoria fixit, atq; vallo & fossa se munivit, dum equites totum illum tractum, qui cis Pegnesum fluvium jacet, depopularentur.

Gustavus Norimbergensibus in auxilium properat. Admonuerant de Wallensteinii adventu Norimbergenses Regem, cum illum intellexere in superiorem Palatinatum copias duxisse, nam imminere sibi hanc procellam suspicabantur; & Rex, ne amicam civitatem, quam maximi pendebat, indefensam relinqueret, clauderetur que in Suevia, si eam amitteret, ex Suevia diducto exercitu, factoque mira celeritate per Bavariam itinere, cum XX. armatorum millibus Norimbergam pervenit, antequã Wallensteinius Suavochium expugnasset; cumque illum majorem suo habere exercitum sciret, trans Pegnesum fluvium positis castris, vallo fossisque itidem se munivit, atque ita uterque exercitus circa Norimbergam consedit. *Norimberga circumsidetur.*

Expirante Iunio Wallensteinius duobus passuum millibus urbe procul cis Pegnesum, ut dicebamus, consedit, concisisque nemusculis, quæ delectum situm legebant, vallum extruxit, ductaque circum fossa se munivit, cum prius explorasset urbis statum & adesse Regem ex ipsius munitionibus cognovisset. Extructo nonnullorum dierum spatio, hostibus conniventibus, vallo, milites per regionem discurrere, incendere pagos, expilare domos, tigna, asseres aliaque ad struendum necessaria asportare, quibus intra vallum tabernacula extruerent, atq; brevi altera fere civitas prope Norimbergam jacere videbatur: neque interrumpebat hostis militum opus, ipse quoque castrametando intentus, quique se facturum satis rebatur, si tantum exercitum di-

stine-

ſtineret, atque in ea obſidione implicaret, qui plus fortaſſe nocere potuiſſet: levioris armaturæ equites ſolum, iique quibus excurrendi cura obvenerat, & Croatæ ſingulis diebus exiguis velitationibus exercebantur, neque contra civitatem aliquid movebatur, quæ Cæſarianis caſtris ſatis procul incommodum afferre aut pati nequibat, tantumque intuentium proſpectui patebat.

Dum res ita, apud Norimbergam ſe habent, Bavariæ Dux Maximilianus profecto Norimbergam Rege, extenuatiſque in Bavaria Suecorum viribus, cum exercitu, quem collegerat, recuperare amiſſa loca inſtituit, quod facili negotio conſecutus eſt, cum Rex in ea provincia nullum fere præſidium reliquiſſet, & incolæ Catholicæ fidei addictiſſimi ægre Suecorum dominium ferentes, advenientem priorem Dominum lætis animis exciperent. Recuperatio itaque Monachio Maximilianus, aliiſque locis nonnullis, in quibus, exigendarum contributionum gratia Sueci remanſerant, præſidium impoſuit; ipſe deinceps cum Altringero ac Tylliani exercitus reliquis, quas collectis propriis militibus ad numerum XX. millium auxerat, Norimbergam ad Wallenſteinium iter intendit, ut junctis viribus Regem obſiderent, opprimerentque, atque ineunte Auguſto Cæſareis ſua quoque caſtra conjungere ducto vallo incepit.

Bavaria Dux ſuam ditionem recuperat.

Ad Wallenſteinium Norimbergam pergit.

Vbi Bavarus cum ſuis copiis Wallenſteinio ſe conjunxit, Wallenſteinius tentare inſtituit, an ultra Regneſum validam militum manum mittere, atque Suecos ex Franconia poſſet ejicere: ſed Rex hoc animadverſo omni conatu reſtitit, miſſiſque nunciis Banerum ex Brunſvicenſi Ducatu ad ſe venire juſſit, ne ſpoliatus Franconia apud Norimbergam obſideretur.

Inter hæc Saxo amiſſa Bohemia non conſultum duxit, conſcriptum ex Torgavienſi decreto

Arnhemius cum Saxonis

exercitu Silesiam intrat. exercitum in eam provinciam mittere, cui sciebat adesse Holcam præsidio; atque adeo Arnhemium suorum castrorum præfectum Silesiam cum exercitu invadere jussit. Ingressus Arnhemius Glogoviam majus, aliaq; loca expugnavit, ac Catholicos misere afflixit; Vratislavia, vero quæ Cæsaris præsidium respuerat, sponte deditionem fecit, inde ulterius progressus Arnhemius, Nissam, aliasq; civitates occupavit, devastavitque eam provinciam fere totam. *Holca Misniā devastat.* Holca vero, qui Bohemiæ regnum defendere, hostemque propulsare debuerat, se non habere sufficientem militem causatus, Arnhemio non occurrit, sed quasi ad sua defendenda hostem revocaturus, in Misniam duxit, & Suichaviam, Plagam, Hoffium, aliaque ejus provinciæ oppida expugnavit, missoque nuncio Wallensteinium de Arnheimi irruptione admonuit, ut sibi subsidium mitteret, quo auctis viribus in aperto valeret resistere.

Novas copias à Wallensteinio missas accipit. Wallensteinius accepto ab Holca nuntio de Saxonum in Silesiam irruptione, ad ipsum aliquot legiones misit, quibuscum capta in Misnia loca retineret, & ad Silesiæ confinia accederet, distineretque suspicione hostem, donec majores copias ipse submitteret, quibus ille ex ea provincia pelleretur.

Gustavus Wallensteinium ad pugnam lacessit. Haud multo post Banerus ex Brunsvicensi Ducatu, facto per Hassiam, Franconiamq; itinere cum suo exercitu Regi se conjunxit. Ac ubi Gustavus Baneri copias suis addidit, tempus ulterius terere inutile duxit, cum jam annus senesceret, atq; ingruente autumno pluviis viæ distemperarentur, militerque contraherent ex humiditate morbos ac ægritudines; decrevit itaque hostem lacessere, cum suorum virtuti plurimum confideret, & prælio decertare, aut inde recedere, & in amoenio[rem] regionem ducere exercitum, ut fessi milites resumerent vires.

Dati

Data itaque Baneri militibus, qui nuper venerant, IV. dierũ requie, postridie Nouas Septembris è castris in Cæsarianorum conspectum instructa acie prodiit, hinc explosis campestribus, quas secum attulerat machinis, clangentibusque tubis Wallensteinium ad conflictum convocavit. Decretum Wallensteinio fuit, totius rei summam uni prælio minime committere; quapropter Cæsarei acie pro more militiæ in castris instructa, dispositisque pro vallo excubitoribus, intra castra se continuere; pars equitatus solum, Croatæque ac Poloni velitatum egressi; & Rex ubi usque ad tertiam ante vesperam horam in acie milites habuit, victoriam canentibus tubis, in contra reduxit, ac sequentibus IV. diebus nihil actum.

Verum hic suis se munitionibus continet.

Ac non quiescebat Gustavus, qui apud Norimbergam diutius morari inutile jam censebat, cum nihil ageretur, milesque interim ægritudinibus deficeret; qua de causa omnino abire decrevit: sed antequam discederet, tentare voluit, an Cæsareorum castra furtivo aggressu valeret expugnare, & incautos Cæsareos delore V. igitur idus Septembr. ductum præcedenti nocte prope urbem, ne ab hoste observaretur, cis Regnesum exercitum, ultima vigilia in varias distributum acies Cæsarianis castris admovit; ac prius dispositis tribus eminentibus in locis tormentis aliquot, quibus tabernacula intra castra everteret, militesque insisteret, ac deterreret, ubi cuncta ad præscriptum parata vidit, brevibus hortatus milites ad rem bene gerendam, sopitosque ac inermes Cæsareos opprimendos, manipulos aliquot ad superandum vallum submisit, signumque illis, qui tormentis præerant, dedit, ipse in propinquo nemusculo delituit cum reliquis copiis, ne murmure militum Cæsareos excitaret, observaturus inde exitum rei, & opportune suis affuturus. Eodem

Gustavus Cæsariana castra noctu aggreditur.

dobrandino& cæteris accepit,atque hostem jam extra vallum pepulisse; tunc verso cursa firmandis militum animis tota obequitavit castra, totumque equitatum cum aliquibus peditum legionibus exire, & hostis terga aggredi præcepit, reliquos suis stationibus instructa acie insidere, ac hostium conatus observare mandavit: ipse iterum, his ita dispositis, ad locũ pugnæ perrexit cum aulicis, ut propius, si quæ occurrerent, adesset, provideretque.

Non cessabant inter hæc Suecorum tormenta Cęsarianorum tentoria evertere, sine tamen militum damno, qui sub vallum integris ordinibus progressi, à bombardarum globis tuti erant, at ubi pugnabatur, brevi, temporis lapsu solum cadaveribus stratum, trucidantibus primũ Cæsareos Suecis, mox ubi hi somnum excusserant, vetantibus noctis tenebris æqua aut iniqua discerni, mutuæ sine delectu cædes, raroque occisor sine morte; aut gravi vulnere ab occiso avellebatur. Cæsarei vero Suecos quanquam graviter repugnantes, tandem vallo deturbavere; neque hoc contenti exeuntes castris expulsos Suecos persecuti, ad internecionem delevissent, ni novi integrique adfuissent manipuli, qui depulsorum locum subirent. Hic extra castra magno ardore concursum, sed ubi ad nemoris limites, ubi reliquæ copiæ cum Rege opperiebantur, ventum, versa est prælii facies.

Pugnatur utrinque acerrime.

Sueci Cæsareorum virtute vallo eiiciuntur.

Porro conspicatus suorum periculum Rex, subsidia misit, quæ non modo suos sublevarunt, sed etiam Cæsareos non parum afflixerunt: verum advenientibus Cæsareis, qui ad intercipiendos Suecos castris exiverant, in nemoris limite restauratum est prælium, acriterque utrimque dimicatum. Demum cedentibus Suecis in nemus pugna deducta est, in quo acriter supra duas horas tumultuarie dimicatum, non permittentibus arboribus ut integris ordinibus concurre-

Ferrandus Caraffa globo ventrem traiicitur.

retur. Hic Ferrandus Caraffa audacter hosti insistens, perforato gravioris sclopi globulo ventre mortem oppetiit, magnæ spei adolescens, qui ante paucos dies legionis equitum præfecturam suæ virtutis præmium à Wallensteinio habuerat. Io Baptista quoq; Chiesa peditum tribunus, crure plumbea glande leviter percusso, Saltzburgi deinceps, quo ad curam devectus fuerat, occubuit. Ceciderе præterea in hoc quasi justo generali q; prælio multi egregii milites, vinque, & passim adhuc cadebant, cum Rex reductis prius intra castra tormentis, receptui cecinit, & prope Norimbergã exercitũ in castra revocavit.

Gustavus in Franconiam recedit, insigni ad Norimbergam clade affectus.

Duravit hoc prælium ultra V. horas, & tria Suecorum millia cecidisse dicuntur, non sine Cæsarianorum sanguine, quorum supra mille desiderati sunt. Gustavus tandem XIII. Cal. Octobr. exercitum castris aduxit, & postquam ultra Pegnesum aliquot horas instructa acie constitit, relicto Norimbergæ eodem Schlamersdorfio qui antea ejus civitatis habuerat curam Franconiam versus discessit. Ac quoniam Gustavus intacta sua castra reliquerat, suspicatus ne aliquid ille per insidias moliretur, intra sua castra IV. sequentes dies se continuit, Norimbergenses interea tentans, an deditionem facere, & in gratiam Cæsaris vellent redire; Illi vero præsidio confisi in fide erga Regem tenaciter perstitere.

Wallensteinius e castris ad Norimbergam movet.

Quamobrem Wallensteinius IIX. Cal. Octobris, combustis suis regiisque castris, vastatoq; ac incenso Norimbergensi tractu, cum Bavaro profectus est, haud tentata civitatis expugnatione, quam bene munitam esse, & præpotenti firmatam præsidio sciebat; ac secundis castris in Forchemi vallem, unde Sueci recesserant, Norimberga XX millibus passuum procul pervenit. Hinc IIX. dierum spatio refectus exercitus, atque interim missus in Silesiam cum aliquot legionibus Gallasius, qui Arnhemii illam

illam provinciam devastantis progressus siste et. Marchio quoque de Grana cum delectis militibus Wallensteinii jussu profectus, Porraite prope Norimbergam civitate potitus est, retulitque opulentam prædam. Verum postquam Wallensteinio visum est satis requ[i]e datum, IV. Nonas Octobris Forcheimo Banbergam à Suecis desertam discessit, observandis hostium conatibus, qui ad Herbipolim posuisse castra dicebantur; sed ubi illos in Wittembergam secedere animadvertit, importunum duxit sequi, atque ita suos milites defatigare nihilque proficere. Flexo igitur ad dexteram itinere, Generalem ordinum ductorem Cronenburgium, cum IV. militum millibus præmisit, qui Coburgum Franconiæ itidem civitatem adoriretur, ipseque mox secutus, facili negotio civitate potitus est. Nam D. Sclopetarii, qui in ea erant, post levem velitationem in arcem receptū habuerunt.

Porraite in Cæsareanorū potestatem redigitur.

Coburgensis civitas victus quoq; dat manus.

Hic nonnulli dies quieti dati, & arx tentata, sed cum situ & munitione egregie firmata esset, vanus fuit labor. Interim Norimbergenses sua urbe erumpentes, post Cæsareanorum discessum, Suavochium, de quo ante dictum, receperunt: Rex vero, postquam apud Herbipolim reficiendis viribus aliquot dies commoratus est, in Wittembergensem Ducatum copias duxit, ut ibi quoque exercitum restauraret; atque ut Bavarum à Wallensteinio divideret, Banerum cum valida manu in Bavariam submisit, qui in regionem excurreret, devastaretque.

Suavochium Norimbergenses recipiunt.

Hoc ubi Bavaro apud Coburgum nunciatum est, habito cum Wallensteinio super rerum statu colloquio, acceptisq; ab illo aliquot legionibus cum Altringero, Aldobrandino, & aliis ad defendendam suam ditionem pridie Idus Octobris discessit.

Bavarus ad tutandam ditionem suam proficiscitur.

Wallensteinius quoq; cum nihil contra Coburgensem arcem proficeret, expilata civitate,

Wallensteinius cum exerc[itu] in

Misniam versus cum reliquo exercitu qui X. militum millia non excedebat, profectus est, ductoque per opulenta loca milite, ut prædam sibi conciliaret, apud suis Svickaviam Holcā, cum iis militibus, quos in præsidium occupatarum civitatum retinuerat (namque Gallasius in Silesiam cæteros abduxerat) assecutus est, inde capto ex itinere Aldemburgo, Lipsiam castra movit, cumque imperatam deditionem facere cives abnuerent, subire mœnia legiones jussit, tormentaque admoveri, sed cives suæ debilitatis ignari, altero die civitatem dedidere, in arcem dilapsis nonnullis Saxonibus, qui urbi præsidio inerant, & postera deinceps die deditionem quoque fecerunt.

Saxo Regem in Misniam vocat.

Saxo, ut primū Cæsareum exercitum Misniam ingredi sensit, veritus ne transmisso Albi in Saxoniam Wallensteinius duceret, & se tota ditione spoliaret, Regem de suo statu admonuit, atq; enixe postulavit, ut coacto quamprimum exercitu in subsidium properaret: accitis interim tumultuarie militib⁹ ex Saxonicæ delectibus Torgavium VI. millium præsidio firmavit, revocavitque ex Silesia Arnhemium, ut pluribus ex partibus sibi consuleret. Rex vero simulac Saxonis periculum audivit, collectis copiis ex Wirtemberga discessit, jussitque ex Bavaria Bineruma quoque sequi, atque facto per Franconiam ac Thuringiam magna cum celeritate itinere, in Misniam Erfurdiam usque progressus est. Secius Arnhemius, relictis in Silesia præsidiis, Torgavium in Saxonis subsidium venit.

Wallensteinius Papenheimio se coniungit & contra Regem tendit.

At Papenheimius ex Belgio redux, postquam suum Hispanis subsidium ferre obsesso ad Mosam trajecto frustra tentaverat, relicta in inferiori Saxonia suorum militum parte, Misniam versus iter intendit, ac postridie Nonas Novembris cū Wallensteinio ad Mersipurgum se conjunxit. Constabant Papenheimii copiæ XII. veterano-

sum..

rum militum millibus; atque ad eos auxiliis, quos Holca habuerat, Cæsareus exercitus omnino ad XXV. ascendebat: quibus viribus confisus Wallensteinius, contra Regem tendere decrevit, & certaminis fortunam experiri, cum ille supra XX millia militum non habere diceretur. Collectis itaq; vasis IV. Idus Novembris Lutzenam usque progressus est, civitatem X. Lipsia passuum millibus procul; postera die Weissenfelsam, ad fluvium Salam positam, totidem à Lutzena milliaribus, venit; atque inde Comitem de Suisse cum sua peditum legione, & cum sua equitum Tribunum Bredavium misit, ad occupandum Naumburgum civitatem, ad eundem trans Salam valde opportunam; sed jam Suecorum prima agmina, trucidatis aliquot Cæsareis, qui in ea erant, illam occupaverant; quod conspicati Bredavius & de Suisse, Weissenfelsam ad Wallensteinium pedem retulere. *Naumburgum Regii occupant.*

Porro Rex Naumburgi opportunitatem cognoscens, cum ad se venire Wallensteinium intellexit, illo potiri voluit, ne Cæsarei Salam transirent, atque eo cum toto suo exercitu processit. Circa Naumburgum itaque stativa disposuit, ac vallum excitare incepit. Wallensteinius hoc intellecto suum quoque exercitum circa Weissenfelsam distribuit, observaturus, quid Rex moliretur; sed cum ille suis munitionibus contineretur, neque sui copiam faceret, bellicũ consilium cogi jussit, consulique, an ad Regem aggrediendum ire præstaret, quidve faciendum esset omnino. Retulerat castrametationis præfectus Deodatus, qui cum Croatis ad scrutandas Naumburgum vias missus fuerat, esse collibus præpeditum iter, Regemque præter situs munitionem, arte quoque se munivisse: quapropter Papenheimio & reliquis, quos Wallensteinius consuluerat, visum est haud utile, hostem adeo iniqua situs positione aggredi, sed præstare opperiri, *Naumburgum communiri Rex jubet.*

donec locũ illũ desereret, & in apertiora pdiret.

Wallensteinius Papenheimium cum exercitus parte Coloniam Agrippinam in subsidium mittit.

Allatum inter ea, Coloniam Agrippinam ab Henrico Bergensi Comite obsideri, qua causa Wallensteinius decrevit suos in hyberna milites reducere, mittereque Papenheimium, qui obsessæ urbi opem ferret, ne Catholicis opportunissima & maximi momenti in Germania civitas, amitteretur. Datis itaq; duabus Croatarum legionibus, illum ad suas reliquas copias, quas prope Visurgim reliquerat, ire, & obsessæ urbi suppetias ferre mandavit.

Gustavus ubi discessisse Papenheimium à Wallensteinio cognovit, relictis Naumburgi impedimentis, post Wallensteinium movit, ut ipse iorem militũ nume oppimeret, atq; XVII. Cal. Decembris Weissenfelsã usq; processit. Reliquerat Weissenfelsæ Wallensteinius cum C. militibus centurionẽ ad ultimi agminis cautionẽ, quẽ ut reciperet Generalis ordinũ ductus Coleredus major, cum Croatis Weissenfelsam usq; perrexerat: hic recepto cum militibus centurione advenientes Suecorũ manipulos vidit, qui ad occupandam Weissenfelsam properabant; quo viso Coloredus Croatus aliquod scrutatũ misit, qui totum adventare Regis exercitum nuntiarunt. Tunc suis Croatis in acie dispositis ad Wallensteinium cum nuntio de Regis adventu Coloredus reversus est, insequente hoste qui unã Croatarũ turmam capto vexillo delevit. Vergebat ad Vesperã dies, cum Wallensteinius venire Regem à Coloredo accepit; non excedebat X. I. millium numerum Cæsareus exercitus, ideoq; haud consultũ quibusdã videbatur, expectare Regem, quẽ majores habere copias certum erat, sed sperabat Wallensteinius fore, ut Papenheimius, qui XX. tantũ milliaribus aberat, ante Regis adventum adesset, atq; ita æquis viribus cõfligeretur; missa itaq; Halam ad illũ nuntio hostẽ opperiri constituit, ac dato prælii signo, legiones Lutzenum, ubi

prim-

principale erat diversoriũ convocavit, eodemq; vespere sub dio aciẽ disposuit. Ipse mira diligentia cuncta percurrens lustransq;, eam noctẽ insomnem transegit. Interim Papenheimius, postquã Weissenfelsã discesserat, Halam progressus, eam civitatem expugnaverat, subibatq; arcẽ cum nunc iam à Wallensteinio accepit, oportere se Lutzenam suas copias ducere & periclitantibus subsidiũ ferre. Tum per tympanistas ad signa milites acciri jubet; sed illi in civitate dispersi prædæq; intenti tardè nimis coibant, quamobrem Papenheimius jusso reliquo exercitu confestim sequi cum tribus equitũ, & una Draconũ legionibus, in viã se dedit, impatiens moræ, metuensq; ne serò nimis ad pugnam accederet.

At Rex XVI. Cal. Decembris ultima vigilia aciẽ instructa Lutzenam versus ad aggrediendum Wallensteinium movit: est Lutzena ignobilis civitas, X. passuum millibus Lipsia procul, distansq; ab eo agro, ubi superiori anno Tyllius fusus fuerat non supra V. milliaria. Inter nemus & Lutzenam, prope viam, quæ Lipsiam ducit, & ob ea civitatis parte, quæ eodem spectat, ne ab hoste ordinum dispositio observaretur, Wallensteinius suam aciem versa ad Eurum facie disposuerat, in varios pro more militiæ distinctam manipulos; & quoniam militum angustus erat numerus, in sinistro latere, quod ad nemus spectabat, prospectuique hostis objiciebatur, impedimenta & circa ipsa calones equis insidentes collocaverat, ut hosti appareret copiosior exercitus. Porro ante peditum aciem fossa ad alia opera à rusticis dista obvenerat, quam Wallensteinius sclopetariis implevit: Cæterùm universus situs paulo adjacentibus depressior totum tegebat exercitũ, ut nemo accedere posset, quia destinatis ictibus objiceretur. atque erat omnino talis, qualem Ducis prudentia eligere potuis-

Gustavus Wallensteiniũ apud Lutzenam aggreditur.

tuisset. Itaque Wallensteinius instructa, ut diximus, acie, collocatisque opportune tormentis, hostem præstolabatur.

Rex, ubi in Cæsarianæ aciei conspectum venit, cognovitque æquiorem hostium situm, veritus, ne se inter nemus & Lutzenam ad ipsos accederet, infestis utrinque sclopporum ictibus infestaretur, missis militibus, pagum, qui ad principium nemoris jacet scrutatus, equitatusq; partem, ad tentandam Lutzenam, pergere jubet: cumq; indefensum, qui ad nemoris principium est, pagum nancisceretur, illum occupat, ac mox soluta acie in nemore iter carpit. Hoc Wallensteinium in eam opinionem adduxit, ut crederet, nihil moliturum Regem, velleque illum Torgavium tendere, ut Arnhemio, qui eo cum suo exercitu venerat ex Silesia, se jungeret. Inter hæc excurrentes Sueci equites Lutzenam tentarunt, & Cæsarei incensis suburbiis, cum illud tenere non curarent, ad suos in aciem ivere. Pappenheimius quoque cum iis, quos diximus, equitibus & Draconibus advenit.

Prælium incœpit à parte Suecorum motum. Gustavus vero, ubi dimidiæ horæ suis requiem dedit, restauratis ordinibus, instructaque iterum acie, bipartito irrumpere milites jubet; pedites quidem, ac sinistrum equitum agmen frontem Cæsarianæ aciei adoriri, dextrum vero equitum cornu in Cæsarianorum sinistrum ex nemore impetum facere. Sesquihora ante meridiem cœpta à machinis pugna, quibus accedens hostis, haud segnius suis utens, exceptus, cadebantque plurimi hinc inde; ac Cæsareus miles occupato loco insistens, in vestigio Suecos expectabat, quibus cominus rem agere properantibus, intermedius campus evanuit, deturbatisque iis sclopetariis, qui in fovea ante aciem positi fuerant, Sueci Cæsarianæ aciei frontem aggressi, facto vehementi impetu VI. machinis sunt potiti, quibus in Cæsarianos versis damnum non spernendum

dum attulere; inclinabatque jam acies, ni subsidio accurrens cum valida manu Wallensteinius hostem repulisset, qui cum occupatas machinas defendere non valeret, asportatis duabus, reliquas immissis in alterum foramen clavis inutiles reddidit, & nostri urgentes trans fossam iterum Suecos pepulerunt.

Sic in hac parte præliabatur, cum dextrum Suecorum equitum agmen, Croatas Polonosque, qui ante sinistrum Cæsarianorum cornu stabant, invadens, nequeuntes ab equorum humilitatem impetum sustinere, in fugam vertit, atque hi in cæteros incidentes, ruptis ordinibus totum sinistrum agmen in fugam secum abstraxere; quod conspicatus Gustavus, quæ hactenus in hac moratus fuerat parte, jusso Hornio hostem persequi, ad frontem Cæsarianæ aciei se transtulit, unde Suecos fuisse repulsos intellexerat, scrutaturus debiliorem partem, atq; in eam impetum facturus, sed cum observandi gratia propius Cæsareos accessisset, gravioris sclopi glande sinistro brachio comminuto delapsus in deliquium, ab aulicis flexo ad suorum dextrum latus itinere; ne per manipulos transiens milites terreret, ad curandũ deducebatur, cum in quandam Cæsarianorum equitum legionem, redeuntem ad prælium, incidens, dilapsis aulicis, trucidatus ab ignaris, quem occiderent, militibus, atque spoliatus est. Ferunt cum imminens vidisset periculum, neque salutis spem esse, orasse Franciscum Albertum Lauenburgicum, è Saxoniæ Ducum familia, qui solus sustinendo Regi remanserat, ut postquam perierat, ipse sibi consuleret; noluisse tamen illum deserere Regem, atque aciem suam versus asportare nisum, donec ab assultantibus quatuor Cæsareis, qui ante legionem ad se accurrerant, interceptus, dum brevioris sclopi ictum vitat, Regem, quem amplexu sustentasset...

Rex vulneratur.

Ab ignaris occiditur ac spoliatur.

susten-

fustentabat, dimittit, atque ambusta sulphineo pulvere facie, elabitur.

Papenheimius prælium instaurat, sed cum vitæ jactura.

Interim Papenheimius Cæsarianorum sinistri agminis fuga principio à prælio quoque avulsus est; sed restauratus mox cum Holca ordinibus, inter primos dimicans insequentē Hornium stitit, repulitq;, & præliū jam in priorem locū sua virtute restituerat, cum folibrali tormenti pila renibus trajectus, ad suos commilitones versus interrogavit, an vera Regis mors esset, quā fama jam per Cæsareum exercitum vulgaverat; cumq; ita esse rescivisset; *Ite, inquit, nunciate Megapolitano Duci, me ita saucium esse, ut vivendi spem amiserim, lato animo tamen mori, cum implacabilum illum Catholica religionis hostem ante me diem abiisse sciam.* Inde dum ab affeclis Lipsiam versus rheda devehetetur, post dimidiam ab accepto vulnere horam, vir eximius moriens immortale sui desiderium reliquit.

Cæsariana acies in fugam paulatim vertitur.

Amisso Papenheimio Cæsarianus ab ea parte equitatus manifestè in turpem fugam se vertere; neq; secius, qui ad dexterā positus fuerat, fecit, ceptis comite Terzca, Ghettio, nonnullisq; aliis tribunis, qui cum suis legionibus diutius restitere; sed cum hostilem impetum tolerare non possent, ipsi quoq; Lipsiā versus se recepere. Solus Octavius Piccolomineus cum sua legione intermedios hostes intrepide, usque ad prælii finem petit, factoque septies irruptione ac edita late strage, amissis quinque equis, qui sub se fuerant, confossis & supra CC. militibus, ipse sex sclopi ictibus saucius adhuc pugnans, optimi fortissimique militis ac Ducis nomen promeruit. Cæterum ea fuit Cæsarei equitatus fuga, ut demissis, provolutisque in cœno signis, citatissimo cursu aliquæ turmæ Lipsiam usq; perfugerint, cum fafrquentem neminem post terga haberent; admissoq; novo flagitio, majorem affecerent culpam; namque Lipsiam prope cum in

Cæsariana impedimenta, quæ eo deducebantur, incidissent, majorem eorum partem expilarunt, strenui quidem milites, qui sine præda omnino à certamine discedere noluerunt.

Dilapsis his equitibus, totus hostium impetus in pedites incubuit, tamq; medios intercludere Sueci proceres, dissimulata Regis morte, parabant, cum temporis momento circumfusa caligo lucidissimi antea Solis radios obtenebravit, ac utrumque exercitum texit; Eapropter Sueci suspicione detenti; opportunitate oblata minime uti potuerunt, sed continuato prælio ad Cæsarianæ aciei frontem, fundere resistentes pedites conabantur. Hic usq; ad primam noctis horam sine intermissione pugnatum est acriter, tutantibus locum strenuè Cæsareis, vehementique nisu insistentibus Suecis, donec dirempti noctis tenebris milites dirigere amplius vulnera nequirent: tunc uterq; exercitus receptui cecinit, & Wallensteinius, quamvis Hala reliquæ Papenheimii copiæ advenissent, in consultum tamen duxit, iterum sequenti die fessos atque impastos milites novo labori discriminiq; objicere: relictis itaque accensis ignibus, & XXII. machinis, altera post Solis occasum hora silentibus tympanis Lipsiam versus se recepit; quod Sueci conspicati, ad pneumaticas molas cum tota exercitu acie instructa processere, ibiq; traduxere noctem, haud Wallensteinium insecuti, quod inter noctis tenebras insidias verentur. Duravit sex horas hoc prælium, adeo præfracte pugnantibus militibus, ut majori cum pertinacia nusquam pugnatum sit.

Et talis quidem fuit Lutzensis pugna Lipsensi non inferior, quarũ utraq; iniqua Cæsareis fuit, ab equitatus ignaviam, qui suas partes non egit. Et tametsi, respectu militum numero hæc Lipsensi fuerit minor, illam tamen præliandi atrocitate, & illustrium virorum strage superavit.

Nam-

Namque ex parte Cæsarea, præter acerrimum Catholicæ religionis propugnatorem, Gotofridum Papenheimium, Ducem longiori vita, atque æterna memoria dignum, qui supra C. cicatrices acceptorum in præliis vulnerum in suo corpore numerabat, Fuldensis Abbas, Benedictinus Monachus, ac Princeps Imperii, dum pie Crucem præ manibus gestans manipulos ad strenuè pro fide Catholica pugnandum hortatur, misere ab hoste dilaniatus mortem appetiit; & Bertholdus Wallensteinius, Ducis generalis cognatus, suæ legioni assistens ita vulneratus est, ut post nonnullos dies deinceps Pragæ occubuerit; quod idem & Praisero, Generali tormentorum præfecto accidit. Multi præterea alii viri nobiles Tribunique desiderati sunt; ac ex Suecorum parte, præter Gustavum, Principem, cui parem Suecia nullum, reliquus orbis paucos dedit, quique tunc annum ætatis fere duo dequadragesimum exegerat, haud pauci egregii milites cecidere; atque omnino ex utroq; exercitu VII. militum millia periisse creduntur, majori Suecorum clade, qui iniquo situ expectantes Cæsareos adoriebantur. Vulneratorum idem fere fuit numerus, qui militum, ac ex officialibus præsertim, & proceribus vix unus ex hoc conflictu sine vulnere exivit; neque immunis ipse Wallensteinius fuit, qui brevioris sclopi glande in femore percussus fuerat: superstites vero sine vulnere haud omnino calamitate caruere; namque aliqui amissam supellectilem, equosve, aut amicos doluere; multi pericula subiere haud exigua. Amissa sunt XXII. tormenta, & impedimentorum pars, quæ equorum defectu asportari nequierunt; ac nonnulla vexilla, quamvis ex his plura Cæsarei lucrati sint, cum hostem iterum trans fossam repulerunt, & Piccolomineus multa acquisiverit; multi quoque ex Cæsareis in captivitatem à Suecis abducti sunt.

Cæsorum ex utroque exercitu numerus.

Atqui

Atqui Wallensteinius Lipsiæ, quo se receperat, non supra tres horas quievit, sed relicto in arce præsidio, Bohemiam versus castra movit. Sueci vero colligendis funebris victoriæ spoliis usque ad alteram post Solis ortum horam sequentis diei in campo constitere, ac postmodum asportatis Cæsarianorum tormentis, cum Regis cadavere Weissenfelsam retrocessere. Hic lugubri justitio aliquot dies dati, & militaria munia intermissa, ac Gustavus aromatibus conditus in plumbeā capsam demissus est, in Sueciæ regnum ulterius deportandus. Non tamen victori huic exercitui, contra quam accidere consuevit, ceciderunt ex capitis sui jactura animi, quin ad ultionem acrius exarsere. Holca enim claves urbis Senatui Lipsensi restituit, quam Saxones eodem mense Novembri confestim recepere. Dux Vinariensis equitatu Saxonico & Lunæburgico confirmatus, Chemnitium oppidum prævalide adortus præsidiarios ad deditionē adegit. Kniphusio Pleissenburgum, ineunte Decembri, ipsoque Christi Natali Suichovia victas manus præbuere. Præsidiarii Bohemiam versus deducti.

Quo die Rex Suecus in prælio Spiritum emisit, eodem Moltzheimum Alsatiæ ei subegit Gustavus Hornius (postquam sub finem Octobris Benfeldiam quoque, inexpugnabile fere ejus provinciæ munimentum, deditione expugnasset) decimoque post die, nimirum VI. Calend. mensis Decembris, Otto-Ludovicus Rheingravius prope Brisacum equitatū fudit Cæsarianum, & Slettstadium, valentissima obsidione contusum, sub Decembris initium eidem Hornio subactum est. Mox & Colmaria, urbs Imperialis, quam Cæsariani quinquennio ante subegerant, se ultro permisit Hornio. Hagenoa similiter Suecicum admisit præsidium, Franckenthalium, Friderici Palatini, Bohemiæ quondam Regis, partibus *Hornius diversa in Alsatia loca subigit.*

bus

bus redditum; Hispaniense præsidium in Lucembargiam deductum est.

Baudisius Coloniensi diœce. si incōmodat. Baudisius Coloniensi quoque diœcesi, profugorum Præsulum receptaculo, hoc tempore non leviter incomodiore sentiebatur; evitato enim Papenheimiano insultu, Hassiacis auctus cohortibus, Siburgum Bergensis Ducatus oppidum, cum opiparo commeatu intercepit: exinde exercitu in Coloniensem districtum transportato, longum latumq; de se terrorem in confinia projectavit. Municipia, castella, oppida, inq; iis Lintzium, Blancenburgum, Vindeca, Reineca, Obervvintera victas dedere manus. Andernaco vi expugnato, armati omnes cæsi.

D. Vrbani Basilica Teubisci militis incendio destruitur. Interea Colonienses Teubiscum, suarum cōmodo partium, muniunt, donatum id municipium suæ civitati obtendentes. Baudisius eos desistere hortatus, pergentes inopinato obruit. Id ulciscendi studio prorūpunt Colonienses, dumq; militem quendā in D. Vrbani Basilica captivum attinent, illo immisso in nitratum pulverem ignē templum incendit, CCC. secum mortales letho dedit.

Deinceps præter bello gesta hoc anno: 1. Comitia Warsoviæ celebrantur. 2. Christianus Guilhelmus Marchio Brandenburgensis fidei Catholicæ se addicit. 3. Sigismundus Poloniæ Rex moritur, Warsoviæ, mense Aprili. 4. Henricus Comes Montensis fœderati Belgii ordinū partibus se jungit. 5. Trajectum ad Mosam Principi Auraico deditur, mense Augusto. 6. Leopoldus Archidux Austriæ vitam cum morte commutat. 7. Albertus Pericofcius Moscus, canis fit niger, mense Martio. 8. Montmorantio Duci cervix Tolosæ abscinditur. 9. Franciscus Lotharingiæ Dux diem obit Octobri. 10. Hemicus Schonbergius, Franciæ Marescallus, apoplexia tactus vitam finit Novembri. 11. Gustavus Sueciæ Rex in prelio ad Lutzenam occiditur, mense eodem. 12. Frideri-

cus

eus Comes Palatinus moritur Moguntiæ, Novembri. 12. Quibus & præcocia nimis fata sociarunt Franciscum Rantzovium, regni Daniæ supremum Aulæ Magistrum.

Gustavo Suecorũ Rege, eo, quo diximus, modo in afterrimo ad Lutzenam conflictu intetempto, precocem ejus interitũ Lutherani Christianismi Ecclesia adeo aversata est, ut mortuum Regem toto semestri vix crediderit; cũ interea regni Sueciæ Cancellarius, Axelius Oxsensterna suscepta Christinæ filiæ Regis Septennis, regniq; hæredis unicæ, tutula; & Ludovico, Friderico olim Electoris fratri Palatinatus regimine tradito, ipse rei bellicę administrationem in se recipiens, copias Suecicas in alium ordinem redigeret, iisque separatis è Suecis, Finlandis, Chutlandis, Lapponibus, Livonibus, Germanis & Lunæburgicis militibus novũ exercitũ constitueret, quem quadraginta aut circiter tormentis majoribus, aliisq; rebus ad bellũ necessariis instructum, sub Ducis Lunæburgici & Cniphusii imperus in Westphaliæ districtum, ad impediendas & dissolvendas ibi locorum institutas à Cæsarianis & Catholici fœderis sociis militum collectiones, & occupanda loca Visurgi adjacentia, dimisit.

Axelius Oxsensterna Christina filia Regis septennis, tutelam, suscipit. & bellinegotium consilis promovet.

Altera Suecorum exercitus pars Duci Bernhardo Vinariensi comissa fuerat. Is cum ea postmodũ in Franconiam movit, Bambergam occupaturus; in quem cum Sueci Bulachio Duce irruptionem tentarent, præsidiarios ejecerunt; qui quidẽ fuga Forchemium petebant, sed cum Sueci citatis equis eos insequerentur, minima pars in propugnaculum istud salvi evadere potuerunt.

Bernhardus Dux in Franconiam movet.

Dum hęc ibi fiunt, Bavarici legionibus quibusdam Cæsarianis firmati, in Sueviam prorumpebant, captis Gunsberga, oppido inter Augustam Vindelicorum & Vlmam sito, Kauffbeura aliisque, haud exigua incrementa sumentes; præsertim cum Landsbergam etiam suæ potestatis

Bavarici in Suecia loca quadam occupant.

statis per deditionem facerent, ubi Suecos officiales captivos Ingolstadium deducebant, milites autem vexillis suis adjungebant, quod defensionem, donec nitratus pulvis deficeret, continuantes, victorum tandem arbitrio se permittere coacti fuissent. Efflagitante itaque necessitate, postquam Alsatiæ rebus Benfeldiæ, Selostadii, Colmariæ, Hagenoæ, Molshemii aliorumque locorum, de quibus supra, subjugatione non leviter consultum esset, Hornius Sueviæ statui, eo quod multi hoc peterent succurrere, eumque in finem cum Banerii copiis se jungere constituit. Hinc sub anni superioris exitum cum aliquot millibus qua equitibus qua peditibus, itineri se accingens, superato ad Schonaviam Rheno, Friburgum versus abivit & oppidum illud deditione occupavit. Vlterius progresso, non procul ab Hufinga, duo Wirtembergici Ducis militum millia se adjunxere; quem universum exercitum ad Danubium produxit, cum Banerii copiis, antequam Bavarici intervenirent, se conjuncturus.

Hornius eorū conatibus occurrit.

Dum igitur cum V. millibus, Augusta Vindelicorum Echingam versus iter faciens, accurrit, ut conjunctis viribus Memmingam & Campidonum, quæ tum à Bavaricis obsessa erant, sublevaret, Memminga interim se dedidit: Campidonenses autem Bavaricorum impetum excipientes, obsidionem per octiduum fortiter sustinuere quidem; sed cum, capta, ut diximus modo, Memminga, Cæsarianorum aliquot millia advolarent, qui expugnationem promoverent, tandem tertio nonas Januarias multitudine victi, hostibus irruptionem permittere cogebantur, qui nullam vel sexus, vel ætatis rationem habentes, obvios, quosq; contrucidarunt, tota urbe direpta, & multis ædibus in cineres redactis. Hornii inter hæc copiæ præmissæ in CC. Cronbergii equites sclopetarios incidentes ad Memmin-

Memminga venit in deditionem.

Campidonum captum affligitur.

mingam quorum maximam partem aut mactabant aut capiebant. Hinc Hornius admissis equis contra hostem procurrens, non procul à Campidono in eum incidit, Facto itaque impetu in legiones duas Bavaricas, fœde mulctavit, & paulo post Mundelhemium in deditionem accepit.

Sub anni superioris exitum Wallensteinius summum vigilum Præfectum Galasium cum plerisque copiis Cæsareis in Silesiam ablegavit. Is Cæsis ad iter faciendam arboribus Sylvæ Hercinia via facta ad Braunaviam & Trautenaviam in regionem illam perrupit, & loca quædam circumjacentia occupavit. Ghettius cum IX. equitum turmis & VI. peditum cohortibus ad Briegam advolans, urbem illam reserari sibi petiit, Princeps autem iste hoc denegato de conatibus Cæsarianorum vi retundendis consilium: quo facto Cæsariani Nissam versus abierunt. De his edoctus miles Saxonicus, assumpta maxima equitatus parte, & non contemnenda Draconum (equestres sclopetarii sunt) manu ad Briegam accurrit, urbemque illam potestatis suæ fieri per tympanotribam à Principe postulavit. Cum vero Principis declaratio differretur, postero statim die omnia ad oppugnandum instruxit. Quo viso incolæ deditionem pacti DC. Suecorum & Saxonicorum receperunt. Eo ipso tempore Cæsareorum XIV. millia ad Oppeliam processerunt, illoque Castello statim injecta vi sunt petiti; verum Saxonicus Legatus Sniderus tanta virtute ipsis occurrit, ut cæsis CCC à conatibus desistere cogerentur. Alia via Cæsariani sub Schaffgotschio Strelam & Reichenbacum profecti, Strelam deditione, Reichenbacum autem, trecentis & amplius concisis, armata manu ceperunt.] Arnhemius interim prope Vratislaviam delectus instituens, cum exercitum XXV. millibus armatorum deprehenderet, Strelam versus dedux t, ubi Merodius Comes subsistebat. Cæsariani hostibus

Silesia Cæsaris arma immittuntur.

Briga deditione capitur.

Strela & Reichenbacum.

in occursum tendentes, pugnæ quidem cupidos se simulabant, sed; impetum facientibus Saxonicis, aufugere, & partim Strelam repetiere, partim Crotcaviam & N. ssam abiere. Videntes hoc Saxonici, oppidum tentant oppugnatione, quod cum paulo post pugnando caperent omnes fere defensores mactati perierunt. Inde Saxonici, Suecorum auxilio obfirmati, Crotcaviam progressi sunt, hostes ibi instructa acie offendentes, qui tamen, cognito conjunctorum exercituum adventu, extemplo N. ssam profugerunt; Crotcaviam DCCC. armatorũ præsidio munitam relinquentes: sed nihil his moti Saxonici, locum hunc ita coangustant, ut eo ipso adhuc die obsidentium se arbitrio seu libidini potius permittere cogeretur.

Strela recipitur.

Crotcavia obsidetur & expugnatur.

In Alsatia relictus ab Hornio Rheingravius dum in expugnatione Tanni, Altkirchii & Pfirti Suntgaviæ oppidis, occupatur, Brisacenses interim Neoburgum per insidias expugnant, Suecos, qui præsidio erant, partim trucidant, partim captivitate multant. Cæsariani Lotharingo Duci Tabernas Alsaticas & Dachsteinum tradunt; nactique occasionem, curribus straminæ oneratis occubant aliquot milites, eosq; in Hagenoviensi porta sistunt: interemptis per eos stationariis cives & rustici ex conspiratione cum consule urbis, & Salmensi Comite, qui Tabernis præerat, prosiliunt in præsidiarios, eosque gladiis aut flagris occisos in plateas abjiciunt inhumatos.

Neoburgum ex insidiis Brisacensium subducet.

Hagenoa stratagemate tentata superatur.

Pari exemplo Sundgavienses rustici in Pfirti & Altkirchii præsidianos insurgunt, Erlacium Baronem, Rheingravii legatum, variis cruciamentis necant: stationarios passim mactant crudelissimo. quid de se vicissim faciendũ exemplis præmonstrantes. Rheingravius tam per Centuriones quam septu ductu, ægrestium ad IV. millia armis victa delevit. Confinia agitantes Brisgaviæ celones, ad CXXX. suspensi sunt, pacato itaq; (et dixi-

Rusticorum in Sund & Brisgavia motus.

diximus:) Suntgaviæ Brisgaviæq; tractu, Hornio se junxit Rheingravius. Hornius mense Februario equitum cohortem Simeringæ dissipaverat Ritvinus ejus vigilum Præfectus aliam prope Erbachium, quo tempore Heidelbergenses arcta etiam obsidione à Suecis premi cœperunt, & Pragæ wallensteinii jussu iis, qui è prælio ad Lutzenam commisso fugæ initium fecerant, executio facta est.

Dux vero Lunæburgicus è Superiori Saxonia XVI. armatorũ millia ad Visurgim deduxit, Legato Dedone Cniphusio. Hi transmeato flumine Februario mense, wilshausam, Vechtam, Quackenbruggam, Furstenaviam, Hervordiam, Bilefeldiam, Lemgoviam, aliaq; westphaliæ oppida vel arces suarũ partium fecere, cum Guilielmus Landgravius Tremoniã, Dorsenam, Cosveldiam, confiniaq; loca in sua verba adigeret, tandẽ etiã ex ipsa Padeborna contributorium suscepit jugum. Etenim Baudisius, translatis in Coloniense territorium armis, offecerat ut Cronsfeldius ex oris Saxonicis Teubiscũ juvandis Coloniensibus excurreret. Laborabantq; Præsules, Coloniensis, Moguntinus, Herbipolensis, & Dux Neoburgicus, ut deduceretur iis finibus omnis miles extraneus. Nec abnuit Baudisius inducias, donec superiorum vota perquisivisset, illico autem finibus demigrare, minime è re sua censuit. Interim Cronsfeldius ad suas revolat in inferiore Saxonia copias, ut Cniphusium in Brunsvigiam & Schauenburgiam transitu arceat. Nam Cniphusius Rinteloniæ propinquabat, ejusque potitus oppidi; Visurgim transgredi cogitabat. Opponuntur ei aliquot agmina armatorum, & machinæ, quæ ripas tuerentur. Paulo post Lunæburgicus firmiores trahens copias, monstrato per colonum quendam vado, nocturnus traducit equitatum, Cæsarianos adoritur de improviso, C. Duces capit, reliquos supra M. in fugam agit,

Lunæburgici Ducis progressus.

Guilielmi Landgravii.

agit, quos Mindam aut Hameliam usque strenue insectari Sueci & Saxones, compluribus prostratis, opima spolia retulerunt.

Andernacum acriter oppugnatur, acrius defenditur.

At in Vbiorum diœcesi, cum parum placerent Præsulibus Baudisiana responsa, Saffenburgum illi occupant per Hispanos milites, Cronsfeldianis junctos, Andernacum per Comitem Isenburgicum valide oppugnant. Mascule autem illis restitit Iosias Rantzovius, præsidii rector Holsatus. Trina eruptione unico die haud modicam obsidentibus stragem intulit. Cumque interea per Palatinum Birckenfeldium & Vitzhumium supplementum veniret obsessis, Baudisius obsidionem solvere coëgit obsidentes, jam per mœnia jugi tormentorum verberatione rupta irruere in urbem molientes. Andernaci munitiones ab ipso deinde Rantzovio destructæ, resque istic locorum majori conatu à Suecis geri cœptæ sunt.

Baudisius Martiis relictis castris, Veneri dat nomen.

Baudisius hoc fortitudinis exemplo edito, Proregis quondam Holsati, Gerhardi Rantzovii filiam sacro nuptiali sibi adjuncturus in Holsatiam venit, ærumnas Martias dulciori interpolare palæstra cupiens.

Rerum in superiori Germania gestarum status.

Calendis Martii, Hornius & Rheingravius, conjunctis invicem viribus, Palingam duxere instructissimas copias, Bavaricosque equites è superiori Suevia redegere in Suntgaviam. Postridie Nonas Martias Bibraci ostentum eis visum gladii duo, alter cruentus, alter ignivomus. Idibus Martiis Rainam auxilio civium receperunt Bavarici, Hornio Augustæ Vindelicorum adventum Ducis Vinariensis præstolante, ut adunatis exercitibus Bavariam aggrederentur. Neque falsus consilii fuit: Bernhardus Dux, posteaquam Heredenam vi, Eschenbachium deditione, Ahrenbavium astu cepisset, fuso insuper Ioannis de Werda equitatu, Donavverdam pervenit, ibique assecutus Hornium, peditum ad XXIIX. millia, VII. equitum, utriusque copias effecit. Quibus

breui

brevi Aichiena, Dachavia, Monachiumq; ipsum patuere. Landsberga vi expugnata, cives jugulati ob ferociam præsidiarii victorum signis adscripti sunt, munitiones urbis dirutæ. Inde Neoburgum Suecis redditum, ubi ponte instratus est Ister; copiæ in Aichstatensem deductæ diœcesim, eam facile subegere.

Medio mense Martio Hamelia, viris, opibus, vallis, munitissima ab Georgio Lunæburgico obsideri cœpta. Schelhamerus præsidii Ephorus VI. peditum, duobus equitum signis, adhęc commeatu & re tormentaria, validus, difficiliorem opinione ac diuturniorem obsidentibus oppugnationem effecit. Merodium & Cronsfeldium, f. binde eximere urbem periculo conantes, repressit Guilielmus Hassiæ Landgravius, fœdamque in fugam egit. Qua victoria Iacobus cognomine Parvus, major animis, dum Lipestadii transitum suis militibus M D. audentius postulat, negantibusque vim infert, tardante foris exercitu suo, à Lipstadiensibus transfigitur. Res variis certaminibus extracta, & tandem prælio devicti sunt Cronsfeldiani Merodianisque, quum haud minori fiducia quam apparatu Hameliensibus subsidio adventarent, de quo paulo infra pluribus scribemus. *Hamelia obsideri incipit.*

Hoc ipso mense Sueciæ regni Cancellarius & IV. superiorum districtuum Status Lutherano Evangelici Heilbronnæ convenerunt, ubi, sacro prius peracto, ad IIX. Idus Mart. Oxsensternius sequentia capita in medium proposuit, I. Electores Evangelili, Principes ac Status unionem constituerent, in ea constantes perseverarent, donec Religionis & profanę pacis restitutionem assequeretur, & coronæ Sueciæ debitoribus satisfieret. IV. Eo quod Evangelici ad arma provocati essent, annon eam ob causam Cæsar, & fœderis Catholici Principes hostes manifesti declarandi, III. Quod exercitus in hostes ducen- *Comitiorum Heilbronnensium decreta.*

di? IV. Quibus mediis sustentandi & conservandi, ac unde media illa, & rei militari inservientia petenda? V. Qua ratione directorium instituendum? VI. Quomodo militaris disciplina conservanda, & negotiationes pristino nitori restituendæ? denique VII. quousque regni Sueciæ ordines Evangelicorum rebus immiscendi? Quibus omnibus ex ordine deliberatis, se obligarunt, ad continuandum in Catholicos bellum, donec restituta sit Germaniæ libertas. Oxenfternius bellici Senatus Præses declaratur. Vbi Pax affulserit, regno Suecico de satisfactione cautum. Rex Galliæ arctiori illis fœdere per Legatum se adstrinxit.

Suecicorum status & expeditio. In Suecia ipsa actis quoque comitiis allecti in senatum Iohannes Pontus, Axelius Banerus, Steno Bielkius, Carolus Sparrius, Aco Axelius, Carolus Bondæ, Ericus Runninghius, Iohannes Kirckius. CHRISTINÆ Principi, Regis filiæ septenni sacramentum publice dictum. Sigismundi Regi hæredibus jus omne ad regni Suecici fastigium denuo abrogatum. Cultus divinus, prout Augustana confessione explicatus, in omnibus Sueciæ provinciis administrari jussus. Regni Vicario, Marescallo, Admirali, Cancellario Thesaurario, Quinqueviris, regni cura, tutelaque Principis pupillæ mandata. Decreta & continuatio belli adversus Cæsarem & fœderatos Principes Catholicos, ni salutaris regno pax obtineatur.

Wallensteinius ad bellum facit apparatus. Fridlandinus collecto undique milite & agricolis validum confecit exercitum, & multo fieri nova tormenta curavit. Vere ineunte partem exercitus Holcæ imperio subdidit, cum mandatis, ut circa Pilsenam & Egram consideret, & data occasione Imperium faceret. Cum altera & quidem potiore militis parte ipse Wallensteinius Praga IX. Calendas Maii digressus, Silesiam versus iter instituit, Suecorum & Saxonum

cona-

conatibus ibi locorum se objecturus. Abitum ejus procella usque adeo sæviens excepit, ut nemini in plateis obambulare venti vehementia permitteretur ejusque hospitium, ubi pernoctarat, conflagravit. Iter itaque hoc modo Silesiam versus faciente Wallensteinio, Croatæ ipsius, quos apud Holcam reliquerat, damnum non leve patiuntur.

Cum enim IIX. eorum turmæ Artzbergam usq; excurrerent, edoctus de hoc Tupadelius sub mediam noctem Wonsidelia in occursum procedit, copias in quinq; agmina distribuit, sub diluculum matutinum magno impetu in diversoria Croatarum irruens, quieti adhuc deditos ita expergefecit, ut statim rursus somno sempiterno involverentur. Capti sunt eorum Præfectus, quidam legatus, quatuor signiferi, castrorum metator, cum officiariis aliis & equitibus quibusdam Germanis; tres equitum turmæ ad internecionem fere deletæ & tria vexilla erepta.

Postquam etiam Heidelbergæ itinera aliquandiu omnia interclusa fuissent, ita ut nemini vel ingredi vel egredi tuto liceret, tandem Aprili mense Suecis, quibus Christianus Palatinus imperia dicebat, in urbis vicinia magna numero coeuntibus, Abel Moda, Legatus Suecus, assumpta non contemnenda militum parte, III. Nonas Maii, mane sub horam quartam per insidias in urbem irruit, eamque potestatis suæ facit. Hoc feliciter peracto, Christianus cum reliquo etiam exercitu adveniens, omnia ad arcem quoque oppugnandum instruit. Quem in finem XIV. Calend. Iunii legionibus aliquot peditum, cum præsidiaria equitum manu, in campum eductis, ut stativa ad Fontem à lupis denominatum occuparent, in mandatis dedit, aliis autem in urbe, ad obsidendam arcem, loca commoda assignavit.

Heidelberga cum arce deditur Suecis.

Eadem adhuc vespera binæ scolorũ & præsidia-

ria equitum legiones indicto loco castrametantur, & tormenta per Nicrum, noctis beneficio navibus transportata, ac in montem à cuniculis dictum devecta, aptis locis disponuntur, vineis interim & fossis Bavaricorum munimento, quod ibi extructum erat, appropinquantibus peditibus. Suecorum conatus juvabant non parum veterum munitionum à Bavaricis Heidelbergensis temporis obsidione extructarum rudera, quæ tormentorum ictus ex arce in Suecos delatos maximam partem elusere. Nunc itaque in vallo quodam machinis apte collocatis, Sueci serio rem agere eam Bavaricis, & tanto impetu in munimentum eorum obtonare incipiebant, ut illi, animo abjecto, per vineas in arcis hortum elaberentur quos magna tormentorum tempestate Sueci, in arce veteri stativa habentes, excepere.

Hinc ad arcem oppugnandam conversi, tribus in locis tormenta disponunt, quod idem etiam reliqui, qui in veteri arce erant, fecere. Tanto itaque fervore ad faciendam mœnium ruinam instauratus effulminatio, ut tandem spe omni defensionis abjecta Præfectus arcis Hartenbergius ad deditionis consilia animum adjecerit. Misso igitur X. Calendas Iunii tympanotriba, armistitium suscipiendæ deditionis tractationi petiit, quo dato, in certas tandem conditiones conventum, iisque conscriptis, triduo post ex arce armati D. egressi sunt.

Rustici caduntur. Cum etiam interea, urbe cum arce Heidelbergensi receptis, & Castrũ Philippi (Vdenheimum alias appellari solitum) aliquanto quam ante arctius, numerosiori milite obsideretur, cum potiori copiarum parte Vitzthumius ad obsidionem, Hagenoënsem profecturus, in oppido Reichshovio per transitum C D. rusticos hostes offendit, quorum plerosque, cum pertinaciter resi-

restitissent, concidit, prætore ejus loci cum vigilium præfecto in furcam erectis.

Qua porro ratione fœderis catholici, Merodio & Cronsfeldio ducibus copiæ, prævia legionis sociæ Ascibuurgicæ strage, ope obsessis Hameliæ, ferenda exclusi fuerint, supra paucis præmisimus. Nihilo tamen minus subministrantibus Electoribus, Coloniensi, Moguntino, aliisq; exulantibus Episcopis & Abbatibus, maxime vero perremissa Bruxellis stipendia, incredibili celeritate à Merodio, constituto summo ejus Imperatore, id quod ante pro obsessis Hameliensibus parum feliciter successerat, certo nunc effectu rotexercitus colligitur non contemnendus. Hunc Ruram flumen trajectum Benichusianis XLII. equitum, & XXX. peditum signis conjunxit, Cronsfeldio etiam Comite prope Witlochum, quod non procul à Visurgi distat, suos è præsidiis, arceGuelphorum, Hildesio, Neoburgo, Minda, aliisque locis milite non parum nudatis, evocatos adglomerante, ut exercitus omnis ad XIII. millia plane excresceret, qui, senescente jam Iunio, per pontem Visurgi ad Mindam instratum traductus, ad sublevandam Hameliam per loca finitima Allendorfium versus procedebat. De adventu autem edoctus Georgius Lunæburgicus, Allendorfium statim potestatis suæ faciens, insignem victoriæ occasionē ipsis præripuit, quam recuperare quidem oppidum summis viribus oppugnando, annitebantur, sed frustraneo conatu. Coière interim in vicinia Suecicæ & Hassiacæ copiæ primariis tantum castrorum ad Hameliam munitionibus præsidio firmatis. Hinc serio inter duos hostiles exercitus res agi incipiebatur; & Catholici fœderis quidem Socii, III. Calendas Iulii mane Hameliam versus instructa acie procurrebant; sed per viam concavam præpediti, non procul ab Allendorfio subsistere cogebantur. Cum ergo Suecos & Hassos sylvam

Pugna ad Allendorfium describitur.

quandam, quæ multum commodi ad pugnam ineundam possessoribus allatura videbatur, ad dextram montanis adjacentem, occupasse comperissent, sui illam juris facere allaborando Cæsarei, acris prælii per h bitorium ibi loci continuati, materiam subministarunt, hoc exitu, ut insigni cum jactura suorum rejicerentur. Hæc dum ibi fiunt, exercitus catholici aciei alæ dextræ Cniphusius cum magna equitum manu, superato, quamvis aditu valde difficili colle, obviam procedit, atque acerrimo prælio decertans hostem tandem, tormentariæ è machinis majoribus emissæ grandinis beneficio, fundit; cum igitur pari fortuna sinistra ala à Kagio & Stalansio impeteretur, & ita omnis Cæsareorum equitatus in fugam ageretur, copiæ Suecicæ & Hassiacæ cōjunctim omnes in peditatum etiam vehementi impetu irruentes eamq; profligantes memorabilem obtinuere victoriam.

Cæsariani succumbunt.

Strages hæc ex parte Cæsarianorum confœderatorumque millia circiter septem absumpsit. Tormenta majora XIII. cum omni apparatu bellico; LXX. tam pedestria quam equestria vexilla; muli sex pecunia, & vasis argenteis onusti Suecis cessere. Nec vero pauci etiam Duces hoc conflictu trucidati occubuere, inter quos præcipui erant, Quadius Westphalus, Dinclacius & alii. Merodius ex tribus tormentariis ictibus saucius, paulo post vitam finiit. Inter captivos erant Dux legionarius Westerholdius, supremus vigilum Præfectus Marschelerus. & alii officiales multi. Ex parte hostium numerus cæsorum CC non excessisse perhibetur, quam victoriam Burckhardus Ranizovius, Equitum Magister, juvenis genere pariter animoq; nobilissimus, suo etiam sanguine emit.

Iactura ab utraq; parte cū hominū tum rerum apparatuumq; aliorum.

Prælio finito Dux Lunæburgicus cum copiis ad Hameliam iterum considens, Præfectum de omnibus, prout acciderant, certiorem reddi, &

Hamelia in deditionem venit.

di, & ad faciendam deditionem adhortari curabat. Is autem initio dictis fidem non habuit; cum autem è captivis quibusdam officiariis & expansis in castris hostium Cæsareanorum signis stragem suorum plenius intelligeret, in deditionis tandem leges consensit, juxta quas Cæsarianum præsidium, DCCLXXXII. armatis constans, quorum tamen nemo hostium se castris jungebat, Hamelia discessit, atque sic tandem locus iste munitissimus, post diuturnam obsidionem Succorum juris factus.

Templa Catholicorū Lutheranorum usibus applicata. Editæ ad Allendorfium Pragis tempore Francofurti ad Mœnum S. Bartholomæi Templum ex Gustavi Regis donatione Lutherano-Evangelicorum usibus applicabatur, prima concione pridie Calend. Iulii, & octiduo post publicis, ob victoriam ad Allendorfium obtentam, precibus, & gratiarum actione inibi habitis: quod idem etiam cum B. Mariæ templo pridie idus Iulii factum. & Gustavi funus regie adornatum, in Sueciam missum est, avito sepulcro inferendum.

Lotharingiæ Dux Pfaffenhofium invadit. Adhæc Lotharingiæ Dux, viribus in multum avitis, varioque apparatu bellico comportato, quid animo agitaret, solutis tandem ad Taber nas Alsaticas castris, & assumptis copiis, commeatu & tormentis omnibus Detvillam, Gettesheimium, Wihershemium, Etten-& Rinckeldorfium concedendo ostendit. Cum ergo in collem Pfaffenhofio adjacentē venissent Lotharingi cohortes aliquot Succorū in occursum tendentes, tres cataphractorū equitū turmas profligant, captis Florvillio & Vincurtio magni nominis viris. Hinc Lotharingi, pridie Calend. Augusti, oppidum Pfaffenhofium, Hanoviæ Comiti subditum, potestatis suæ fieri jubent, extrema quæque renuentibus interminati. Capitaneus, qui

qui XXIV. saltem secum habebat milites, armistitium quidem trium horarum, donec de voluntate Comitis sui certior fieret, petiit; verum Lotharingi hoc denegantes, duobus tormentis majoribus in mœnia effulminare cœperunt, omnibus ad oppugnationem tentandam compositis, Oppidani milites pariter ac cives tanta alacritate obtonabant, ut octo saltem ictus è tormentis istis in oppidum, ante Suecici exercitus adventum, deferre potuerint. Comes enim Palatinus Christianus, qui tam Hagenoam obsidione premebat, simulac de Lotharingorum adventu nuncium acciperet, statim cum copiis suis in occursum, Pfaffenbofium versus procedens, in colle quodam pugnæ cupidum Lotharingis se ostendit, qui de incursu ejus tempestive edocti, ordines suos sunt dispertiti, Suecis contra aciem suam quoque constituentibus. Quo facto Lotharingi firmo assultu Suecos aggressi sunt, quorum autem tria agmina in occursum emissa tanta fortitudine eos excipiunt, ut Lotharingi equites versus alam Suecorum aciei sinistram retrocedere cogerentur: quam vicissim autem tanta vi involabant, ut universam cum agmine quodam peditum in fugam verterent.

Pugna ibidem commissa breviter delineatio.

Hinc pars quædam Lotharingici equitatus Suecorum tormenta suæ facere potestatis annitebatur, sed inutili successu, peditibus hostium ipsos profligantibus: pars altera fugientes ad sylvam usque insecuti, & turmatim reversi Suecorum peditatum adoriebantur, hoc autem exitu, ut invasores ipsimet in fugam compellerentur. Eandem fortunam experti sunt Lotharingi pedites, qui pugnam cum peditu Suecico inibant. Turbatis enim ordinibus arma abjiciebant, & Tabernas Alsaticas versus, ac die postero superatis montanis in Lotharingiam effugiebant, tormenta majora, apparatum bellicum, arma & supellectilium nonnihil victoribus relinquentes. Ceci-

dere

dere ex parte Suecorum rei tormentariæ Præfectus Simon Schulthesius, Baro de Ruppa, è gregariis autem CCIIX. partim cæsi, partim vulnerati sunt: trucidatorum è Lotharingis numerus sciri non potuit.

Lotharingus hæc ob molimina à Christianissimo Galliarum Rege hostis declaratur & Chaumontio militiæ Gallicanæ Præfecto, ut cum copiis in Lotharingiam moveret, in mandatis datum. Quo facto, non modo Queranremius, præsidis Benfeldensis ephorus Peltenam, ubi magna vini copia reperiebatur, expugnavit; verum etiam Rheingravius Otto Ludovicus cum aliquot armatorum millibus Lotharingiam ingressus est. Et quamvis, rebus ad eum modum constitutis, Galliæ Regi reconciliare per fratrem Cardinalem allaboraret, voti tamen compos fieri non potuit.

Lotharingus ab Galliæ Rege hostis pronunciatur.

De Lipsia iterū tentanda Cæsariani hoc tempore, præter omnium opinionem, consilium inierunt. Hunc in finem Holca, assumptis X. armatorum millibus, tormentis majoribus XVII. alioq; apparatu bellico Misniam petiit. Primum impetum oppida montana, ac præsertim Schneeberga, ubi cives quidam trucidati, & oppidum incendiis expilationibusque deformatum est, experiebantur. Inde ad Suicchaviam vires suas convertens Holca, facili negotio ea potitur. Freybergensibus hostium conatus interim eludentibus. Hinc magnis itineribus ad Lipsiam provolans, minis, tormentorum effulminationibus, & continua ardentium pilarum intorsione, incolis ingentem metum ac terrorem incussit, ut deditionem tandem pacisci cogerentur.

Lipsia à Cæsarianis testium capta.

Intromissi igitur Cæsariani cives ac incolas varie divexabant, quo tamen non contentus Holca, insignem quoque argenti vim civitati extorsit, magnā insuper vini ac cerevisiæ, aliarumq; rerum ad victum necessariarum copiam, & am-

plum equorum numerum secum deducens, ac Halensibus XV. Imperialium millia Cæsarianis exolvere jussis. Kaissenburgum quidem Holca in deditionem quoque postulavit, verum cum Æthiopem petito hoc lavare se intelligeret, cum copiis suis spoliis & præda opima ditatis Lipsia iterum excessit, pauloque post peste correptus animam expiravit.

Conventus Francofurti habitus. Molientibus hæc per Misniæ provinciam Cæsarianis, regni Sueciæ Cancellarius, Electores, Principes ac status Protestantes subinde Conventum Francofurti ad Mœnum agebant, in quo pertractatum: *Primo*, Quid Sueciæ Cancellario cum iis, quo ad consilium formatum essent adhibiti, si non modo interpositionem, sed etiam pacis tractationem ulterius urgeri contingeret, absque ampliori plenipotentiæ petitione agendum, quibus conditionibus pacis tractatio & transactio suscipienda, & quibus modis ea promovenda. *Secundo*, Qua ratione defectus stipendiorum & commeatuum in exercitu præcavendus, exorbitantiæ removendæ & disciplina militaris instituenda esset. *Tertio*: Quid contra Lotharingum, qui contra promissa sua hostem tam infensum se exhiberet, ac tandem, *Quarto*: Quid in causa neutralitatis Archiepiscopi Treverensis nondum perfectæ: ac deinde controversia Landgravio Georgio Hassiæ cum Wetteravis quibusdam Comitibus intercedente factu opus esset.

Vlricus Holsatiæ Dux traiicitur. In Silesia quoque de pacis tractatione agi cœptum, eumq; in finem IV. Septimanarum induciæ inter belligerantes constitutæ sunt, ea lege, ne quæ pars exercitus alibi in imperio hærentes socios milite suo augeret. Invitatus tunc in castra Cæsarianorum Hulricus Holsatiæ Dux, Daniæ Regis filius, ad colloquium; quo finito, cum jam valedixisset, verum à Piccolominio revocaretur,

ex

ex insidiis glande trajicitur, exvulnere post paucas horas in castris mortuus.

Cæsarianorum res alibi etiam periclitabantur. Cum enim Rheingravius oppida sylvestria, oppugnaret, sub mensis Iulii millium sedecim equitũ Cæsarianorum cohortes ad ea sublevanda accurrebant. De adventu vero eorum certior factus Rheingravius, noctis beneficio incautos oppressit, multis mactatis, & vexillis aliquot interceptis. Secuta igitur est oppidorũ sylvestrium expugnatio, qua præsidiarii majori ex parte ad hostium signa transiere. *Rheingravius affligit Cæsareos.*

Idibus August. Brisacum obsidione tentatur, & primo statim aditu munitiones quædam exteriores occupantur, in quibus CCL. armati partim trucidati partim capti perierunt. Etsi vero Sueci firmissimum hoc Brisacensium munimentum arcte aliquandiu obsiderent, vineis suis ad mœnia fere jam promotis, ita ut obsessi magna annonæ penuria laborare inciperent: ad hæc Ranzovius, tribunus Suecus medio jam Septembri in unanimina exteriora impetum faciens, illa usq; ad munitionem ponti objectum expugnata solo æquaret, duobus tormentis cum non levi pulveris pyrii copia interceptis, ac duabus machinis majoribus in flumen demersis; Cæsarianorum tamen ac Italorum adventus, qui paulo post ad sublevandos obsessos sequebatur, irritã plane quamvis de expugnatione loci spes non levis affulserat, & obsidionis solutionẽ effecit. E contra Philippi Castũ acriter urgebatur, Suecis V. Idus Iulii molendina haut procul ab urbe extructa occupantibus. Expugnabatur paulo post etiam Grumbacum, locus probe vim contra externam munitus, vino ac frumentis abundans. *Brisacum obsidet irrito tamen contra.*

Ad Podamicum lacũ Hornius Constantiæ negotium facessebat. Episcopus, cui obsidio præter opinionem accidit, diu de exitu dubius, Cleri tandem & Ecclesiarum seu templorum potius *Constantia idem accidit.*

ornamenta quævis pretiosiora Lindaviam navigiis deportare constituit. Verum sero, quod ajunt, sapiunt Phryges: Sueci enim omnibus momentis intenti, navigium illud thesauro episcopati atq; Ecclesiast co onustam intercepere, Præsule ipso cum paucis vix elapso. Hornius interim vinearum ductionibus & tormentorum fulmine Constantium vehementer affligebat: obsessi autem, quoniam mœnium ruinis alias tempestive structuras objiciebant, oppugnatio, quamvis tentata, commode fieri non potuit. De Hispanorum itaque & Bavaricorum conjunctione & adventu nuncium accipiens Hornius, ut copias suas Vinariensium & Comitis Birckenfeldii exercitibus commodius agglomerare posset, IIX. Calendas Octobris, Constantia & Helvetiorum finibus desertis, Rhenum ad Steinium iterum transiit.

Ad Danubiũ Neoburgum excutitur.

Bavaricæ interim copiæ magno numero Neoburgum ad Danubium oppugnantes, tormentaria grandine obsessis adeo incommodarunt, ut loco cedere cogerentur. Quo facto post destructum Danubio impositum pontem, munitiones concisas, & tormenta ac pretiosiora Ingolstadium devecta, nullo præsidio Bavarici imposito oppidum iterum deseruere. Hinc Archam quoque tentant, sed Sueci ibi locorum subsistentes, cum viribus eorum impares se cernerent, oppido Vulcano consecrato, Donavverdum concessere.

Bibracum in deditionem competitur.

Pari felicitate usus Altringerus, postridie Iduum Septembris Bibracum obsidione cingens, tormentorum explosionibus, ac pilarum ardentium into sionibus tanto fervore oppidum impetiit, ut non solum mœnium ruinæ, quibusdam in locis fierent, verum etiam incendia nonnullis in locis excitarentur, Sueci, quorum binæ erant peditum cohortes, cum equitum manipulo, magna quidem fortitudine hostibus se objiciebant;

sed

sed cum adversus tantam vim oppido conservando suffi ere se non posse cernerent, ded tione res peracta est, Suecis ad XIV. Calend. Octobr. ex oppido discedere jussis.

Contigit idem Ofenburgo, quod cum tenaci peraliquot tēpus premeretur obsidio, per Cniphusium tamen redactum est ad deditionem: Conversæ indein arcem vires victorum, quo intellecto Cronsfeldius obsessos, de auxilis submittendis spem fac ens, ut arcem mascule contra hostes defenderent, hortatur est. Sed Sueci paulo post in tantas eos redegerunt angustias, ut de dedendo loco consilium inire cogerentur. Itaq; sub Octobris ingressum facta transact one M. armati, cum explicatis vex l is, duobus tormentis æneis, machinis totidem pyrobolaribus su sque sarcinis Monasterium, concesso in vitam itinere, discesserunt. *Ofenburg m item expertur.*

Sub id tempus Beninghusius Hassiam & Comitatum Waldeccensem invadens, loca illa gravibus affecit incommod s. Corbacensibus X I I. Imperialiū millia extorsit: Lixæ, Calones, exercituum quædam pestes, quorum incredibilis militi ejus admistus erat numerus, ubivis locorum, ubi d verti contingebat, irreparabile damnum incolis importarunt, mulieres & virgines constuprando, captivos abducendo, & alia dicta nefanda perpetrando nullum fere sævitiæ & malitiæ genus om serunt. E territorio Corbacensi in Hassiam irrumpente, omnia in valle Lövvensteniana, quæ Guilielmo Hassiæ Landgravio parebant, loca diripuerunt H nc in præfecturas Francobergensem, Wetterensem & alia vicina Georgio Hassię Principi subdita loca penetrantes, longè lateq; omnia cædibus & rapinis repleverunt, vestig is rei bene scilicet gestæ tristibus passim relictis. *Hassiam invadit Beninghusius.*

Inter alia quoque Beninghusius Amœneburgum in obsequium redegit, ac duarum cohortium *Amœneburgū capitur & recipitur.*

rium peditum & una equitum præsidio imposito Coloniæ confinia repetiit, quod de Gulielmi cum copiis adventu edoceretur. Landgravius, statim post Beninghusii discessum Amœneburgum iterum obsedit, cum fervide aliquandiu pulsasset, ita ut non pauca ex concepto pyrobolorum igni ædificia conflagrarent, deditionis necessitatem Beninghusianis tandem imposuit, qui XIII. Calend. Decembris, cum omnibus armis & supellectilibus abiere obsidibus, usque dum officiarii Hassiaci à Beninghusio inde abducti, remitterentur, relictis.

Sueci sub Cniphusio cæduntur. Quoniam itaque Castri Petrini ad Osenburgum, cujusmodo mentio incidit, feliciter adeo cessit, Cniphusius Suecici Martis impiger Tribunus, de conjungendis suis cum Hassi copiis, consilium cepit, eumq; in finem sclopetarios equites præmisit, qui cum in pago quodam Padebornæ vicino considerent, Beninghusiani per ignota rustici cujusdam ductu it nera advolarunt, & summo mane in Suecos nil tale suspicantes impetum facientes, multos trucidarunt, vexillis V. & præda alia opima interceptis. Damnum hoc Hassiæ Landgravius Gulielmus alia vice compensans eodem tempore Werlam oppidum una cum arce ad faciendam dedit onem adegit, ibidemq; VI. tormenta ænea, & pulveris nitrati aliarumq; rerū militarium copiam non contemnendā invenit. Sumus præterea copiarū Hassiacarum Legatus, cum Præfecto, Stalansio & valida militum manu VII. majoribus tormentis instructa, superato ad Hattingam parte, Elverfeldiæ Solingæq; propinquavit, & utrumque oppidum potestatis suæ fecit. Hinc Lenepam & Wippesfordium versus copiæ concesserunt, Beninghusium quem ibi locorum hærere acceperant, quęsituræ. Sedis decarū conatu tempestive nuncium accipiens, diutius ibi præstolari ca consultū non reputavit, verum exeunte Octobri noctis beneficio

ficio inde digressus, copias in Coloniæ Aggrippinorum viciniam seduxit.

Hoc rerum statu, Hornius & Bernhardus Dux Saxo-Vinariensis copias, quas aliquandiu conjunctus habuerant iterum se jungentes, illi cui dem Hispanos & Bavaricos in Alsatiam, Duce de Feria & Altringero summis Imperatoribus, properanter secutus est; hic vero Donavverdam, quanta quidem fieri potuit festinatione contendit, ibique duobus equitum, & tribus peditum, quæ V. armatorum millibus constabant, sub Generalis Vigilum Præfecti Kagii imperio è Westphalia eo missis legionibus avito exercitu, cum XLIX. peditum legionibus, ac CXL. equitum turmis, tormentis majoribus & rebus ad bellum necessariis probe instructus, Neoburgum & Aichstadium potestatis suæ fecit. De expeditione hac edoctus Iohannes de Verda, de Ingolstadio obsidendo rem agi, sibi imaginabatur, eamq; ob causam militem, quem antea inde adductum, ad recuperandum Aichstadium usurpasset, imponebant, parte ejus aliqua Ratisponam transmissa. Verum Bernhardus Neoburgi Danubium partem exercitus transmittendo, & ita cis & ultra fluvium illum Ratisponam versus iter instituendo, Kelhemium summa vi, ac Neostadium deditione expugnando, propositum suum planius demonstravit.

Bernhardi Saxoniæ Ducis in Bavariam expeditio.

Cum igitur Iohannes Teubrecensis Baro, qui præsidio Ratisponensi imperabat, periculū in se devolvi animadverteret, X. Calend. Novembris ædes laterarias, in parte urbis superiore sitas injecto igne accendi, & cum tribus aliis ædibus in cineres redigi mandavit. Nec damno isthoc urbi illato acquievit, sed Suecis equitibus prope furcas conspiciendos se præbentibus, pars illa urbis, Prepruna dicta, quæ victoribus habitationem præbebat, cum arce quadam Viri Nobilis Elsenhameri adjacente, Xenodochio, tem-

Ratisponam corona cingit & donat.

plo

plo vicino, pago Campmula, & S. Nicolai delubro, infra urbem sito jussu ejus flammis absumpta fuere, Suecis interea ab ea, quæ Bavariam spectat, parte urbem corona cingentibus. Postero die, cum è regione Hofii in vineis duo equitum Suecicorum millia advenissent, ejus loci incolæ habitationes suas deferentes in urbem confugerunt. Hinc VI. Calend. dicti mensis lapidei pontis Danubio instrati fornix destructus, ut nec euntibus nec equitantibus usum amplius ullum præbere potuerit.

Tum etiam horologii usus intermissus, & Ratisponenses, se à fide & obedientia Cæsari debita nunquam abscessuros, scripto cavere sunt coacti. Hanc civium declarationem ædificiorum in utraque urbi adjacente insula sitorum, ferrariæ, ærariæ, serrariæ & chartariæ officinarum, eadē adhuc vespera sequebatur conflagratio. Quarto Calendas Novembris, Suecorum quidam manipulus munitionem portæ urbis Orientali objectam expugnarunt. Cum vero tormentorum ictibus, & lapidum projectione, & turri vicina multum ipsis damni importaretur, adhæc etiam cataractes demitteretur, auxilio suorum destituti, pedem tandem retrahere coacti sunt, centum & amplius ab utraque parte occisis. Jacebat inter trucidatos Comes quidam Lichtensteinius, vivus adhuc, sed saucius, quem, etiam si supplicibus & tensis manibus misericordiam imploraret, cum cæteris in Danubium Bavarici abjicerunt, fulloria, expolitoria, acuaria aliisque moletrinis Præfecti jussu, sub solis occasum, exusti. Sequente die Sueci munimentum Proprunnense summa vi expugnarunt, jugulato, quod inibi inventum, Bavarico præsidio.

Altera post luce, pridie Calendarum Novembris, in urbem tormenta vasta tempestate è Suecorum Castris displodi incipiebant, & globis XXV. pondo mœnium ruina, tentabatur facta

noctu

nocta inter X. & XI. inutili tamen successu, tribus locis oppugnatione, cum interea Præfectus Bavaricus è porta Proprunnensi prospiciens sclopeti ictu cervicem transverberante graviter sauciaretur.

Hoc animadvertenter hostes, vineis suis indefesso ope e promotis, tam prope ad urbem accesserunt, ut obsessi ad D. Petri & alias munitiones exteriores deserere, & in Pomæriis, ac post mœnia diverticula sua quærere cõpellerentur. Hinc machinarum displosionibus omni, qui in III. Nonas Novembris incidit, dies à Suecis consumptus, ita ut justa magnitudine capax ad mœnia portæ Proprunnensis aperiretur ruina, qua visa Bavarici ad paciscendam deditionem inducias erogitarunt. Hæ quidem concessæ sunt, sed cum postea Præfectus procrastinationẽ magis, quam de deditione tractationem quærere videretur, die eandem machinarum diverberationes ad omnem impetum restauratæ, quæ cum ad VII. matutinam continuarentur, præsidii Ephorus serio rem agere cœpit, & in æquas quidem deditionis leges consentire debuit, secundum quas ipsis Idibus Novembribus Bavaricorum militum sub X. vexillis M. D. pedites, equites vero D. discesserunt, & Dux Expugnator XXIV. signis stipatur urbem est ingressus. Hæc Ratisponæ.

Wallensteinius hostibus egregie imponit ad Stenaviam.

In Silesia interim mira quoque erat rerum facies: Ibi postquam speciosi pacis inter Cæsareos ac Suecos tractatus, qui ferv:de aliquandiu videbantur continuari, finẽ suum nacti essent, Wallensteinius statim de Saxonia invadenda consilium se cepisse simulabat. Arnhemius hoc intelligens, locis in Silesia ad Viadrum occupatis, sufficienti præsidio comunitis, & Turrensi Comite ac Tubaldo cum tribus equitum, & uno peditum millibus, ad munimen Stenaviense relictis, cum majore exercitus parte in Saxoniam iter remetitur, Gallasium ad Litomeritium in Bohemia,

ante-

antequam Wallensteinius opem ferre posset, oppressurus, Verum longe aliter res cecidit. Nam Wallensteinius, qui jam etiam Silesia signa sua extulerat, Scafgotschio cum I IX. militum millibus post se relicto, postquam de hostium copiarum ad Stenaviam conditione plenius edoceretur, atq; Arnhemium, ad opem suis ferendam, tam cito reverti non posse cerneret, summa festinatione cõverso in Silesiam itinere rediens Suecos, nihil minus ac hoc, quod fiebat, cogitantes, ad Stenaviam aggreditur. Turrensis quidẽ initio Scafgotschium tantumodo cum suis adesse opinatur, propterea cum suo Suecorum commilitio hostibus se magna fortitudine opponebat, sed multitudine Cæsarianorũ superveniente, in munitiones suas rejectus est, serius tandẽ, Wallensteinium ipsum adesse, intelligens.

Cum igitur adversus tantam vim se non sufficere, & si pugnæ aleam subire vellet, internecionem effugiturum non esse animadverteret, cum Wallensteinio tandẽ nolens volens transigere, ac tormenta omnia cum vexillis tradere, & ut milites Sueci copiis Cæsarianis adjungerentur, solis Ducibus & Præfectis libere dimissis concedere cogebatur. Petiit præterea, his non contentus, Wallensteinius, ut etiã loca in Silesia Suecorum Saxonumq; præsidiis munita sibi cederentur extrema quæq; Turrensi ac Tubaldo, si hoc non impetrarent, interminatur, at frustraneo conatu: Præfecti n. præsidiorum istorum mandatis Ducum captivorũ morem gerere detrectabant. Hinc tandẽ Turronius à Wallensteinio cum adjunctis officiariis dimissus, Tubaldus vero, quod diutius in captivitate asservaretur, Slacovitii è manibus hostium elapsus, Brigam incolumis venit. Parta hac ad Stenavienses munitiones victoria Cæsariani interim Lignitiũ, Gloggoviũ, majꝰ, & alia loca minꝰ firma potestatis suæ fecerunt, & inter alia Grol:bergã summa vi expugnantes, plurimis occisis incolas varie afflixerunt. Re-

Rebus ad eũ modũ succedentibus, & Wal-enſteinio in Marchiam Brandenburgicã movente, Præfectus præſidii Francofurtenſis, jubente ita Septemviro, pontem Viadro injectum deſtruxit, ac cum præſidiariis multisq; civibus inde Coſtrinum ſe ceſſit, quod urbi contra vim tantã defendendæ non ſufficere ſe intelligeret. Quo facto, paulo poſt Cæſariani Francofurtũ deditione occuparunt, ibidemq; ſtatim ad pontem reparandum omnia adornarunt. Poſthæc ad Santocum fluvium trajicientes, munimen quoddam ibi excitatum deſtruebant, & Suecos ejuſdem propugnatores omnes contrucidabant.

Francofurtum à Saxonicis deſertum Cæſariani occupant.

Hinc Landſpergam uſq; progreſſi, locũ iſtum habuerunt in deditionem, Suecis cum ſuis impedimentis Damium uſq; novum adjuncto præſidio deductis. Inde Marchiã novam & mediã, imo magnam Pomeraniæ partẽ pervagando, flammis & rapinis omnia reddidere infeſta. Inter alia Beervvaldium quoque totum diripere, Fürſtenvvaldium incendiis deformare, & moletrinas ſubvertere. Periculo jam etiam, poſt Copenicum à Cæſarianis captum, & Suecum ſuperatum, Berlino incumbente, Voclmannus tribunus, quod propulſandis Cæſarianorum conatibus inferiorem in loco iſto ſe ſciret, cum præſidiariis ſuis inde diſcedens Havelam tranſiit.

Landſpergam.

Dũ hæc ibi fiunt; Wallenſteini Gorlitio copias ſuas admovet, Golnitio tribuno ad urbem illam præmiſſo Hic aliquoties Præfectum Saxonicum, qui CCC. armatos ſecum habebat, ut locum ſibi cederet, libere cũ præſidio abeundi facultate data, monuit; ſed eum ſurdo quod dicitur, fabulã narraret; III. Cal. Novembris armata urbe manu domita, præſidiarũ pleriq; cum ipſo Præfecto, ſclopeti ictu percuſſo, cæſi ſunt, & urbe militum direptionibus permiſſa. Wallenſteinius quidem tum majora tentare, & in Pomeraniam ac Megapolim perrumpere conſtituerat; verũ inſperata

Gorlitium ſtricto ferro tenetur.

rerum.

rerum in Bavaria transimulatio propositum hoc repressit. Cum enim de urbis Ratisponæ jactura nuncium ferretur mutato animi consilio, Bohemiam & Austriam versus, ad occurrendum conatibus hostium, magnis itineribus cum exercitu proficisci.

Silesiæ Status. Progressus eo, quo diximus, jam modo in Marcham Wattensteinius, Scafgotschium cum armatorum aliquot millibus, pro recuperandis locis residuis, in Silesia reliquit; Erant enim ibi Brega, Oppelia, D. Iohannis Insula ad Vratislaviam, & alia quædam loca præsidiis adhuc Suecicis firmata. Bregam tria armatorum (in quos Danius & Pobitius imperia habebant;) millia custodiebant; Oppeliam autem Sniderus, & Insulam Iohannis Transdorfius, militum Præfecti, cum non contemnenda præsidiariorum manu tenebant qui e umpendo sæpius molestantibus multum negotii facessebant. Maximè vero Sniderus, Octobri jam adulto, Gloggovium minus interceptum diripuit, pontem ad Coslam destruxit, & Cæsarianorum militum duas cohortes, Nissam, tormenta majora inde in castra Scafgotschii allatum, tendentes, eodem itinere concidit. Medio Octobri Scafgotschius de Brega obsidenda consilium capiens, urbis deditionem fieri sibi per tubicinem postulavit. Danio autem Præfecto non ex voto respondente, & cum copiis extra urbem pugnæ cupidum se ostendente, cōsilium multus, Vratislaviam versus concessit, & Insulam D. Iohannis dedi sibi petiit. Cum autem de religionis libertate ab oppidanis mentio fieret, penes Cæsarem & Wallenstein um dispositionem ejus stare, respondit, minis, de territorio Vratislaviensi, nisi ad petita propius accesserint incolæ, ferro & flammis devastando, apud Deputatos Vratislaviensium addictis. Responsum à Senatu: si præter opinionem suam istiusmodi minas in actum deduci contingeret, justo Dei

vin-

vindicis Iudicio se illud committere. Interim sese bonę causę innixos, media ad propulsandam vim injustam necessaria alacri animo apprehensuros. Coram Deo autem & toto mundo testari, malorum, si quæ inde exoritura sint, se innocentes esse Sueci etiam, D. Iohannis Insulam ac Arenã (ceu vocant) tenentes, cum hoc ageretur, rubro vexillo exposito, Cæsarianorum conatibus se pro viribus restituros ostenderant, & simul, ut in necessitatis gradu auxilio sibi pręsto essent, ab oppidanis petierunt, de quo tamen inter Senatores non conveniebat.

Inter hæc Scafgotschius Olaviam interceptam sib subjugavit, & non solum loci Præfectum Suecum Bonitium cui tamen antea liberum cum suis discessum promiserat; cepit; verum etiam milites ipsius signis suis adjunxit. Nec tamen interim ejus cum Vratislaviensibus tractatio intermittebatur, sed eo usque continuata, donec illi, à Suecorum partibus se discessuros, & ad Cæsaris obedientiam redituros, solius militi rerum necessariarum subministratione inserviendo, si vicissim religionis & conscientiarum libertas sibi imperturbata maneret, & præsidium urbi non imponeretur, se declararunt, Trandorfium Insulæ Iohannis Præfectum, ut cum Suecico Præsidio inde abiret, simul monenter, facta spe de Scafgotschii salvo conductu: quod tamen erat surdo narrare fabulam.

Suscipiente in Bavariam expeditionem Bernhardo, Duce Vinariensi, Hornium Hispanos & Bavaricos in Alsatiam properantes secutum esse, supra scripsimus. Interea Dux de Feria & Altringerus, Suevorum peragrata regione, & locis aliquot interceptis, cum pugnam cum Suecis faciendam hactenus evitassent, ad loca tandem Rheno contermina deflectentes, sub Octobris effluxum Rheinfeldiam summa vi expugnarunt, ibique & Lauffenburgi Rhenum trajecere. Hoc *Altringerus & Dux de Feria in Alsatiã movent, exiguo rerum gestarum fructu.*

cognito Palatinus Birckenfeldius & Hornius cum copiis suis, III. idus Octobris ponte Rheno ad Argentinam instrato superato, in Colmariæ confinio Suecis in Alsatia hactenus morantibus se adjungebant. Hinc postero die de invadendis, qui hinc inde in pagis dispersi vagabantur, hostibus, consiliū ineuntes, cum omni exercitu processerunt. Sed castris hostium magisq; appropinquantib⁹ CCC. equites Brisaco advenientes obviam venerunt, verum statim in fugam acti sunt ac profligati. A fugientibus de Suecorum adventu certiores facti Cæsariani, nocte simul ingruente, copias colligendo tempus extraxerunt. Ita Sulzium versus profecti, in loco satis opportuno consederunt, munitionibus ac curruum cataractis ita se obfirmantes, ut Sueci die sequente instructa acie accurrentibus invadere ipsos non liceret, nec illi pugnæ periculum facere volebant. Integer igitur iste dies tormentario certamine, æqua fere utrinque fortuna, tractus.

Cum vero diutius ibi hærere, è re nec utriuspartis fore deprehenderetur, Sueci priores, XIII. Cal. Novembris, discesserunt, Cæsarianis hosti nihil incommodi inter abeundum inferentibus. Paulo post Altringerus, assumpta copiarum parte, ponte Brisacensem transiit, & missa in Bavariam non contemnenda equitum manu, Kentzingam obsidione cinxit.

Verum Gustavus Hornius eum statim ad alia consilia avocabat: nam ponte Rheni ad Argentinam superato, ad Kentzingam sublevandam accurrit, cujus præsentiam Altringerus summe detestatur, soluta obsidione, Brisacensem pontem repetiit. Ejus autem vestigiis Hornius velociter insistens Pridie Nonas Novembris Cæsarianorum excubitores trans Elsam stationes habentes invasit, tantoque deinde successu, ut non [illegible] equitum [illegible]

Cæsa-

Comitis de Braje legione magister caperetur. Hinc postero die, trajectis copiis, in Cæsarianos Rigelii, Eichingæ, Balingæ & Achstadii subsistentes (quorum tres erant legiones equitum, & una sclopetariorum equopeditum) impetum faciebat. Et licet hi de Suecorum proposito tempestive edocti, instructa acie in apertum campum processerint, insigni tamen clade mactatis plus minus CD. & multis, inter quos etiam ipse Comes de Braje cum aliquot primariis præfectis, fuisse nunciatur, captis, affecti fuerunt. Reliquos Sueci ad castra usque Altringeriana insequebantur, exercitum universum ad apertum Martem provocaturi. Sed Altringerus prælio evitato, confusis ordinibus Brisacum se recepit. Sueci autem ultimum agmen ita carpserunt, ut postea facta supputatione DC. circiter desiderati fuerint, Hornio interea arcem Liechtenecam suæ quoque potestatis faciente, cujus præsidiarii victorum arbitrio se commiserunt.

Animadvertens igitur Dux de Feria, clarū gestis suis, Hornio ubique infesto agmine incumbente, ibi locorum evadere se non posse, nec ad sublevandum Philippi castrum perrumpendi copiam sibi dari, relictis in locis, quæ occupaverat, præsidiis, & copiis, novo supplemento è Burgundia adducto, auctis, pontem Brisacensem transiens, cum Altringero se iterum conjunxit, ac deserta Alsatia per sylvam Hercyniam iter fecit, militem in Ducatum Würtenbergicum, de quo jam pridem cum Altringero consilia agitarat, introducturus.

Felicior in Bavariâ Suecis sub Bernhardo militantibus Mars fulserat. Capta Ratisbona ad eum, uti antea dictum est, modo, provinciam illam longe lateque pervagantes, insignem pecorum aliarumque rerum & prædam acquisivere. Probe Straubingam in CC. sc operariot, *Bavaricarum rerum conditio.*

qui ad augendum præsidiariorum numerum eo amandati fuerant, incidentes, plurimos eorum partim neci dare, partim capere, duas etiam Croatarum cohortes ex oppido prodeuntes rejicere, & suburbium injecto igni deformare. Hoc quoque rerum statu Chamium, superioris Palatinatus oppidum non incelebre, commodum in Bohemiam transitum præbens, Bernhardi Ducis protectioni se commisit, qui sufficiens eo præsidium, imperante Tupatellio, destinavit, ita ut ibi locorum omnia fere ex voto Suecis succederent. Sexto idus Novembris Vinariensis cum potiori exercitus sui parte Ratispona digressus Straubingam versus secundo flumine proficiscebatur: cujus oppidi præsidium cum ad tantam vim propulsandam se non sufficere animadverteret, postridie idus fecit deditionem. Inde Deckendorfium ordo tetigit, quod itidem in Suecorum cessit potestatem. Hoc successu elatus Dux, Patavium versus excurrit, viam in Austriæ regionē, occupata urbe illa, straturus. Quoniam autem Cæsarei Patavio de sufficient præsidio tempestive prospexerant, & legiones aliquot in regionem illam introduxerant, propositum ex voto hac vice non successit. In omnem vero occasionem intentus Iohannes de Verda, Bavaricorum militum tribunus, de improviso in Oehmii Suecorum Præfecti cohortes, non procul à Straubinga stativa habentes, impetum fecit, & occisis non paucis, supellectilia fere omnia concremavit.

Præterea Burglengfeldense castrum, tribus ab Amberga milliaribus, de Rosa Tribunus Suecus astu intercepit, XXI. tormentis, aliarumque rerum copia haud temnenda, in eo inventis. Tupatellius interea Chamii subsistens, ut audivimus, de convocatis à Wallensteinio ad Pilsenam XXIV. armatorū millibus, & Gallasio tam cum IIX. millibus Chamium versus contendente,

cujus ipse tres cohortes præmissas, ablatis duobus signis equestribus, fuderat, nuncium tum temporis accepit: quare statim Ducem Bernhardum de eo edocuit, qui Isara cum copiis iterum superata ad Chamium sublevandum accurrit. Sed cum de Cæsarianorum in Bohemiam regressu certior fieret, in Ratisponæ confinio militem, ad recolligendas vires distribuit, Donastauffa cum parte copiarum obsessa.

Horniani postquam Ducem de Feria & Altringerum in Sueviam, quod paulo ante monuimus, secuti sunt, Cæsariani in Alsatia iterum respirantes, totum istum tractum ac cum primis Tabernarum Alsaticarum & Hagenoæ præsidiarii, pervagati Reichshofium occuparunt, præsidiariis, qui plerique Hanoici selecti agricolæ erant, pessime tractatis, ac m[illegible] in captivitatem abductis; Adhæc Comes Salmensis Tabernis Alsaticis præfectus in id totus incumbebat, ut vicinos Comites & Nobiles ad cōtribuendum adigeret. Eum in finem IIX. idus Decembris D. milites, cum M. selectis agricolis, IV. tormentis, & machina una pyrobolari emittebat, qui Buchsvillam Comitis Hanoviensis sedem corona cingentes, incolis deditionem imperabant: ruricolis autem cum Legato quodam Suecico, qui militum colligendorum causa eo profectus fuerat, defensionem parantibus, ad tormenta conversi, eorum excussionibus, & pilorum aliquot incendiariarū injectione, porta etiam machina diffracta, oppidum expugnare conabantur. Verum, oppidani nihil territi vim illatam mascule propulsare ausi sunt. Hinc Tympanistam cum consignatis aliquot deditionis articulis mittentes Cæsariani, ingentem pecuniæ summam exsolvi sibi postularunt, additis de prosequendis omni sævitiæ genere incolis, si dicto audientes non essent, minis. Hoc intellecto, Hanovici Consiliarii tum ibi præsentes, cum Legato Suecico negotio hoc

Reichshofium & Buchsvillam Cæsariani subigunt.

in deliberationem vocato, certam pecuniæ summam pendere in se recipiebant, & de auxilio aliquo spem nullam sibi facientes, eo nomine obsides dabant. Interea Sueci, qui in Sebusiensi territorio substitere, equites sub Abelis Modæ imperio, de oppidanorum misera conditione edocti, ad sublevandos eos accurrerunt. At Cæsariani hoc subolfacientes, hostium adventum præstolari consultum sibi non reputabunt, sed obsidibus secum abductis recedebant.

Rufacensis arx Stratagemate pungitur.

Eodem tempore & quidem nocturno summus Nassovicæ legionis Legatus, prævalida armatorum qua peditum qua equitum manu instructus, Rufacensem arcem stratagemate cepit, & in ea Præfectum Metternichium, Heidelbergensis quondam Commendatoris fratrem, cum aliis præsidii primariis captivos fecit, trucidatis omnibus qui non tempestive in oppidum elapsi saluti suæ consulebunt. De hoc edocti Marchiones Badenses Catholici, collectis militum aliquot cohortibus, eo statim proficiscebantur, & promisso libero abitu, Suecis restitutionem arcis injungebant. At illi, salvo Cæsarianorum conductu opus sibi non esse, respondentes, sequente nocte, quod prætervinum annonæ nihil superesset, arce iterum deserta, sponte cum captivo Metternichio Colmariam abierunt.

Salinarum Westphalicarum expugnatio.

Salinas Westphalicas Cniphusius quoque, V. idus Decembris obsedit, uno milliari Padeborna distantes, & CCCXL. armatorum è Westphalii legione præsidio munitas, cui oppido tantā tormentorum tempestatem immisit, ut brevi ruina justa magnitudine capax ad mœnia sterneretur. Hoc feliciter succedente, Cniphusius Præfectum Salinis, ut deditionē faceret, demonstrato, quod ejus capiti imminer et periculo, moneri curavit; ubi quidem, Præfecto ad faciendam certis conditionibus deditionē paratum se simulante, in-

...onibus

ducis

duciæ constitutæ sunt, & cives Suecos ad portas & mœnia advocarunt, & quasi amicitiam cum ipsis contracturi, poculis exceperunt; sed de improviso ad tormentorum sclopetorumque displosiones conversi, non paucos ex illis postraverunt, & variis additis calumniis, sic hæreticis comam attendendam, exclamarunt. Guilielmus Hassiæ Landgravius, qui interea etiam in castra venerat, cujusq; monitu obsidio hæc fuerat suscepta, & Cniphusius perfidiam hanc ulturi, ad tentandam oppugnationem statim omnia adornabant, idq; eo fervidius, quod obsessi, ut cæsi & vulnerati deportarentur, Suecis, quamvis per tympanistas more militari id petitum esset, concedere nollent. Hinc militer magna alacritate oppugnationis faciunt initium, quo statim territi oppidani animum mutant, & exposito in aperta murorum ruina albo vexillo & pileo deditionis faciendæ dant signum, sibiq; gratiam fieri rogant.

Verum Sueci, ut illi antea fecerant, surdis auribus id excipientes, oppidum armata manu expugnant, obviis quibusque ferri acie deletis. Et quoniam paulo ante factam irruptionem, per intortas pilas ignivomas, in duobus locis incendia excitata fuerant, totum fere oppidum, in quo ingens erat frumenti copia, præter paucas ædes conflagravit. Præsidio itaque firmato oppido, Guilielmus Landgravius à Lipstadiensibus, ut tempori servientes præsidium etiam Suecicum admitterent, petiit, quod illi æg è quidem post multas tergiversationes & prætensę neutralitate tandem fecere, & certis conditionibus, medio jam labente Decembri, præsidium admisere. Eorum exemplum Susatum, Luna, Hammium, & alia Marchiæ loca secuta sunt. Præsidiis itaque per regionis illius oppida distributis, Guilielmus Hassus & Cniphusius exercitus partem unam

in loca Visurgi con termina deducere, alteram hinc inde per oppida & pagos distribuere decreverunt.

RERUM PRÆTER BELLO GESTARUM A.C. M.DC.XXXIII.

APPENDIX.

1. Vladislaus in Poloniæ Regem electus coronatur, Cracoviæ mense Ianuario. 2. Rheinberga Principi Auraico deditur mense Maio. 3 Iohannes Casimirus Saxoniæ Dux moritur, Iulio. 4. Constantinopolis magno incendio deformatur, Augusto. 5. Isabella Clara Eugenia Hispaniæ Infans defungitur, Bruxellis mense Novembri; ut & 6, Christianus Dux Lunæburgensis, Cellæ; & 7. Dux de Feria.

Castrum Philippi Suecis deditur. Castro Philippi hactenus à Schmidbergio, legionario inter Suecos Duce arcta, ut in super oribus diximus, obsidione & itinerum, ita ut nihil vel in vel evehi liceret, interclusione coangustato, obsessi tandem annonæ penuria laborantes de facienda deditione cogitationes suscipere cogebantur. Elector Treverensis, cum ad extrema jam perventum esset, Gallis qui eam ob causam cum instructo exercitu in propinquo erant, castrum tradere modis omnibus annitebatur; sed frustraneo conatu: Sueci enim concedere id renuebant, Gallis, si res ita volet, vim vi repulsuros se significabant.

Quare tandem Præfectus Casparus Bambergerus, & Petrus Suarez de Aëdo, Capitaneus, Tertio Nonas Ianuarii, conscriptis prius quindecim transactionis capitibus, locum hostibus dediderunt. In Castro annona omnis consumpta, & de XIII. frumenti millibus, & centenis aliquot farinæ modiis, ac M D. vini culeis, pauxillum tantum, & ad IIX. dierum victum vix sufficientes panes, det duæ fere vini amphoræ superfuerunt. Attamen magnus tormentorum majorum numerus,

merus,insignis nitrati pulveris copia, viginti sex Campanæ, & tredecim occlusæ,quas Præfectus quondam Heidelbergensis eo devehi curaverat, inveniebantur.

Præsidiarii tanta annonæ penuria,durante obsidione premebantur, ut equina carne, ac inprimis Itali insolitis vescerentur. Subjugato autem ad eum modum Castro præsidiarii,è Smidbergii legione impositi, & sufficiens in multum tempus annonæ invecta, proque expugnationis successu Pridie idus Ianuarias publicæ Deo gratiæ actæ fuerunt, Castro sub vesperam festivis tormentorum sonitibus circumstrepente.

Donastauffa ab iisdem capitur.

In Bavaria Suecis Donastauffam arcem fru straneo quoq; conatu aliquandiu obsidentibus, inopinata ad expugnationem spes VII. Idus Ianuarii se obtulit. Præsidiarii enim tum eruptionem facientes, cum fortiter excepti recipere se satagerent, Sueci tergis eorum acriter insistentes una cum illis in mediam portam irrumpunt, eamque cum munitionibus exterioribus potestatis suæ faciunt,interceptis in atrio magno pecorum numero, & insigni annonæ copia. Postquã ergo inde tormentorũ displosionib' murorum arcis ruina fieret,obsessi rebus suis diffidentes, III.idus Ianuarias deditionem pacti,Ingolstadium cum Capitaneo suo deducti sunt. Expugnatione ista non parum commodi ad Ratisponenses accessit, comerciorum usu cum Straubingensibus restaurato.

Subiectis cuniculis evertitur.

Arx hæc paulo post, quod multum vicinis locis,ac præsertim navigationi in Danubio,si forte à Cæsarianis aut Bavaricis eam recuperari contingeret,incommodatura videretur,subactis cuniculis & pyrio pulvere repletis eversa est,supellectilibus & apparatu bellico omni Ratisponam delatis.

Hohenaldachiense mona-

Pari cum his successu Kirchbergius, Suecicarum partium tribunus, Hohenaldachiense mo-

sterium intercipitur. nasterium probè munitũ, non procul à Deckendorfio distans, quod januam quasi ad stativa Cæsarianorum & Bavaricorum invadenda videbatur apertorum, astu intercepit, præsidiariis omnibus, præter legatum eorum, qui fuga evaserat, peremptis. Facta irruptione inopinatum incendium cooriebatur, quod monasterium totum cum magna frumenti & aliarum copia in cineres redegit, adeo ut Suecis nihil amplius usui esse potuerit.

Sueci in superiorem Palatinatum movent. Adhæc sub anni hujus initium Birckenfeldii Comitis copiæ, sub Vitzthumii imperio expeditionem in superiorem Palatinatum suscipientes, primo Sulzbacum ad obsequium egerunt. Hinc ad VI. idus Ianuarias Vitzthumius Vilseccam movit, ubi signifer quidam cum octodecim præsidiariis vim vi repellere initio satagebat, sed cum portas à Suecis effringi cerneret, rebus suis diffisus deditionem fecit. Pari modo Hirsoviæ signifer cum XL. sclopetariis oppidi contra Suecos defensionem parabat, sed triginta octo ex incolis contra ipsum insurgentibus, depositis armis Suecos immittere cogebatur.

Ad locum hunc contra Suecos defendendum, supremus vigilum Præfectus Vahlius, qui Ambergæ hærebat, scloppetariorum equitum CCC. cum nitrati pulveris tonnis aliquot, amandabat, sed de eo jam actum erat, & submissa hæc auxilia in victorum manus incidebant. Hinc ordo Naprugam tetigit, cujus præsidiarii initio impetum fortissime excepeiunt, sed tamen oppidum tandem deditione cedere coacti sunt.

Hinc Vitzthumius ad Neoburgum ante sylvam expugnandum vires suas convertit, & in id portis machina effractis summa vi irrumpit, præsidiariis in arcem confugientibus, sed paulo post victo-

victoris etiam arbitrio, quod contra tantam vim se non sufficere cernerent, se committentibus.

Verum enim vero de Suecorum progressibus edoctus Cæsareanus Weidenæ Præfectus, omnia, quæ ad propugnationem facere videbantur, instruxit, eumque in finem Capitaneum Kalthenthalium, quem paulo ante cum militibus aliquot Parckstenium ablegarat, revocavit, & tria tormenta ænea inde Weidenam advehi curavit. Præterea officiariis Neoburgicis & Consulibus ac Senatu ad se & Commissarium Cæsareanum Adamum Zornium accersitis, ex iis an contra Suecos oppidi defensioni operam dare cum civibus vellent, quæsivit.

Quamvis autem Neoburgici officiarii, varia suggerendo senatui modis omnibus, ut petitis annueret, persuadere conarentur, cives tamen, cum ejus rei fama ad eos promanaret, in hoc consentire nolentes, militibus secum invicem rem gerentibus, se interim quietos domibus suis contenturos dixerunt. Tandem Sueci VI. Kalend. Februarias oppidanis conspiciendos se præbuére, in quos statim Præfectus è tormentis bellicis potentiæ majoris fulmina vibrare curabat, ædificiis omnibus Nicolai & Nabi portis objectis igne perditis: sed Sueci tum nihil tentantes Neostadium versus abierunt, illudque cum Tursenruto juris sui fecerunt. Quo facto Weidenam obsidione cingens Vitzthumius deditionem per tympanistam Præfecto imperavit: verum is dato responso negativo de propugnatione sollicitus, suburbia & alia ædificia accendi & simul magnam tormentorum in Suecos edi tempestatem curavit. Sed illi nihilominus magis magisq; appropinquantes, tandem porta coriariorum vi effracta, suburbium, quod incendiis

delere Præfectus frustra annixus erat, occupant. Hinc Xenodochium ille in cineres redacturus septem milites eo, qui injecto igne illud accenderent, amandavit: à Suecis autem præventi, quinque eorum trucidati, reliqui duo capti fuere. Tormentis igitur Xenodochio illatis, cœptū est in mœnia effulminari, ita ut brevi magna eorum ruina sterneretur.

Cum itaque omnia ad oppugnationem tentandam componi Cæsariani animadverterent, de deditione agere cœperunt: sed vix ægre, quod justo tempore id non fecerint, ut relictis armis superioribus in Bohemiam salvi abirent, obtinuerunt, officiariis tantummodo supellectilium avectione concessa. Discessu postmodum instituto è præsidiariis C. Suecorum partibus sese addicebant, reliqui ad Luzoviam officiariorum, adeoque ipsius Præfecti supellectilia invadentes, iis direptis & expilatis va[illegible] dispersi sunt.

Wallensteinius in Bohemiam movet, & ad eius regni Coronam aspirat, nefaria Domus Austriacæ eversione.

Moverat paulo ante W[illegible]lenstein[illegible]us cum omnibus copiis in Bohemiam, istic hybernaturus, propositumque suum, quod diu jam animo proditorio, occuluerat, ad finem deducturus. Statutum erat tunc omnes Bohemiæ proceres funditus perdere, eorumque terras ad extremumque minutal vastare, ne qua Cæsari contra se suppetias ferre possent. In eundem finem immanem pecuniarum vim conflaverat, sperans argenteis hisce gradibus ad Bohemici regni solium conscendere: ad id delegerat etiam locum commodum (montem album appellant, in quo olim Palatinus Comes Fridericus, & alieno honore sibi contra jus fasque arrogato, & propriis terris exutus est) sed non potuit diu latere Cæsarem tam iniqua machinatio, ad cujus aures cum venisset rumor, scripto quamprimum inhibuit fidelioribus belli ducibus, ne post hac à Wallensteinio imperia capesserent; Hocque scriptum Pragæ primum innotuit.

Imperium militare ipsi abrogatur.

Acci-

Accidit vero, cum Wallensteinius totum exercitum cōvocare propoluisset in dictum montem, ut Comes Terzkyus affinis Wallensteinio, de propalato proditorio proposito certior factus, ad Wallensteinium rediret, ipsique proditum negotium instituti sui nunciaret, explicaret etiam, quam periculosæ plenum opus aleæ agitaretur, eo Wallensteinium adduxit, ut omnia tormenta bellica clavis obdurari præciperet, illisque hominem sibi fidum præficeret, qui nullis pactis, pollicitationibus aut rationibus locum illum alteri, quam Wallensteinio traderet; Ipse vero se Egram versus converteret, cum millibus aliquot partim equitum partim peditum.

In hoc comitatu comprehendebatur legio Gualtheri Butleri, quæ jam à Cæsarianis passim Wallensteinianæ factionis esse inique arguebatur quam vero à falso, declaravit eventus. Hoc quidem evidens est Wallensteinium sæpius conatum esse, Butlerum in consilii sui societatem traducere, ipsique pollicitum esse amplissimas terras & opimas dignitates, ducentaq; Imperialium millia per cambium partim Hamburgi partim Segam destinasse, ad colligendos milites Ibernos in sua servitia fidos. Butlerum tamen semper suspectū habuisse tam prolixe propensum sibi Wallensteinii favorem. Quando vero clarius intellexit, quo res pessum vergeret, nunquam consentire voluisse, ut Sacramento Cæsari facto solveretur.

De hinc omnibus viribus annixus est, ut proditorem hunc à Cæsare adeo elevatum comprehenderet, ac Imperatori pro merito plectendum traderet: cum vero ipse solus sufficiens haud esset tam arduo negotio expediendo, in consilium propositi sui adhibuit militē inter paucos fidum Cæsari, & plenum masculo animo Gualtherum Deveroux, tunc temporis turmę uni præfectum,

seu Capitaneum, qui suam Butlero operam fidelissimam addixit,

Hoc adjutore securus Butlerus, libenter suam legionem Wallensteinicis copiis Egram commigrantibus adjunxit. Egram custodiebant tunc temporis Ioannes Gordonus, Locumtenens in legione Comitis Terszkii, ejusdemque vigiliarumq; præfectus Lôslius, optimi ambo Cæsariq; in paucis fidelissimi milites: qui cum multa de proditorio animo Wallensteinii nô obscuris rumoribus, sed apertissimis indiciis passim ferri audissent, multum de veritate rerum exploranda solicitabantur. Agebat tunc Wallensteinius Pilsnæ, avideq; adventum Gallasii, qui Altringerum secum adducere Wallensteinio promiserat, in horas imo momenta operiebatur; volvebat interim inter spem metumque quid facto opus foret, se forte dicti duo militum Duces in fide Cæsaris persisterent, & an nihilominus proditorios conceptus effectui dare posset.

Socios malæ intentionis quærit. Optimum tandem ratus, alios sibi interim armorum præfectos qua auctoritate qua humanitate, qua etiam promissis conciliare, atque in suum sensum pertrahere, Negotium itaq; orditur à Gordono, quem Egra Pilsnam evocatum perhumaniter accipit, multaque de civitatis sibi in absentia sui Ducis Terskii, creditæ cura, munitione, militũ fide & fortitudine rogat, eiq; legiones aliquas in Silesiam cum imperio ducendas ultro benigne offert, patientiam interim habeat in tres quatuorve hebdomadas, quo interim tẽpore necessaria ad iter provideat disponatque. His ita constitutis Egrã denuo dimittit. Altero mox diluculo Lôslium, cui jam ex amici cujusdã litteris de Wallensteinii technis aliquid innotuerat, curriculo ad se evocari jussit. Lôslius vix tertiam ab urbe horam abierat, cum ecce tibi Wallensteinium lectica incubantẽ habet obviũ, in cujus comitatu C C. pedites, & D. equites, omnia-

mniaq; impedimenta præfecto Butlero ducebātur. Comites salutatū Lôslium, primo congressu rogat Wallensteinius, quid novorū de hoste iis in partib. spargeretur? cui cum prolixe respondisset Lôslius; de se quoq;, suisq; machinationib⁹ quid vulgi sermone ferretur, intelligere voluit: hæc cū se tantū obiter & in genere de offenso Duci Cæsare audisse dixisset, subjecit Wallensteini⁹: itaq; à me disces in particulari & punctatim universa, simulq; retulit, quam Cæsaris Consiliarii mira in suum caput cuderent, eoq; jam rem esse deductā iniquissimis malevolorum consiliis, ut à pridem oblata & ægre acceptata Generalatus dignitate nunc iterū cum ignominia dejiceretur, in suum vero locum substituendum Hungariæ Regem, Ferdinandum III. Cæsaris filium natu grandiorem, Iuvenem nec ætate, nec viribus, nec consilio satis maturum.

Proditorium animum aperit, & præmiis alios in partes suas pertrahere conatur.

Post multa tandem in Cæsarem Austriacamq; Domum multo cum stomacho egesta convit a, Lôsliū Egram præmittit, sui adventus & omnium dictorū Gordono nunciū. Lôslius nil cunctatus, ut primū Egram attigit, nihil potius sibi esse debere duxit, quā ut Gordonum conveniret, & de omnib⁹, quæ dicta actaq; essent, certiorē redderet, dein una cū Gordono in occursum Wallensteinii Egræ jam approximantis iret, humaniterque intra mœnia deduceret; quæ res Wallensteinium max. mopere delectavit, eoq; minus, quod exteri seu Scoti seu Iberni essent, de his Ducibus, sicut & de Butlero habuit suspicari: ideoque humanissimè in domum suam honoris causa invitatis, omnem rerum statum, multa cum exaggeratione injuriarum à Cæsare sibi illatarum denuo exposuit, arguens Cæsaream aula noxiis Hispanorum suasionibus nimium perniciose regi, hinc sibi nil consultius videri, quam ut ea domus per Germaniam stirpitus evellatur, ubique vel sic innotescat, alios etiam esse, qui Imperium

perium recte possint administrare; habere nunc se ad manũ media, queis tota ista tragœdia compendio, & sine magno tumultu, absolvatur; Neminem enim unum esse, qui sibi remoram injicere possit, vel velit: Hortari proinde omnes una, & singulos seorsim, ut sua posthac sequantur jussa, & à suis partibus fideliter stent, se quidẽ haud difficulter reperturum, quo singulorum fidem magnifice pro merito remuneretur. Quod si tamen quisquam ipsorum dubitaret, suas partes sequi, libenter annuere, ut alio, quo vellet, commigraret. Facile erat ex hoc & similibus discursibus arguere, in quem finem res omnis declinaret, dissimulandũ tamen erat, ne qua ante tempus sine fructu fieret medicina.

Qua propter Löslius suo quidem nomine hoc Duci responsum reddidit: Fateri se, & jam pridem agnovisse, quid posset Ducis Gratia, maxime apud exteros: se quidem ex Scotia in Germaniam commeasse, nominis sui amplificandi gratia, ideoq; nullius stipendia renuere, nisi forte quæ solverentur Regis sui naturalis impugnandi causa. Proinde si sacramento Cæsari dato exsolvatur, se cuivis alteri militatorum fidelissime, nec videre se, quorsum sub tali Duce arma detrectet, cujus prolixa benevolentia jam annis pluscule fuisset cognita; se igitur, quantum ad se, suosque istic Socios, spondere id facturum, quod sibi suisque esset gloriosum.

Quo quidem responso totum Fridlandi animum sibi devincivit. Reddebat tamen ambiguus hic discursus non parum perplexum Butlerum, & cum ambos Comites ab orthodoxa sciret dissentire fide, metuebat plurimum, ut se à Cæsare ad wallensteinium abripi vanis persuasionibus finerent. Vale itaque accepto omnes simul abierunt attoniti. Cum vero inter ambulandum wallensteinii sermonis incideret mentio, dissimulavit Butlerus animum suum, finxitque

que se partes Ducis non omnino repudiare; & ut sociorum vicissim exploraret animos, & numquid, Fratres mei, ait, putatis rem optime wallensteinicis imperiis contra Imperatorem administrandam? quin igitur & nos ejus sequamur jussa? Cui fidenter & absque simulatione Gordanus: Malim ego quidem gloriosam pro meo Cæsare, cui sacramento obligatus servio, oppetere mortem, omnemq; , quem corpore diffusum circumfero, sanguinem funde e, quam datam violare fidem ei quem à parvulo puero dilexi tenere, patriaque discedens omnia deserui, ut ipsi tam in prosperis quam adversis fidum præstarem servitium, à cujus latere, ex quo milito, nunquam discessi, nec discedam posthac, quoad vitalis spiritus hos deseret artus.

Vobis integrum esto, quam vultis sequi factionem: hoc mihi conclusum, à qua sententia nec ipsa me Suadela dimoveb t. H cButle us tantam in extraneo constantiam obstupescens, animum suum similiter aperuit, simulque educens è pera literas sibi à Gallasio nuper missas quibus militare imperium per Cæsarem wallensteinio abrogabatur, ob proditoria consilia non ita pridem detecta. Inter hæc & similia dux facile elabebantur horæ, cum ecce tibi litteræ offeruntur à Francisco Alberto Saxoniæ Duce ad wallensteinium, quas ipse Löslius (quem penes illa tunc erat cura) detulit, legendasque à Fridlando obtinuit. Summa scripti hæc erat: Bernhardum Vinariensem copias suas juxta pacta jam prope conjunxisse, jamque in ce tum locum à wallensteinio ipsi nominatum progredi cæpisse, nil se porro dubitare, quin wallensteinius X. peditum & IV. Equitum millia his adjuncturus sit. Birckenfeldium vero cum IV. millibus Palatinatum jam esse ingressum, nec nisi duabus Egra leucis abesse. Rogare proinde wallensteinium, ub sibi C. equites, qui salvum conductum Egram ad se præ-

præstent, mittat, habere enim, quæ secreto cum solo Duce tractaret; statuisse autem sub horam nonam matutinam postero mane coram adesse. Lectis literis, quidquid Wallensteinius pestilitatis huc usq; intimo corde abdiderat, corã Lô lio evomuit, qui caute ad omnia respond t, quod ad re m videbatur, consilia etiam nova suggessit promovenda proditioni accomoda. Interea ne momentũ cunctatus, ad Gordonum se transtulit, cui, quam periculosa agitarentur consilia, libere detexit, addens nil quidquam expectandum esse, cum de fama propria, ac incolumitate Cæsaris agatur. Butlerum igitur in societatem consultationis accersunt, qui una statuerunt, malo esse potentem medicinam admovendam, etiam vel suo vel Wallensteinii admisto sanguine.

De hinc de mediis disseruerunt, ut totum malum simul tolleretur, ne qua truncatũ solũ pullularet iterum. Prima erat sententia, in quam omnes iêre, esse ad proditores singulos certos etiam ablegandos milites, qui vinctos secure etiã in munitũ primo locũ, postea ad Cæsarẽ abducerent. Mutarunt tamen paulo post id consilii in melius, statuerunt q; jurati omnes, morte proditores plectere. Opportune autẽ cecidit, ut Baccho tunc fierent solennia annua. Gordono igitur impositum, ut Butlerum ad cœnã invitaret. Hic sibi sameret Wallensteinii complices, & proditionis architectos, Terskyum & Ilonm; cui non invitus paruit Gordonus, & Butlerum ad cœnam rogavit, ad quam iste se condixisse præsentibus tunc forte proditoribus asseruit, qui se quoq; convivatores ultro obtulere, & sub vesperã Kinskyum & equitum tribunum Nyemannum (qui à secretis fuerat in toto hoc proditionis negotio) una secum adduxerunt in arcem, quam insidebat cum forti præsidio Gordonus. Antequam vero ad cœnam convenirent, delegere ex fidissimis mili-

militum pauculos, quos Gloriæ socios esse commode putabant.

Ex his fuit Robertus Geraldinus, vigiliis præfectus in legione Butleriana, & Gualtherus Deveroux Tribunus, quibus ad arcem per posticum datus est aditus, commissumque, ut sub finem cœnæ triclinium ingressi confoderent, quos Cæsari infidos reperissent. Edmundus Borckius, Capitaneus, cum centuria militum jussus est obire compita, & providere sedulo, ne qua tumultuaretur in urbe.

His ita constitutis inter scyphos in sanitatem Ducis Saxoniæ tunc cum Cæsare diffidentis præbibitum est, quem haustum miratus Butlerus abnuit, negans se in sanitatem hausturum alterius quam Cæsaris, cui fidem juratus addixisset. Atque hoc modo inter pocula seu convivas potius ortum est dissidium. Interea dicti duo Duces per diversa ostia convivii locum ingrediuntur hinc Geraldinus cum suis, inde Deveroux cum suis, strictis utrinque ensibus, succlamantes vivat Ferdinandus II! vivat Domus Austria! Quantæ ex insperata hac proditoribus commotione ortæ sint turbæ facile est cogitare, cum alii mensam cum bellariis subvertere, alii ad arma prosilire, alii clamores ciere. Ilous nil cunctandum ratus, cum manibus sideret, ad ensem ex vicino clavo pendulum proruit, ut se opponeret adversariis, sed frustra: in ipso conatu vitam cum gladio ponere compulsus est. Inde contra Terskyum actum, qui per varia vulnera mortem admisit, similiter & alii. Inter has turbas Tribuno Deveroux, dum passim cæsim punctimque rem strenue agit, ensis per medium ruptus, & cum contra Wallensteinium adhuc sibi eundum esset, commode reperit hastile acutius, quod pro gladio deferens, in domum proditorum Principis non tento gradu festinavit: inter procedendum cum jam propylæum attigisset

giſſet,uni militum ſolvitur ſclopetum, quod in cautius manu verſabat, id tamen nil quidquam turbavit in domo. Ingreditur itaq; ante omnes jam ſæpe nominatus Deveroux, cumque parum ſuſpenſo gradu perſtreperet, monetur à famulo ad oſtium Ducis excubante, ut modeſte incedat, ne qua Duci decumbenti moleſtiam cieret. Cui Deveroux, non eſſe jam illa tempora, quibus à turbis vacet, nunc perſtrependum eſſe, ſimulque oſtio cubiculi appropinquans obſeratum reperit, cumque clavis, quam famulus à cubiculis abduxerat, non eſſet ad manum, ter ſummo impetu in oſtium pedem illiſit, irrito tunc quidem conatu; itaque ad auxiliandum ex militibus ſuis fortiſſimũ accivit, una ſimul incurrens, nec tunc quidem perfregit, ad quintum denique impulſum Deveroux ſolus ſeram perrupit gradumque in conclave promovens, primo aſpectu petiit, eſſetne ipſe imperii & Cæſaris proditor? Sed reſponſi loco nil tulit, niſi labiorum commotionem, ſine articulata voce.

Hic non ſtatim feriendum eſſe Wallenſteinium putavit, ſed expectandũ potius tantillum, dum ſe ad Deum converteret, ſignaque contriti animi ederet; cum vero nil quidquã obtineret, in induſio, ſicut tunc erat, haſtili per ilia infixo fidentiſſime confodit, ex quo ictu Wallenſteinius quam mox concidit, animamque per vulnus emiſit. Ita orbis probrum Cæſariſque infamis proditor, juſtiſſima Dei manu vindice, ſcelus ſuum digniſſima morte luit. Tragœdiæ hujus actores ſeu ſpectatores potius fuerunt è militibus Butlerianis XXX. circiter, inter quos duo Scoti, unus Hiſpanus, reliqui Iberni, qui una cum Deveroux cadaver mortui tapete obvolverunt, carrucæque impoſitum quam mox ad arcem deduxerunt. Nec mora in ſcripta ſeu Cancellariam Wallenſteinii indagatum eſt, currus aliaq; ejus bona in tutum locum convecta.

Wallenſteinius hoſtili confoditur, menſe Februario.

Poſte-

Postero mane Butlerus omnes in urbe Colonellos adiit, eos etiam, qui tunc forte pro mœnibus tentoria fecerant, & stativa tenebant. wallensteiniique noxias strophas, ob quas jussu Cæsaris morte multatus fuisset, pluribus aperuit, omnesque ad fidem Cæsari denuo jurandam servandamque serio hortatus est, quam illi se interjectu corporis ac vitæ praestituros receperunt. Dein expedivit C. equites selectos, qui Francisco Alberto Saxoni, juxta pridianas ad wallensteinium datas litteras, comitatum in urbem præstarent. Hi nil cunctati reperunt in via, quem volebant, humaniterque primo salutatum variis colloquiis sustentarunt.

Cum vero propius urbem accessissent, militum ductor Duci ait: Quid si Tuam Celsitudinem Butlerus Viennam Austriæ ad Cæsarem captivum mitteret? Ad quæ verba attonitus alter respondet, se id quidem haud vereri, cum ad wallensteinium legatus iret, à quo salvum conductum obtinuisset non multo antè. Cum vero detectam proditionem sublatosq; è medio proditores audivit, comiti suo M. Ducatos frustra obtulit, ut se remitteret ad suos liberum quod Cæsareus miles negavit fieri posse.

Franciscus Albertus Saxonia Dux cõprehenditur.

Inter hæc in urbem deducitur, & paucis post diebus Viennam una cum totius tragœdiæ decursu ipseque Butlerus paulo post omnibus recte constitutis cum Gualthero Deveroux eodem perrexit Cæsaremque, tunc forte precibus in templo vacantem adiit, cui Cæsar ad primum conspectum, Deus conservet, & benedicat dilectum nobis Caput Butlerum nostrum. Finitis postea sacris, ad se domum in secretius conclave invitavit, ubi pro fidelitate sibi impensa collaudatum variis mactavit præmiis, & primo quidē Archiepiscopo Viennensi (qui tunc forte præsens erat) insignem torquem auream porrexit, quem Butleri collo cum amplissima benedictione nomine

Cæsa-

...omine ... Cæsa-...

Cæsaris imponeret: dein ipse Imperator numisma Iconis suæ ex purissimo auro porrexit; hoc, inquiens, feres in Cæsaris memoriam, quem una cum tota ejus domo incolumen servasti; erit occasio cum tuam fidem pro merito remunerabimus. Simulque Comitis titulum impendit, & sibi à cubiculis posthac futurum, clave aurea oblata, renunciavit: & ne nudum titulum ferret, multas terras in Bohemiæ regno adjunxit.

Dedit quoque aliam torquem auream, aliosq; honores detulit Capitaneo Deveroux; nec minora præmia Lôslio reservata sunt, cuivis vero Capitaneo XX florenorum millia numerata pecunia assignata sunt. Gordon interim sibi aliquantisper expectandum ratus, ne videretur Cęsari pro terris potius & bonis, quam gloria & honore servitia præstitisse, Egræ substitit; qui tamen postea à Cæsare ex Terskii terris plurimas accepit.

Pacta quadā inter Wallensteiniū & Principes cum eo pacifcentes, Ducem scilicet Saxoniæ & Marchionem Brandenburgensem Electores, ultro citroq; missa & proposita.

Quos autem Wallensteinius Dux exercitui Evangelico (ut vocant) in Silesia tunc existenti Pacis articulos proposuerit approbandas, paucis videbimus. I. Cupit Fridlandiæ Dux, cum Regno Sueciæ, Electoribusq; Saxoniæ & Brandenburgensi sinceram inire pacem: Et si qua forte Cæsar propositis utrimq; & admissis pactis intercessurus esset, & articulos ab utraque parte confirmatos subscriptosq; improbaret, obligat se dictus Wallensteinius, Imperatorem vi ad consensum adigere, ad quam rem apta media ipse jam partim disposuit, partim adhuc disponet. II. Omnia privilegia Imperialia à quibusvis alias Imperatoribus concessa redintegranda & de novo confirmanda sunt. Omnium etiam exulantium bona inique ablata aut ultro deserta, restituenda; in qua restitutione à sua persona Wallensteinius [illegible] nimium faciet, omniaq; bona sua vel [illegible], vel quovis modo acquisita, ad [illegible]

olim pertinentia, libenter primus restituet, quibus ablata sunt: damna vero bellorum injuriis interim illata bonis, primi possessores oblivioni tradent, nec deinceps ullam compensam exigent. III. Iesuitæ omnes penitus, ceu bellorum autores, & incentores malorum, ex Romano Imperio proscribantur, ne se Principum aulis posthac insinuent, & noxiis consiliis turbent. IV. Maxima illa (Hæreticis non est servanda fides) penitissime abolenda est, omnibusque pactis conventis sincerissima fide, sine ulla fraude dolove firmissime standum. V. Saxoniæ Dux & Marchio Brandenburgicus, Electores, cum damna ipsi illata sumptusque in militem aliosq; usus impensi compensari vel restitui minime possint, communem facient amicitiam, nec posthac aliquid repetant. VI. Exercitus utrimque ex Imperio contra hostes exteros seu Turcam potius abducantur.

Præter hæc pacta Wallensteinius etiam alia adjecit, quæ suam potissimum personam tangebant, quæ cum paucula sint, & ambitionem avaritiamq; hominis superbissimi, sordidissimique abunde ostendant, huc adjicere non abs re esse duximus. I. Si Coronā Bohemiæ obtinere Wallensteinius possit, pollicetur, se omnib⁹ superioribus annis iniq; regno Bohemiæ pulsis, & à quovis tempore libere vel coacte exulantibus, sua inibi bona fideliter restituturū; libertatemq; ubivis locorū religionis permissurū: Palatinū quoq; Comitem in suam patriam aut Palatinatum, seu armis, seu aliis amicabilioribus mediis reducturum. II. Pro Megapoli, Sagano, &c. sibi ab Imperatore in sumptuum & servitiorū suorū compensam donatis: aliisq; debitis sibi adhuc restantibus, Wallensteinius nonnisi Moraviæ Marchionatum postulat. II. Cum sibi Bavariæ Dux Maximilianus in Collegiali Principum Conventu Ratisponæ habito, obtinuisset, auctorque

præcipuus fuisset, ut militare Imperium sibi abrogaretur, velle se ei oppignoratam ab Imperatore terram ob der Ens dictam, vi armisque in compensam debitorum eripere. IV. petiit Wallensteinius, ut Exercitus utrinque conjungantur, sibiq; contra hostes ducendi concredantur. His se Cæsa. em consensum promittit, ut omnibus pactis subscribat, articulosque inter se & Principes Electores, Ducem Saxoniæ & Marchionem Brandenburgensem conclusos nolens volens ratificet & confirmet.

Iure quasi suo se hæc petere putabat Wallensteinius, nec nisi cum summa injuria, à Principibus abnui posse credebat; adeo hominem fastuosissimum, & primæ suæ conditionis immemorem abripuerat superbia, & militum, quos ad nutum suum regebat, propensus animus. Ne timen sæpius dicti Principes sibi quoque deessent, sua etiam pacta scriptis consignarunt, & ad Fridlandiæ Ducem examinanda, confirmandaq; miserunt.

His omnibus pro se & pro pace stabilienda à Wallensteinio propositis punctis, & Saxoniæ Duci Marchionique Brandenburgico, Electoribus oblatis & discussis, ipsi quoque Principes hos ad roborandam pacem articulos ex sua parte proposuerunt. I. Sua Cæsarea Majestas omnem suum militem extra Imperium deductum quantocyus dimittat. II. Magdeburgensem Archiepiscopatum cum Halberstadiensi, nec pro se, nec pro serenissimo filio suo unquam repetat. III. Liga Catholica Regi Sueciæ, vel potius militi ejus omnes sumptus hoc bello impensos solvat, ac bonis mediis adducat, ut ex Imperio contenti, unde venerant, revertantur. IV. Iesuitas omnes, & à Concilio & ex Imperio amoveat. V. Pro sumptibus in bella præterita à se impensis, & damno à Cæsarianis copiis Ducatui suo illatis (quod idem pro Marchionatu suo petebat Bran-

Saxoniæ & Brandenburgici Electorum postulata.

den-

denburgicus) Imperator utrique totam Silesiam pendat. VI. Libertatem religionis ubique permittat. VII. Pro octo auri vasis, quæ S. Cæs. M. Saxoniæ Duci debet, superiorem & inferiorem Lusatiam, & dimidiam regni Bohemici partem hæreditariam transcribat. VIII. Electoris Palatini Primogenitum Heidelbergæ restituat. Ad hæc, si renuat Imperator, Dux Fridlandiæ Cæsarem cogat.

Lubet hic exprimere duplex scriptum, alterum obligatorium, quo se milites Fridlando & fidem suã probant. Alterum inhibitorium, quo prohibetur militi posthac Fridlandicis imperiis subdi. Prioris hæc est summa.

Epitome Literarum, quibus fidem suam Equitum peditumq; supremi Præfecti obligant Alberto Wallensteinio, Fridlandiæ Duci Pilsnæ.

Virtute præsentium notum omnibus facimus, postquam nos subsignati Generales Officiarii & Colonelli certis relationibus accepimus, quod Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus Albertus Dux Mechleburgensis, Fridlandiæ, Sagani & Magnæ Glockoviæ, &c. tum ob varias acceptas injurias, & quotidianas prope invidorum contra se machinationes, tum vero ob recusatum ab Imperatore victum seu commeatum militi sustentando necessarium arma seponere, seq; militiæ abdicare omnino concluserit: cum vero nos probe intelligamus, quanto hæc resignatio non tantum suæ Cæsareæ Majestati, sed & bono publico, ac Cæsarianæ militiæ universæ incommodo sit futura, quippe unde penitissima omnis exercitus ruina pendet; viderimusque huc usque, omnem spem nostram in hoc uno capite, cui hactenus ad omnia pericula obsequentes fidique fuimus, collectam subsistere, fortunasque nostras cum optimi Ducis remotione periclitari, cum ipse unus solus sit, qui obsequia nostra pro sua in nos benevolentia compensare velit & possit: non potuimus non gravissime sentire hanc in uno capite militis nostri cladem: Ei porro ut mature prospiceremus, ablegavimus unanimi

consensu ad Illustrissimum Fridlandiæ Ducem Marescallum Campi Iloum, cui ut major foret auctoritas, quatuor Colonellos Morvvaldum, Prædavium, Losyum & Hinnersam viros in paucis strenuos adjunximus, qui propositam jamque prope conclusam apud Ducem deprecarentur resignationem, obligantes dicto Duci universæ militiæ nostræ summam fidem, imo omnes vires, vitam & sanguinem, si adhuc aliquantisper, quoad militi aliqua saltem media aliunde provideri possent.

Quæ quidem nostra fides, & sincerus in optimum patrem nostrum amor, tantum potuit, ut votis nostris annueret, ita ut sine nostro consensu vel saltem præscitu militiam neutiquam deserere promiserit. Cui ipsius gratiæ ne ingrati argueremur, universi quotquot sumus sacramento dicto nos obligamus, omnem ipsi fidelitatem ac vitam, ad ultimam usque sanguinis guttam impendere. Iuramus quoque forma qua possumus solenniore, ut si quis forte nostrum decursu temporis ab hoc promisso desciscere, nos omnes opes, fortunas, vitam & sanguinem impensuros, ut ejus pervidiam debito modo ulciscamur. Hæc omnia sine ulla fraude, dolo, æquivocatione, nostra subsignatione & subscriptione roboramus & confirmamus, Pilsnæ pridie Idus Ianuarias.

Hinc facile colligitur, quam Dux Fridlandiæ omnium prope militum animos sibi devinxerit, quamq; funestum incendium exoriturum fuisset, nisi sub cineribus jamiam erumpens fuisset opportune sopitum.

Mandatum Cæsareum ad Duces belli de amotione Walensteinii ab imperio bellico.

Mandati vero Cæsarei tenor hic est.

Nos FERDINANDVS D. G. Imperator Electus & Imperii semper Augustus, &c. Salutem omnibus Generalibus officialibus, Colonellis etiam & eorum locum tenentibus, vigiliarum præfectis, equitum peditumq; tribunis, omnibusq;

in auctoritate militari constitutis cum Cæsarea gratia omniq; faustitate ex animo precamur: notumque tenore præsentium universis facimus, quod, postquam prægnantibus urgentibusq; de causis coacti sumus, Generalissimum nostrum Campiductorem necessario mutare, omnes auctoritate imperatoria eximamus solvamusque juramento militari, quo dicto Duci erant obligati. Statuimus autem, & in ejus locum ad interim seu ulteriorem ordinationem nostram subrogamus dilectum & fidelem nobis Matthiam Gallas: volumusque ut omnes ei haut minorem præstent obedientiam, reverentiam, submissionem, quam ulli unquam à nobis constituto Generali, sub gravissima nostræ disgratiæ comminatione & inevitabili pœna bonorum & vitæ.

Ac licet ad nos delatum quoque fuerit, quod aliqui ex Ducibus nostris præcipuis in conventum Pilsnæ institutum aliquantum amplius, quam decuisset, consenserint, quia tamen illos ex falsa imaginatione vanisque pollicitationibus huc adductos esse facile videamus, declaramus omnia ea, quæ tunc fortè contra nos imperiumque nostrum acta sunt, omnibus penitus, præterquam duobus, quos nostræ Quæstioni est pœnæ nobis reservamus, gratiose ignoscere. Assecuramus deniq; omnem nobis subjectum militem, nos nunquam defuturos, omnibus gratiam nostram, ut hactenus semper fecimus, continuare, exercitui commeatum aliaque necessaria, quantum in nobis erit, providere. Vt vero hæ nostræ omnibus innotescant, nec tempus modo patiatur plura expedire exemplaria, volumus, ut eadem fides, quæ authographo, adhibeatur iis, quas dictus Matthias Gallas nostra auctoritate juxta autographum transcribi & publicari faciet, quæ nostra seria est voluntas Viennæ Austriæ IX. Calendas Februarias.

Ferdinandus. (*L. S.*)

Sultzio & Gebvilla potiuntur Sueci. Paulo ante ductam hanc in actum tragœdiam, Cæsariani id agebant, ut in Alsatia superiore IIX. millium exercitum colligerent, quod tempestive Ottoni Ludovico Rheingravio suboluit. Quapropter Suecicas sub Zillharti & Siloi imperiis copias, & non contemnendam armatorum manum è præsidijs in auxilium accersivit, atque in Suntgoviæ confinio exercitu congregato Sultzium & Gebvillam oppida, sub initium Februarii expugnavit, Philippum Rudolphum Comitem Lichtensteinium, cum aliis quibusdam non infimi nominis viris, captivos faciens.

Rubeaco etiã. Hinc etiam Rubeacum postridie Nonarum Februarii ab iisdem armata manu expugnatum, non exiguo militum numero contrucidato. Præsidiariis in arce agentibus Brisacenses equidem & Tannenses de submittendis auxiliis spem fecerant; verum oppidanorum fortuna territi, arce Suecorum arbitrio commissa, CCCC. eorum signis sponte se adjunxerunt, reliqui autem captivitati mancipabantur, mactatis, qui ibi inventi fuerant, agricolis.

Prælio decertant cum Cæsarianis. His non contenti Sueci, Lotharingis interea & Cæsarianis Sennæ congregatis, præmemoratus Rheingravius plures etiam ad se copias evocat, prælio cum ipsis decertaturus. Itaq; Postridie Calendarum Martii cum omnibus signis Gebvilla profectus in eos movit, ubi post pugnam cruentam Cæsariani tandem victi, in fugam conjiciebantur, M D. inter quos etiam Colonellus Philippus, & alii officiales plures erant, in ipso pugnæ loco cæsis, ac multis aliis cum D. militibus, tormentis & vexillis aliquot captis. Fugientium, quibus Guilielmus Marchio Badensis annumerandus, multi ab insequentibus hostibus partim ferro strati, partim etiam, & quidem in oppidis Batvilla & Senna eadem adhuc vespera expugnatis, DC. præter priores, captivitatis jugum subiêrunt.

Quam

Quarto Nonas Martias prosequendæ victoriæ operam navans, vires suas ad Tannum cõvertit, oppidoq; in victorum arbitrium adacto, CC. inde præsidiariis copias adauxit. Adhæc Ensheimenses, Cæsarianis defensoribus Brisacum inde digressis, Suecorum præsidia sponte admisere. Nec minori successu inter Tanni expugnationem hostile Suecorum agmen sub Landbergii imperio Befortum subegit. Iulius Vitius autem XXV. equitibus stipatus impetũ in Hunningensem munitionem ausus XXII. Cæsarianorum trucidatis, & XIV. inde deductis, eam suæ potestatis fecit, eoq; ipso Brisacensibus navigationis in Rheno usum interclusit, quo etiam tempore Neoburgum ad Rhenum à Rheingravii milite interceptum est. Hoc facto, statim ad Friburgum Brisgojæ viribus itum, quo ipso die suburbium armata manu, cæsis CL. civibus partim agricolis, Suecos aditu prohibere conantibus, superavit Rheingravius. Territi autem hoc successu oppidani, atque pacis conditiones acceptantes, Victorem in urbem admiserunt, arce paulo post etiam per tormentarium impetum ad pactionem compulsa.

Tannum & Befortum ulterius subingant.

Infelici planè Marte hoc tempore visi sunt agere Cæsariani. Eandem enim fortunæ seu Bellonæ potius clementiam in Suevico agro Hornius expertus, cum id unicè conaretur, ut Bernhardi partium suarum Ducis haut impigri ausus quovis modo adjuvant, & ne Cæsarianorum adjunctorumque exercituum vires ipsi soli incumbant, efficeret, duo valida armatorum agmina, quorum alteri summus militũ Legatus Peschiccus, alteri autem Plato Tribunus præerant, Licum versus emittebat à quibus utrisque multum Cæsarianis damni illatum est. Peschiccus enim non solum IV. legiones, quæ Keslero, Cronsfeldio, Luirio & Goningo parebant, & circa Frontum hospitabantur, fudit; sed Luirium etiam, qui

Hornii in Suevia bellici successus.

æquitatum Cæsareo-Bavaricum in Sueviam missum regebat, una cum multis Præfectis & gregariis in captivitatem egit. Plato autem, expugnato furenti ferro Mündelhemio, è CCC. præsidiariis, majori parte Croatis, plerosq; mactavit, reliquos cepit. Hoc elatus successu Hornius, ad VII. idus Martias expugnando Biberaco manus admovit, vineisq; noctis sequentis beneficio inceptis, præfectum loci Strassoldū ad deditionem æquis conditionibus ineundā hortatus est; verum is, se in oppidi propugnatione extrema experturū dixit. Hornio autem rem tormentis postea agere incipiente, animum mutavit, & liberum cum suis abitū pacisci petiit. At cum surdis jam fabulam narrare se cerneret, insolito modo usus cives Lutheranos curiæ & cellæ cuidā inclusit, quibus magnam nitrati pulveris copiam, quo, si per hostes summa vi oppidum expugnari contingeret, et accensa omnes in aërem dissiparentur, subdi curaverat.

Biberacum expugnatum conservatur.

Quo intellecto Hornius, qui alias præsidium Cæsareo-Bavaricum concidere constituerat, incolarum commiseratione ductus, abitum certis cum conditionibus concessit. Ejectis Biberaco Cæsareis, idem Hornius, XIII. Calendas Aprilis, Campidonum victrici manu itidē occupat, præsidiariis partim occisis, partim fuga in arcem elapsis, cujus Præfectus paulo post cum victoribus transigens, secus Aichstadiū discedere jussus est.

Campidonum.

Sequitur hinc Meminga, quam cum VII. Calendas ejusdem mensis obsidione arctissima cingeret, Cronsbergius quidem & Furstenbergius præsidium illud novo supplemento ante hostiū adventū augere sategerant, verum tardius se venisse animadvertentes, in Bavariam retrocedere cogebantur. Ad Memingam interim res tormentis strenuè acta est. Cæsariani quidem, qui MDC armatorum numerū æquabant, sub imperio Gerardi Comitis de Archo, nihil, quod ad propu-

Memminga.

gnatio-

gnationem facere visum est, intermiserunt; verum, Tertio Nonas Aprilis, in exteriores munitiones Sueci irruentes, vi vehementissima eas expugnarunt, CC. plus minus è præsidio deletis. Præfectus casu hoc territus, ulteriores hostium assultus expectare cõsultum haud putans, pacta deditione octo conditionibus absoluta, Nonis Aprilis Fussenam abiit.

Hohenzollerense Castrum.

Hoc eodem, quo Memmingani domiti sunt, die Castrum, etiam Hohenzollerense, postquam ei per annũ fere aditus omnes fuissent interclusi, una cum Comitatu illo in Ducis würtenbergici Iulii potestatẽ venit. Est locus iste natura & arte adeo munitus, ut, nisi fame expugnari eum contingat, insuperabilis omnino videatur. Occupata Meminga Hornius porro Vberlingam oppidũ, quod Acronio adjacet lacui, obsidens, acriter equidem ejus expugnationi instare visus est, cum vero sufficienti annona & recenti milite navibus Lindavia, Constantia & aliis locis finitimis invecto, obsessos subinde recreari, & ita omnem obsessionis laborem effectu suo carere deprehenderet, sub exitum mensis Aprilis, sexcentorum fere suorum jacturam passus, inde castra movit, ac Buchornium propugnaculis includi, ibique ad exerendum Cæsareos Podamici seu Acronii lacus dominio naves extrui curavit.

Straubinga à Bavaricis recuperata.

E contrario Bavarici, post Bernhardi Ducis Ratispona discessum, Straubingam, quã Sueci paulo ante suum fecerant, cum X. armatorum millibus obsidentes, ad XIII. Calendas Aprilis crebris tormento: ũ displosionib' prę sidiarios impetere cœperunt. Præfectus Berghauerus cũ subditis, quorum DCCC. erant, militibus primos quidẽ impetus fortissime exceperant, sed tandẽ cum triduo post magna murorũ ruina decem tormentorum pulsu aperta, & ad irruptionem tentandã Bavaricis sese accingentibus adversus tantum

vim inferiores se cernerent, certis conditionibus deditionem pacti abierunt.

Hoxtera obsessa & expugnata.

Hoc eodem tempore Catholici fœderis seu Ligæ milites Hoxteram westphalicam, cum octo vel novem armatorum millibus, profecti, oppidum illud stricta circumsessione angustare cœperunt. Hinc VI. equitum turmæ Visurgim transierunt, itinera ex ea parte, ne obsessis auxilia submitti possent, interclusuræ. Georgius autem Dux Lunæburgicus de adventu eorum certior redditus, extemplò Kingium militum Præfectum, cum prætoriana legione equestri, & D. equitantibus sclopetariis, eis in occursum Holtzmundam versus amandat. Ad hunc à rusticis hostium D. saltem in citeriori fluminis parte numerari relatum est: verum is statim aliorum narrationibus numero plures esse, eorumque duas legiones Beveræ, quæ neglectis excubiis genio suo indulgerent, subsistere intellexit, Quare Legatum suum Meyerum, ut, si quos offenderet excubitores, conscinderet, post in ipsum pagum facto impetu reliquos etiam adoriretur, mittit.

Prius quidem ex voto successit, cum autem posterius effectui etiam dare decrevisset, tres legiones instructa acie sclopeti ictus intervallo à se distare animadvertit: quoniam igitur longe inferiorem se sciret, tamdiu ibi substitit, donec Kingius cum reliquis copiis adventasset. Videntes eas Ligistiei, reliquis, & quas Beveræ & Holzmundæ adhuc habebant, cohortibus accersitis, Suecis se opposuere; sed turmis quibusdam fuga dilapsis, ad socias tres legiones in valle non procul inde subsistentes retrocedere cogebantur. Ibi cum Sueci pugnam redintegrarent, omnes pariter in fugam acti magna consternatione Visurgim tranando in ulteriorem ripam evaserunt: sed multi undis abrepti periere, non pauci etiam à Suecis mactati fuere, vexillis sex equestribus & impedimentis omnibus amissis.

Victo-

Victoriam autem hanc cruenta Hoxteræ expugnatio,& subsecuta copiarum aliquot Hassiacarum strages amaram valde reddidit. Obsessa enim Nonis Aprilis Hoxtera, Baro Geleenius ignivomas pilas immittendo, vastæque tormentorum tempestate detonando, magna per aliquot dies vehementia usus est. Erant in oppido quatuor militum cohortes, quibus Casparus Krugius imperabat;hi una cum civibus nihil quod ad propugnationem facere visum est, intermisere, multum negotii obsidentibus facessentes,& damnum non modicum in eos importantes. Geleenius quidem pacis conditiones ipsis proscribebat, sed illæ ita erant comparatæ, ut summis viribus,etiam cum vitæ periculo, donec auxilia, de quibus spem sibi certũ fecerunt, advenirent, urbis defensioni incumbendum potius, quam ejusmodi pacta ineunda esse,arbitrarentur. Hinc ergo factum,ut oppidum IV. idus ejusdem, defatigatis labore continuo defensoribus,ultrici ferro à Ligisticis expugnatum, & non solum præsidiarii omnes, verum etiam cives & incolæ plerique, cum duodecim annorum pueris, miserando plane modo contrucidati, ac postmodum more Magdeburgico in Visurgim abjecti, & oppidum à furente milite direptum fuerit.

Hassis damnũ inferunt Geleeniani.

Occupata hoc modo Hoxtera Geleenius Hildesiæ præsidio auxilia ferre constituerat, ast cum Suecos transitus omnes, prætereundum erat, præclusisse jam subolfaceret, mutato consilio Brackeliam abivit. De Ligisticorum conatibus edoctus Melander, Guilielmi Hassiæ Landgravii Locumtenens Generalis,cum copiis,quas tum secum habebat, ad Visurgis confinia quoq; magnis itineribus properavit. Cum igitur in loca Padebornæ contermina pervenisset,Generalem vigilum Præfectum Dalvicum, & Cratzensteinium tribunũ duabus legionibus stipatos Hoxteram versus amandat, ut Ligistici exercitus sta-

tum expiscarentur, atq; in ejus exitium aliquid, possent molirentur. Sed res longe aliter cecidit: copiæ enim istæ pridie iduum Aprilium pertingentes Nehemium, à Ligæ Catholicæ bellatoribus, qui jam antea de Hassiacarum adventu nuncium acceperant, de improviso corona cinguntur, & maximâ partē aut jugulantur, aut capiuntur, equitū vexillis octo amissis, Cratzensteinio etiam cum Dalvico in captivitatem abductis. Melander hoc suorum casu territus cum milite suo summa festinatione Padeborna Lemgojum, & inde Bilefeldiam ac Hervordiam aufugit; Ligistici vero, qui imperiis Vehlenii Baronis suberant, Beckenhemium, disjectis per admota crepitanda portis, expugnarunt, & omnes, quos armis instructos offendebant, morte multarunt, trium cohortium Hassiacarum, quæ præsidio erant, reliquias sub vexilla sua distribuentes.

Liga Catholica militum progressus.

Inde ad Hamium ac Lunam armis prolatis, oppida illa in potestatem agere satagebant, quorum incolæ cum auxiliis destitutos se, nec tantæ vi retundendæ sufficere cernerent, deditionem pacti, victorum potestati se commiserunt, qui ab Hamiensibus XX. à Lunensibus autem X. Imperalium millia, pro ædium villarumque exustione ac direptione numerare sibi postularunt. Inter alia Hamii quatuor tormenta majora, cum aliis aliquot minoribus, duodecim currus cum superimpositis navibus, magna pulveris nitrati & globorum copia, ac XL. Ioachimicorum millia, quos Commissarius quidam Hassiacus collectos ibi, tanquam loco tuto, deposuerat, in Ligisticorum manus venerunt, cum postea etiam Vnnam, Chamium, & alia quædam loca sui arbitrii facerent.

Rerum per Silesiam gestarū status.

Accidit vero interea, ut Scafgotschius, cujus imperio Cæsaris in Silesia copiæ suberant, Olaviæ comprehensus Glotium inde deduceretur: cujus de captivitate, ut Freibergerus, sub Scafgotschio

de

olim

olim militũ Legatus, certior fuerat redditus, Castris Cæsarianorũ desertis, in adversæ partis militiã cum comilitonum M DCCC. transiit, eumq; in fine non solũ Troppaviã, ubi diversabatur, verum etiã Liebschultium & Iagerndorfium præsidiis contra Cæsareos muniit, & viros quosdam primarios, ut hac via Generalẽ suum captivitate liberare posset, custodiæ mancipavit. Hoc animadvertentes Cæsariani, Præfecto Ghetio, Liecbschulzium & Iagerndorfium hostiũ potestati iterũ eripuerunt, illincq; euntes Troppaviam cingere ausi sunt. Freibergerus acriter, & quantum fieri potuit, mascule oppugnationẽ sustinuit, verũ auxiliis destitutus, certis cum conditionibus Cæsareanorũ partibus se iterum associavit, verũ ubi se dedidit, captivus Viennam deductus est.

Hoc composito Oelsa obsidetur, Sueci autem, qui arcem tenebant, advenientem Ghetium fortiter adeo machinarũ ictibus exceperunt, ut desideratis suorum C C. re infecta inde recedere cogeretur. Ghetius, præter spem incolarum, postridie idnum Aprilis, cum IV. armatorum millibus reversus, oppidum quidem expugnat, arcis vero præsidiarios Suecos C L. in deditionem accipit, quos tamen egressos contra pactum in captivitatem adigit, hinc etiam in urbem à militibus expilatam subjectis ignibus sævitum. Irritati hac suorum clade Regii, qui Bregæ subsistebant, Olaviam subito incurrunt, oppidoq; illo noctis beneficio superato, Cæsarianorum LXXX. pecorum instar mactant, novem capiunt, pecorum capita CC. abigunt, Præfectus autem Cæsareus, sæviente hac tempestate cum præsidiariorum accisis ita reliquiis in arcem confugit.

Hoc ipso mense Croatarum cohortes aliquot Prausnitio Aurisium concesserunt, trajectoq; ibi Viadro post mediam noctẽ in Vratislaviensium suburbium, quod D. Nicolai portæ adjacet, & tum quidem duabus Suecorum cohortibus erat

munitum, irrumpentes, cum tres aut quatuor intercepissent, variis in locis ignem ædibus injecerunt, ut inde non exigua pars in cineres redigeretur. Verum hoc impune non tulerunt Croatæ: die enim proxime insequente sub vesperam Sueci magno numero Prausnitium versus concedentes, & circa septimam sequentis diluculi horam V. Croatarum cohortes, quibus Stephanus Petrovitius mandare solebat, de improviso adorti, CC jugularunt, cæteris in fugam se dantibus, ita ut insigni Sueci præda onusti cum ipso Petrovitio Croatarum Præfecto, & captivis pluribus aliis, Vratislaviam reverterentur, ad Aurisium, quod paulo post etiam hostiliter à Suecis tractari cœptũ, eventu votis minus respondente. Oppeliam circiter hoc Ghetius, cum armatorum quinque millibus, invasurus, in montis Viadro vicini vertice duobus, primo statim adventu, dispositis machinis, magna vehementia concutere mœnia, ac sequente nocte vineas urbi admovere cæpit, quod per dies aliquot, Suecis tormentis ad laborem istum impediendum carentibus, acriter adeo continuavit, ut quam proxime ad oppidum accederet.

Inde collocatis per tormentarios aggeres machinis adeo in mœnia sævitum, ut quatuor horarum spatio ruina eorum currus fœno onusti capax latè aperiretur. Suasit hoc Ghetianis oppugnationem, & quidem ea in quinq; locis tentata, verum obsessi virtute propugnandi majores non solum fuerunt, verum etiam CCCC. plus minus prostratos occumbere fecerunt. Reliquiæ Cæsarianæ non in vineas suas se recipiebant, sed disturbatis ordinibus & armis præ metu abjectis, machinis etiam in aggeribus absque præsidio relictis, in montem confugiebant; & nocte subsequente rebus suis convasatis receptui cecinerunt.

Lusatia movetur. Perstrepente ita Vicinia, Septemvir Saxo comportan-

portanda apparatui bellico summè suadsit, instituto; Torgoviæ armilustrio, Camitium versus in Lusatiam moveri militem voluit. Arnhemius ibi è quibusdam partium, Cæsarianorum captivis ab emisso milite adductis, Budissini Præfectum de oppido contra Saxonicos armis defendendo consilium cæpisse, eamq; ob causam fortem militũ manum, qui tormenta octo majora cum minoribus aliis Fridlandio adferrent, emisisse intelligens, duas evestigio legiones, ut redeuntibus insidiarentur, amandavit, quod etiam Saxonicis ex voto successit: incidentes enim in hoc Cæsariani, fuga illico arrepta saluti suę consulentes, hostibus machinas reliquerunt. Crevit ex hoc animus Saxoni; hinc imminente jam Aprilis fenio, Fridericus Guilielmus Saxoniæ Dux Altenburgicus, quatuor equitum legionibus stipatus, ut aditum omnem præsidiariis Budissini præcluderet, ablegatus, quem paulo post Arnhemius Locumtenens Generalis cum numerosa copiarum parte subsequitur. Goltzius Budissino præfectus, quamprimum hostium intelligeret adventum, suburbia injecto igne accendit; sed accidit, ut fæviente ventorum vi universum oppidum à flammis, præter expectationem correptum, miserando spectaculo, in favillas redigeretur, incolarum centenis aliquot lamentabili morte enectis. Arnhemius miseram oppidanorum conditionem cernens, Goltzium, ut ex more militari transigeret, quo vel sic habitatorũ miseriæ mederi facilius posset, admonuit: verum is, quod oblatæ conditiones minus saperent, tractationem de abitu procrastinabat, donec postero die, ipsum Septemvirum cum omni exercitu adesse animadverteret: ibi pejora veritus in præscriptos articulos consensit, instituto sequente die abitu. *Budissinum invaditur, & infortunio potius quam vi expugnatur.*

Ita captum Budissinum; cum Saxo Gorlitio recuperando ulterius vim bellicam intendit. De *Gorlitium deseritur.*

hoc autem nuncium accipiens Gorlitiensis præsidii Ephorus, Princeps Locovitius, civitatem, ut intra quatuor horas VII. Ioachimicorum millia sibi numeraret, coëgit, quo instructus viatico cum præsidio in Silesiam iter promovit.

Hoc ubi innotescebat Saxoniæ Duci, urbi de novo præsidio prospexit, copiis interim ad Reichenbacum subsistentibus, Inde Osternitiũ castris promotis, Cæsarianos è Bohemia Voitlandiæ finibus imminere, cum ex suorum relationibus audiret, Dresdam repetiit, misso in Silesiam cum copiis Arnhemio. Is expedito illuc itinere concedens ipsis Maii Calendis Lampergam pervenit, ubi emissariæ quædã cohortes C. equitibus Cæsarianis obviam factæ, omnes, præter sex, neci dederunt.

Prælium ad Lignitium committitur.

Accepto itaque de Saxonici exercitus adventu nuncio, Cæsariani Haina Lignitium abierunt, quorum vestigia Arnhemius citato pede legebat. Tandem ad Goldbergam universo congregato exercitu, precibus pro tentandis successibus ad Deum fusis, Ducibusque ac militibus, ut intrepide hostes adorirentur, commonitis. Lignitium movit, ubi Cæsarianos instructa acie & tormentis æquo loco dispositis expectare se deprehendit. Quamvis autem loca ad quosvis insultus excipiendos opportuna admodum occupasse eos cerneret, & tamen rerum status ita postularet, in proposito persistens, prælium ineundum statuit. Eum in finem structis ordinibus pugnæ cupidum Cæsarianis se ostendit, qui interea rem tormentis agere incipientes, acriter cum adventantibus congressi sunt, his vim æquo occumbentium utrimque militum numero retundentibus. Cum igitur periculum esset, ne territi crebris Saxonici velitationibus in fugam se effunderent, data, DEVS NOSTRVM ADIVTORIVM, tessera, magno in Cæsarianos animo Arnhemius procurrit. Antipiti itaque,

ut

ut fieri plerumque patenti in campo solet, per trium horarum spacium fortuna pugnatur, quo exacto, Saxonici tandem, fusis fugatisque Cæsarianorum signis, memorabili ad invidiam victoria potiuntur. Inter cepta sunt peditum vexilla triginta sex, equitum viginti septem, novem tormenta majora, duæ pyrobolares machinæ aliusque apparatus bellicus. Cæsare militia Cæsariana milites circiter ter mille, capti supra mille quadringenti, cum Saxonicorum numerus, qui occubuerant quidem, quadringentos, sauciatorum vero ducentos non excessisse crederentur.

Arnhemii in Silesia successus. Devictis ad Lignitium prælio Cæsareis, Arnhemius Vratislaviæ Viadrum transiens, cum parte exercitus ad Stenaviense munimentum proficiscebatur: cujus explorata machinatione, Cæsariani tempestive inde secesserunt. Hinc Arnhemius ponte fluminis ibi instrato reparato, illud superavit, indeque progressus, obsidioni se Glogovii majoris accinxit. Hujus præsidii licet, conservandi oppidi causa, nihil non tentare viderentur, viribus tamen jam fracti, ad IIX. idus Iunii deditionis necessitate imposita, vexillis X. Arnhemio traditis, tormentis item & apparatu bellico, supellectilique è pugna antedicta Lignitiensi eo deportata relicta, abierunt. Capiuntur interim ad reliqua Septemviralis exercitus parte Namclavia, Oelsa & Bernstadium; Wartenbergense autem Castrum armata manu expugnatur, Cæsarianorum M D. profligatis.

Baneri ad Viadrum. Ad eundem fluvium Banerus archistrategus & Campi-Marescallus vires suas Francofurto recuperando objecit, cujus primum impetũ etsi vehementẽ præsidiarii Cæsaris fortissime sustinuerunt: sed cũ Baneriani nihilominus fossas & Vineas ducendo alacriter pergerent, exigui tẽporis

decur-

decursu prope adeo ad mœnia accesserunt, ut Sarissis obsessos contingere potuerint. Ad XII. Calendas Iunii tormenta in oppidum vasta tempestate detonabant, multumque Cæsarianis exinde incommodi datum, Gubensis ac Lebusiensis portarum turribus, unde haut parum negotii obsessi Suecis facesserant, maximam partem dejectis. Divisi propterea viribus suis Cæsariani, de ditione cum hostibus agere cœperunt, pactisq; duodecim articulis, licet ipsis minus arridentibus, oppidum victoribus cessit. Obsessa etiam, Banero cum plerisq; copiis Gloggovium, ut suas cum Saxonicis vires jungeret, concedente, Crossena, cujus præsidiarii, quod difficilem sua pertinacia obsidionem fecerant, ut decorticatis modo bacillis dimitterentur, vix obtinuerunt, quo eodē tempore, excusso à Cæsareanis, post Lignitiensem conflictum. Reichenbaco, totum ille, qui Lignitium Glotiumque interjacet, tractum gravissima belli calamitas afflixit.

Ratisponæ recuperatio tentatur.

Cæsarem interea Bavarumque Ratisponæ amissio haud leviter pungere videbatur; ejus itaque recuperandæ causa, cum post wallensteinii complicumque necem, militi Cæsariano satisfactum aliquomodo esset, instituto ad Pelsinam lustrio, Serenissimus Hungariæ Rex Ferdinandus copias eduxit, cum Bavariæ Duce se conjuncturus, ac communibus ita viribus Ratisponam corona obsidionali cincturus. Hoc resciscens Kagius, præsidii apud Ratisponenses Suecici Inspector, & summus in exercitu Ducis Bernhardi vigilum Præfectus, fossas & munitiones, ad hostium impetus sustinendos, indefesso & diurno & labore extruendo, coaptandoque, ac alia quævis in justum ordinē redigendo, nihil, quod propugnationi commodaturum videbat, omisit. Idibus Maji, Cæsarianorum præmissæ copiæ oppidanis se conspiciendas dederunt, cum simul sub primam noctis illis horam, Cæsareis in inferiorem

...o prima...

riorem urbi in Danubio adjacentem Insulam impetū facientibus, & moletrinam igne exurere quærentibus, ab oppidanis tamen prohibitis, tumultus non levis exoriretur. Die sequente, missis à Kegio, qui montis, munimento ad Danubium ponti objecto, contermin: usum conservarent, XXX equitibus & XXV. sclopetariis, Cæsarianorum CCC. Regum superantes, loci commoditatem his eripere summa quidem vi, sed inutili successu, tentarunt.

Cognoscens interim Bernhardus Dux Vinariensis Saxo, Cæsarianos Bavaricorum adminiculo fultos de recipienda Ratispona consili... agitare, contractis statim copiis suis Kelhemium, Bavaricos in citeriore ad huc Danubii parte subsistentes oppressurus, concessit: at de conatibus hisce tempestive edocti illi, superato, quem ad Donastauffam Danubio instraverant, ponte, in ulteriorem ripam se conjecere, cum exinde omnis Suecorum impetus in Hungarorum, Croatorum, sclopetariorumq; equitum agmina, quæ in citeriori urbis confinio manserunt, recideret, unde etiam fusa & profligatá sunt, capto Blescovitio Præfecto, aliisq; officialibus, & CCCC. per campos è gregaris ferro deletis. Altius jam spirare visus Dux Bernhardus, ad XI. Calendas Junii cum exercitu pontē Ratisponensem transiens, in præmissas Cæsariani Bavaricique instructa acie advenientis exercitus copias facto impetu non paucas neci dedit: sed cæteri nihilominus montis proximi fastigia occuparunt, & ordinatis ibi majoris tormenti machinis, urbem & Castellum ponti Danubiano objectum fulmine s ictibus quatere laborarunt. Cum igitur de depellendis inde Cæsarianis consilia captando, operam ludere Dux cerneret, valido, & quod videbatur, sufficienti imposito urbi præsidio, cum copiis sibi adhærentibus, ne multitudine militum oppidanis annona decurtaretur, in Nordgo-

jam

jam proficiscebatur suis nimirum viribus Hornii, ad urbem comodius sublevandã additurus.

Tormentis & milite, verum inutiliter, oppugnatur.

Duce jam digresso, in ipso Pentecostes festo Cæsarianorũ tormentæ horribili reboatu in urbem per integrum diem d splodebantur, nec tamen commodam tentandæ irruptioni ruinam facere poterant. Et licet, inclinante jam sole, Cæsariani urbem summa vi oppugnarent, res tamen successu suo caruit, obsessis tanta adeo animi fortitudine oppugnatores excipientibus, ut non pauci eorum cum sanguine vitam amitterent, quo in certamine ex aliis Comes Turrensis insignem demonstratæ virtutis apud hostes laudem reportasse perhibetur. Non autem ita Cæsarianos strages illa terruit, quin paulo post munimentum ponti adstructum gemino iterum assultu & quidem vehementissimo expugnare tentarent, sed ab oppidanis pari, qua antea, virtute repulsi laterem lavere. Ab obsidionis hujus tempore à Suecorum partibus vix duodecim occubuere, quod dispendium refundi quidem facile potuisset, nisi Corvillius quoq; Generalis vigilum Præfectus, cum Dux Bernhardus cum exercitu adhuc adesset, dejecto quodam ex tormentorum ictibus lapide, contritus interiisset.

Animadvertens itaq; jam Ferdinandus Rex, lentã hanc, nisi majoribus impetatus viribus, Ratisponæ obsidionẽ fore; copias suas in ulteriore, Bavarus autem in citeriore Danubii ripa suæ dispositas voluerunt, castris utrimq; ita comunitis circumvallatisque, ut Suecis urbi sublevandæ accessum omnem præclusum, nemo non rerum militarium gnarus facile videret. Ab utraq; urbis parte C. & amplius tormenta majora comodis locis erant disposita, quorum pulsu ferè indesinente mœnia feriebantur, & inde obsessis incomodi multum dabatur, qui tamen Cæsarianis Bavaricisque, & erumpendo & machinas suos invicem exonerando, haud leviter incõmodabant.

Hun-

Hungariæ Rex interim de Kelhemio, quod cōmodum Suecis Ratiſponam ſublevaturis tranſitum præbere neminem latebat, minus ſufficienti ad ſuſtinendam obſidionem aňona inſtructo, certior factus, haūd mora ſexies mille armatos eo deſtinat, qui oppidū illud Corona cingentes, Roſam Præfectum Suecicum, poſtquam per biduum obſidentium furorem ſuſtinuiſſet, & jam murorum ruinam ad faciendam irruptionē ſatis amplam vidiſſet, ad deditionē compulerunt. Hoc expedito negotio, Rex ſub Iunii exitum ſuperiorem in Danubio Ratiſponenſium inſulam, & munimentum ponti adjacens extremis voluit oppugnari viribus, qui impetus tantum potuit, ut obſeſſi in illis propugnatores, etſi officiis non deerant, viribus tandem enervati, poſtquam utrimq; non pauci cecidiſſent, in urbem inde per pontem aufugere cogerentur.

Kelhemium Suecis extortum.

Cum ergo obſeſſi ingentem Cæſarianorum Bavaricorumq; vim magna aliquandiu fortitudine ſuſtinuiſſent, tandem quod capaciſſimam dejectorum mœnium ruinam cuniculos etiam effoſſos cernerent, ſe autem nitrati pulveris defectu laborare ſcirent, nec de auxiliis Suecorum quicquam cognoſcere certi poſſent, menſe Iulio in deditionem conſenſerunt, tolerabilibus adeo conditionibus conceſſam, & innatam inde Regi tanto clementiam colligere facile liceret.

Ratiſpona conditionibus expugnata.

Durante ad Ratiſponam obſidio, Iohannes de Verda militum in exercitu Bavarico Præfectus, cum DCCC. Croatarū, Hungarorū & Germanorū equitū ſignis Hilpolſtenium, Heideccam verſus, imo in Noribergenſium viciniam excurrens, locis illis Oetingam Drenlingiamq; diripiendo, equorum aliorumque pecorum bis mille capita abigendo, & CCC. expletos farina ſaccos auferendo, multum attraxit damni, & inde, poſtquam Wültzburgo de annona proſpexerat, Ingolſtadium petiit. Inter alia vero in Daubenhemium,

Daubus(.) hemi imod

hemium, Pappenheimiani præsidii Rectorem, LX. currus commeatu onustos, qui è Franconiæ viribus advecti fuerant, secum habentem incidens, eam cum omnibus captivam fecit.

Dum igitur eum equitatu suo tali modo divagatur Iohannes de Verda, Forchemio à Bernhardo Saxoniæ Duce obsidione prius incluso, Hornius XIV. armatorum millium exercitu instructus, in Bavariam movet, & Aicham corona cingit, illudque oppidum in deditionem compellit. In Rainæ etiam confinio tum temporis inter Cæsarianos & Suecos velitariis quidem pugnis decertatum: advolante autem Iohanne de Verda cum numerosis copiis, Hornius Fridbergam secessit, cum prius munitiones circa Aicham extructas solo æquasset. At vero postquam contra pacta conventa Præfectum Bavaricum oppidum, Suecis inde digressis, occupasse iterum intelligeret, ad IIX. Calendas Iulii eo cum copiis movet. & oppido summa vi expugnato, civium & militum plerosq; trucidat, Præfectum autem, quod calamitatis hujus author extaret, suspendio mulctat.

Bernhardus & Hornius vires coniungunt. Bernhardus Saxo & Hornius paulo post vires suas, ad sublevandam Ratisponam, in Augustæ Vindelicorum territorio, XXIV. millium armatorum exercitum constituentes, junxere, indeq; in Bavariam moventes Dachaviam, Frisingam & Mosbacum deditione subjecere. Sed cum ad Landshutum obsidendum se converterent, armis potius quam pactis, quod præsidium paulo ante tribus sclopetariorum equitum legionibus adauctum esset, & Altringerus majore Cæsariani & Bavarici equitatus parte, tormenti jactus spacio, ultra Isaram fluvium conspiciendum se præberet, rem gerere incolæ constituerunt.

Landshutum vi capiunt. Hinc IV. idus Iulii, mœnibus ruina patefactis, oppidum & arcem facto agmine irrumpentes Suecì expugnarunt, & præsidiarios majorem par-

partem jugularunt, cæteris per pontem fuga se-se proripientibus, ubi etiam Altringerus, cum Isarum tranare satageret, tormentario ictu prostratus occubuisse dicitur. Durante obsidione in mœnium ruinæ aditũ incolæ & milites magnum straminis, fœni & id genus aliorum cumulum congesserant, & subito igne accenderunt, irrumpentes Suecos hoc modo ignis ęstu prohibituri, sed flammis inde in ædes delatis, incendium ita excrevit, ut dimidia fere oppidi pars una cum arce in cineres redigeretur. Memorabilis equidem, Suecis non modo insignem annonæ, cujus penuria laborabant, copiam intercipientibus, verum etiam commodum machinationibus suis Isaræ transitum obtinentibus, victoria hæc fuit: sed cum ulterius obsessis Ratisponensibus in auxilium progredi constituerent, triste de Ratispona dedita nuncium ferebatur: quo apud animũ consternati Bernhardus Dux & Hornius, cum omni exercitu ex agro Bavarico moverunt, & hic quidem in Sueviam profectus est, alter vero Danubium trajecit, cum paulo post Rheinfeldianum quoque munimentum, quod, Ioannes Philippus Rheingravius arcta aliquandiu clausum obsidione tenuerat, pulveris tormentarii inopia laborans, dederetur.

Altringerus globo petitus occiditur.

Rheinfeldia Suecis deditur.

Saxo interea Elector suas ad obsidendam Sittaviam vires convertens, postero statim die, extructis per noctem aggeribus, vi tormentaria exterioribus oppidanorum munitionibus valide ita assultavit, ut easdem magna ex parte ruinis patere faceret, Wangenheimio militum tribuno Saxonico delato ex oppido tormenti ictu, cum aliis quibusdam non infimi nominis viris, prostratis. Cum vero etiam Staupitius, rei tormentariæ Præfectus, lethali vulnere sauciaretur, alia expugnandi ratione inita, Wolfersdorffio, Bunavio, Christophoro Vitzthumio, Arnhemio & Pfortio Tribunis militum in mandatis dedit,

Sittaviam Saxonici armata manu expugnant.

ut

ut nocte subsequente exteriores munitiones cū suis quisque legionibus oppugnarent, quod illi prospero successu, cum signum, ingruentibus noctis tenebris, daretur, effecerunt. Facto namq; in munitiones illas impetu, præsidiarii nihil tale metuentes, inde profligabant, hinc ad oppidi quoq; mœnia Saxonici properantes, facili negotio eos superarunt, atq; hac via & ratione armata in urbem manu irruperunt, obviis quibusque præsidiariorum deletis. Qui periculum effugerant milites DC. ad Saxonum partes postea transierunt, oppidum vero ipsum à duodecima noctis hora ad quintam usq; matutinam dieptionibus victorum patuit.

Baneri cum exercitu in Bohemiam motus.

Saxonicis Sittaviæ vexilla sua admoventibus, Banerus cum copiis suis è Silesia in Bohemiam iter emetiens in Greiffenbergæ finibus mille trecentos Croatos & Cosaccos, qui oppidum illud, explorato hostium adventu, injecto igne accenderant, dissipavit, & Fridlandium cepit. Habita dein cum Saxoniæ Electore de rebus gerendis deliberatione, & inito de Bohemia conjunctis viribus invadenda consilio, Lytomericum versus castra promovit. Fiunt ibi Cæsariani cum novem legionibus Suecis obviam; sed velitariis pugnis à cohortibus quibusdam impetiti, cum omnem exercitum adventare cernerent, defecto Lytomerico, & ponte ibi destructo, in ulteriorem ripam fuga evaserunt.

Cum igitur in reparando ponte temporis aliquid insumere necessum esset, Metricum versus Banerus concessit, & ad septimum idus Iulii Cæsarianos ad Raudnitium tormentis profligavit, ita ut Melnico quoque deserto, navibus in alteram fluvii partem præsidiarii aufugerent. Hoc facto, confestim Sueci pontem fluvio injiciunt, eoque postea superato, uterque exercitus in albi montis radicibus ad Pragam considunt. Cæsariani quidem juxta Monasterium An. M. DC. XX. ob-

ob partam ibi victoriam à Cæsare Ferdinando beatissimæ memoriæ, extructam, pugnandi copiam facturi videbantur, ubi vero hostes ad præliandum prodirent, in munimentum quoddam montis D. Laurentii concesserunt, unde expellere eos iterum Sueci & Saxones summo conatu allaborabant, sed ob loci situm Cæsareis commodum inutili successu. Saxonici itaque Praga digressi Melniccensem, Sueci autem Lytomericensem tractum legere, Satzio oppido armata manu expugnato.

Nec minus Saxonici equitatus Major Generalis, Fridericus Saxo-Altenburgicus, postquam tormenta aliquot Limburgo, loco gemino muro duplicique fossa munito admovisset, Præfecto illius colloquiũ non admittente, iteratis ictibus urbẽ infestari voluit. Toti erant in propugnanda urbe Limpurgenses præsidiarii, Saxis & malleolis ingentem è muris cladem oppugnantibus inferentes, quibus tamen parum movere; sed urbe vi capta, quisquis in armis obvius erat, trucidabatur. Multi ad præterlabentem amnem confugerant, tentatis autẽ frustra vadis, miserè perierunt. Ablata sunt equopeditum signa quatuor, multique captivi, inter quos vigilum quidam Præfectus, numerati.

Limburgum Bohemiæ oppidum ut supe- ratum.

Adhæc superata Ratispona, pactisque conditionibus, quarũ ad terrorẽ obsessi sese dedidere. Cæsarianus exercit⁹, cui juncti erant Bavarici, Donawerdã itinera instituit, captoque, his necdũ emẽsis, pridie Nonas Augusti, oppidulo Vendlingo, monteque Nolano (quẽ Schellenberg alias appellant) eo quod præsidio vacuus erat, in potestatẽ acto, tormentis inde Donaverdam infestare cœpit. Termo tunc Legatus seu Locumtenens civitati præerat, qui etsi, nulla virtute omissa, strenue admodum se defenderet, & vero de auxiliis sibi venturis spes nulla esset, vi magis magisque,

Donaverda à Cæsarianis recepta.

gisque aucta, paucis post diebus pacisci & cum præsidiariorum reliquiis urbem dedere coactus est. Hinc ulterius Iohannes de Verda Anspacum cum parte copiarum transiens, civitatem illam coëgit, ut tres militum cohortes admitteret, imperatam pecuniæ summam numeraret. Illinc vero progressus, cum VII. legionibus in Franconiæ agrum excurrit, & postquam, rebus ita constitutis, accolarum trepidare animos cognovisset, ne occasionẽ negligeret, oppidorum quorundam expugnationem tentavit. Igitur ad IV. idus prædicti mensis Rotenburgum ad Tubarim movens, deditionem quamprimum imperavit, quæ nisi extemplo fieret, ferro & flammis urbem se deleturum comminabatur.

Verum nihil his mota Civitas, cum pridie ejus diei centũ & triginta militibus Suecicis præsidiũ firmasset, unanimi consensu, ad ultimum usque vitæ halitum urbem se propugnaturam, dixit, atque ut serio rem agi ostenderet opere, circiter septimam sequentis diei horam, cum selectis aliquot in auxilium militũ agricolis, quorum DC. tunc in urbe vivebant, vehementer erupit. Cæsi sunt à parte Bavaricorum nõn pauci, plures capti, & abacta pecorum capita CL. recepta, quæ erumpentes, nemine ex suis desiderato, in urbem egerunt.

Hoc rerum excursu Forchemianus miles aliquoties erupit, & quos ante obsessionem tributarios habuerat pagos, ob non solutam interea contributionem, omnes igne succendit, ut exiguo tempore diversis in locis CCCCXII. ædificia flammis exurerentur. Ad Danubii interim fluenta armis omnia perstrepebant, dum Gundelfingam, Lavinga, Heydecca, Guallershusium & quæ his adjacent oppidula, in Cæsarianorum potestatem venerunt, & omnis circa Wültzburgum tractus contributionem promittere coactus est, id quod omnia circumtrepidare fecit.

Nun

Nunc itaque domitis victrici ferro Ratispona & Donaverda, aliisque Danubiani tractus urbibus, cum Ferdinandus Hungariæ Rex (quem Augustissimus ipsius Parens summum militiæ Cæsarianæ Imperatorem solenni eoque publico diplomate & constituerat & confirmarat) contractis sui Bavaricique exercitus copiis in Würtenbergiam movere cœpisset, ut Nordlingam, urbem suo proposito non parum profuturam, armis caperet, eaque capta iter ulterius instituere sicque alios, quos ibi locorum novisset, occludere transitus posset; idq; ad hostium aures perlatum esset, collectis circum copiis omnibus aliquot millium hominum coegêre exercitum, ut eodem urbi obsidione arctissima cinctæ subvenirent, eamque Cæsarianorum manibus jam expositam eriperent, metantem in eam rem circa Bopfingam castra sua, ex quibus obsidentes multum hinc impeditos, nō parum infestabant, levibus quotidie, varia utrinque fortuna, commissis invicem præliis.

Nordlinga obsessa & quam in agro illo Cæsariani Suecis dedere, cladis cruenta narratio.

Verum ubi desideratę hactenus Copiæ Italicæ, sexies mille & quingentis peditibus, equitibus vero mille quingentis constantes, (quas eminentissimus illustrissimusque Princeps, Cardinalis, Infans Hispaniarum, Ferdinandus, per Mediolanensium agros hinc inde superiori tempore collectas, jam vero in auxilium missas adduxerat) Cæsareanorum ad Nordlingam dispositis se castris infudere, quam primum post earum adventum pyrobolorum immissionibus, tormentorumque æneorum displosionibus acerrime urgeri obsidio cœpit, & adeo quidem, ut, quin ea paucarum interventu horarum se deditura sit, Cæsariani minime dubitarent. Hinc factum, ut obsessi Ducem Bernhardus litteris invisere coguntur, quibus, aut obsidione per eundem eximerentur, aut obsessam pressamque misere civitatem cum Cæsarianis pacisci necessum habere,

Aa peti-

petitum est. Sequente igitur die, de Nordlinge
sium hoc sat gravi petito & urgenti in Suecoru
castris bellicæ deliberationes expediri cæperu
ubi Bernhardo duci &c. Hornio minime consi
tum visum hostium in conspectum se dare, a
temere adeo commune Protestantium Evang
licorum bonum fortunæ committere, sed, don
Otto Ludovicus Rheingravius cum cohortib
suis adesset, urbis obsessæ liberationem differr
commodum & è re fore statuebant. Inter ha
Major Generalis Lars Kagius, vir bello exercit
tissimus, qui in obsidione Ratisponensi obse
strenuam admodũ navarat operã, plurima ob
cum à d cto Duce Bernhardo, tum suæ natior
hominibus ipsisq; Ratisponensibus, laude cu
latus, & Cratzius, ille à Cæsare profugus junc
aliquo Durlacensium rusticorum delectu, in h
ipsas partes advenerunt, quibus cum Succor
junctis agminibus, ultima tandẽ, urbis libera
desiderio, uno eodemq; impetu in hostium
stra irruendi, ac quamvis optime munitis Ca
rianos ejiciendi, ratio inita.

Contractis itaque, ad septimam Calendas
ptembris, (quo ipso die diversi confl ctus vel
rii, inter palantes Croatas & Suecorũ emissa
cohortes, non sine utriusq; partis notabili s
nuitate habebantur) in unum agmen omni
omnium exercituum Suecicorum ac faventiũ
gnis, iisq; Cratzianis, Durlacensibus, & w
bergicis: eo vespere in valle Hoppingana quã
midium forte milliare à castris Cæsareis dist
minabat, statum est, quo in loco uterque exer
tus, per omnem noctem instructa acie vigiles
rant, cum Sueci quævis pretiosioris supellect
impedimenta retro mitterent.

Sub initium proximi diluculi, intra fere qu
tam & sextã matutinis temporis horas, post h
tas per Suecorum castra preces omnis ille mil
ut prælio ineundo accinctus pro patriæ liber

infractis viribus pugnaret, adeoq; pro pace qua Ecclesiastica, qua politica mortem fortiter oppetere non vereretur, commonefiebat, quo facto, non sine omnium spiritu & nisu maximo, ad oppugnanda Cæsarea castra proditum: quorũ parte spe citius vi superata, propugnantiũ inde signa aliquot cum peditum, tum equitum oppugnantes sua fecerunt, inventis quoq; inibi & majoribus & minoribus tormentis, quod non parum animos militum erexisse visum est. Re prima vice feliciter adeo gesta, cum Sueci ulterius progredi niterentur, Cæsariani stratagemate hostes aggrediendos rati, pleraque, quæ per munitionum suarũ aggeres disposita habebant, tormenta omnivarii generis grandine implevere, eademq; in futuram hostium perniciem, quantum occasio permittebat, occultare.

Cum autem Sueci stratagematis ignari, in Cæsarianos tanquam furiis acti ruerent, hi ad easdem, quas occultaverant, machinas conversi, singulas in hostem, quantumvis acerrimè instantem, uno impetu disploserunt, tantumq; ipsi damni dederunt, ut visis, quas per Suecorum aciei ordines fecerant, viis, nemo nõ horresceret. Vinci tamen aliquo modo hæc dolendo potuisset miserabilis jactura, nisi mox priori majus fuisset insecutum infortunium.

Cum n. Suecicis quibusdã legionibus, in primariũ quoddam Cæsarianorum munimentũ (sub quo cuniculi ingenti pulvere oppleti occulte hærebant) ut irruerent, in mandatis datũ, eademq; post horarũ aliquot oppugnationem fortiter expugnato, ejus propugnandi gratia, intro pedem posuissent, ecce, qui modo ut victores terrã occuparunt, momento citius in aëra rapti, fœdoq; & horribili modo lacerati visi fuerunt victi: cujus rei tristissimum spectaculum cum cæteris ingentem horrorẽ incussisset, omnium omnis Suecorum aciei ordinum dissolutio ac confusio orta

est, priorique ad pugnandum fervore penitus extincto, fuga, qua quisq; potuit, trepidus sibi consuluit.

Hoc autem animadvertens Cæsariani exercitus pars, cujus non procul aberant ordines, nec ad pugnam jam prope confectam arma expediverant, citatis, equis Suecos fuga dilabentes insecuta est, ex quibus Teodatiani ac Isolanii Croatæ, quocunque volantibus Pegasis assequi potuerunt, auribus ad quasvis vitam exorantium preces exclusis, cæsim punctimque mactarunt. Diripiuntur interea Suecorum impedimenta, quæ situs minus bis mille omnis generis curribus constabant; quibus accedebat bellicarum, cum majorum tum minorum machinarum omnium amissio, & inter Würtenbergicos admistosque alios ruris accolas edita quatuor millium amplius strages. Et licet sub pugnæ initium Cæsarianis non parceretur, sed multi cum superiores tum inferiores officiales partim trucidarentur, partim sauciarentur: attamen fere nullum hoc damnum videri poterit, si cum clade Suecis illata conferre velis.

Præter Bernhardum Ducem, qui fuga elabebatur, Gustavus Hornius, notissimæ virtutis miles, & Campi in exercitu Suecico Marescallus, Cratzius quoque, Martis ille Cæsarei haud pridē desertor, & diversarum præterea legionum tribuni vivi in potestatem victorum venere. Plures vero, inter quos Marchio quidam Fridericus nomine, vitam cum sanguine in harena emiserunt, cum Cæsarianorum non amplius mille quingenti, post pugnam desiderarentur cui numero exaliis minorum gentium Præfectis, Ducem Aldobrandinum, Iunioremque Piccolominium, & San-Martinium adjunges. Suecorum rusticorumq; ad decem millia creduntur occisa: omnis enim exercitus Suecici peditatus adeo est dissipatus, ut præterquam per ferarum lustra sese oc-

cul-

cultantibus, paucis evadere, sed aut mactari, aut capi, aut Cæsari militare contigerit. Clades hæc ubi Nordlingensium aures personuit, haud amplius pertinaciter cunctandum rati, victorum sese arbitrio permiserunt.

Reconciliatis itaq; Cæsari Nordlingensibus, habitisque Deo pro tanta hac maxima victoria Regis Victoris jussu, per universa castra gratiarum actionibus, omnis exercitus (urbi præfecto Heidelhovero militum tribuno) in tres partes divisus est. Rex cum potiori copiarum parte Ducatui Würtenbergico signa intulit: Manus Italica sub Carolo Lotharingiæ Duce in Alsatiam: Cohortes vero Bavaricæ in Franconiam descenderunt, quarum pars, ut Augustam Vindelicorum occuparet, ibi locorum consedit, quam urbem cum pluribus aliis quantum fame conflictari fecerit, intra sub Martium anni sequentis audiemus. Perlata hæc in Cæsaris aulam insignis, si quæ alias, victoria, universam eam lætitia perstrepere fecit. Magnum ibi celebrari triumphum vidisses: Hymnus SS. Ambrosii & Augustini, suavissimo Symphoniacorum concentui consonantibus tympanis æneis & buccinis, decantatus; cultus etiam Divinus peractus, cui Cæsar ipse cum universa familia aulica interfuit; Quæ dum fiebant, magna præsidiariorum pars sclopetorum ternaria explosione festũ hoc triumphale consalutarunt, parato interim in Auratorum Equitum conclavi prandio imperatorio regno.

Verum non aulam modo Cæsaris, sed totam quoque civitatem & templa ejus principalliora, Cathedrale, SS. Stephani, Michaelis, Scoti, B.V. Mariæ, PP. Iesuitarum Dominicanorum, Franciscanorum, Minoritarumq; hæc lætitia pervasit, omnibus omnium civitatis munimentorum displosis machinis, id quod etiam in Hungariæ ac Croatiæ finibus, factum proque Cæsorum in a-

cie militum Cæsarianorum salute non semel sacrificatum.

Post ex antlatam in Nordlingensium agris cladem confusæ Suecorum copiæ ad Francorum vada collectæ sunt, quarum delectus ante patibulariam ibi portam ad molam alatam habebantur numerato adhuc, præter paucissimos pedites, septem vel octo millium accisorum equitatu. Mali autem plurimum hoc ipso civitati Francofurtensi attractum, nec quisquam civium ante portas in patentem campum prodire ausus est, spoliantium furore deterritus. Cui & hoc accessit, quod Civitas magnam pecuniæ vim cogere juberetur, cui non spernendi numeri summam Mercatores addiderant, ut rebellantium militum animus vel hoc modo pacificaretur.

Hildesiana obsidionis conditio & status.

Hildesiæ obsidione per anni fere spatium à Suecis quoq; continuata, Ligæ Catholicæ milites in eo toti jam erant, ut obsessos, qui jam, ob exantlata diuturnę obsidionis incommoda, agonizare fere videbantur, vel sublevarent, vel Suecorum ibi hærentium castra disjicerent, vel, si aliter fieri nequiret, præsidiarios inde deducerent. Hunc in finem, VII. idus Iulii sub Caroli, Friderici Gualdecceri & Scellhameri Præfectorum imperiis, IV. armatorũ millia educunt, quibus quatuor tormentis æneis instructis, Neostadii Leinam trajicientes per molетrinæ cujusdam exustionem sui obsessis adventus indicium dedere. Sueci jã ante de hac impressione certiores redditi, cum vires eorum expiscari non possent, Ericus Andersonius Sachsenstadium cum exercitu concessit, ubi Ligistici in valle quadam objecta, sclopeti ictus intervallo distante structis ordinibus conspiciendas se præbuerunt, observata igitur vicini cujusdam montis comoditate, sua ibi torméta Sueci disponunt, & crebris inde jactibus hostilem equitatum per tres horas lacessunt nullo tormentorũ jactu ab ipsis emisso nec propius

ali-

aliquando accedere ausis. Hoc animadverso duæ Suecorum equitũ legiones in ipsos movent, quas illi tanto impetu excipiunt, ut uno quasi momento devoraturi omnes viderentur.

Sed cum Suecorum exercitus præmissas copias illico sequeretur, & magno animo in ipsas irrueret, fuga saluti suæ consulturi in duos pagos aufugiunt, quorum è priore, quem antea injecto quatuor locis igne accenderant, expulsi, in altero cum templi cæmiterium occuparunt, verum à supervenientibus hostibus corona cincti, pedites omnes aut occisi aut capti. Ex equitatu, etiam quamvis tempestive fugam arripiente, cum Sueci acriter eos insequerentur, admistiq; agricolæ officia strenuè facerent, pauci evaserunt. Ita à Suecis omnia dev ctorum supellectilia, pulvis instratus, quatuor tormenta ænea, tredecim vexilla equestria intercepta fuere, quadringentis, inter quos tres Legati, duo vigilum Præfecti, & alii officiarii erant, captivis factis. Dum h.c duraret conflictus, Hildesiensis præsidii Magister facta eruptione deserta Suecorum castra ignibus accendit, & munitiones quasdam, pro temporis angustia, solo exæquavit. Sed Sueci sex horarum spacio vix elapso redierunt, obsidionem continuaturi.

Terruit hoc obsessos, & cum ex immissis ea de causa captivis pugnæ exitum intelligerent, ulteriorem oppidi propugnationem desperantes in deditionis leges abierunt. Imposito igitur Hildesiæ necessario præsidio, Dux Lunæburgicus Bückenburgum movit, Cæsarianosq; qui paulo ante locũ hunc st.atagemate eperant, occupato statim, oppido postquam aqua usum ipsis eripuisset ad arcis quoq; deditionem compulit cum interea Succ Mindam obsidione tentarent. *Expugnatio.*

Facil or via Cæsar ani Herbipolim & Suinfurtum opp da sui ite ũ potestatis fecere. Sueci quos Herbipolenses præsidio alebant. cum de Cæsaria- *Herb'polim Cæsar ani sui iterũ sur-*

norum forti in se tentanda impressione certiores redditi essent, nec eorum se præsentiæ committere tutum arbitrarentur, loco non ita firmo diffisi, pars in arcem se collegerunt, pars winshemium festinarunt: quibus ita fuga elapsis, Cæsariani vi in urbem perruperunt. Arci etiam sub initium sequentis anni, de quo infra, deditionis necessitas imposita est & S. infurtum. Eodem fere modo & Suinfurti res gesta Hujus præsidiarii quoniam frangendis Cæsarianorum viribus insufficientes se agnoscebant, sponte se dediderunt. Hinc factum, ut loci Præfecto liber cum sarcinis & impedimentis discessus permitteretur, signa vero, quod plerique militum ad partes Cæsaris transiissent, omnia retinerentur.

Heidelbergensium suburb. o Cæsariani o. bsita insultans.

In Francon ia dum hæc geruntur, Cæsarianus sub Iohanne de Verda miles, VI. idus Novembris summo mane in Heidelbergense suburbium perrupit, & cum equitatus pariter ad Nicrum intromissus esset, subitus in urbe tumultus excitatus, & malleoli hinc inde per plateas accensi sunt. Loci Præfectus cum rem serio agi cerneret, convocatis primoribus Civitatis, fidem ac constantiam eorum tentavit: de qua ubi certus, ad arma conclamari jussit, fulminantibus inter ea ex turribus sclopetis majorib⁹, machinisq; ex arce in suburbium ita sævientibus, ut in publicum prodire, nisi cum periculo, nemo auderet. Erant tormenta Cæsarianorum in suburbii arenstio vico ad fusoriam officinam plantata, ex quibus portam mediam vehementer infestarunt, turri etiam adeo concussa, ut non med ocris metus omnes occuparet. Ad VII. idus Novembris, cum gemina vice omnes machinas in urbem exonerassent, magnamque mœnium partem excussissent, armata manu involarunt, licetq; Præfectus, Abel Moda, civitatis & incolarum salutis cura tactus, pac sciscuperet, hoc tamen Iohannes de Verda, nisi arx etiam dederetur, respuere visus est:

..ida, n...

est: cujus quoniam vigilem curam gerebat, Modo præsidii Ephorus, ad arma denuo deventum est, quibus constrepentibus Sueci paulatim in arcem concesserunt, trucidatis interim latè per urbem viris ac juvenibus masculam ætatem affectis, & urbe ipsa tandem, cum tenere eam Cæsarei nescirent, deserta. Inde digressi signa sua Stratæ montanæ intulerunt, qua in viciniis cum rectissime omnia succederent, Hospitia tandem circa Darmstadium legerunt, ad Francofurtenses nonnunquam speculas usque prodeuntes.

Delatum hoc tempore ad Vberlingenses, quod plaustra quædam mercibus Vlmam avehendis onusta, haud procul ab ipsorũ urbe transitura essent: quod ut gratum erat nuncium, ita & in transeuntium exitium promptæ machinæ. Exeunt itaque, viis occultis insident, insidiantur, erumpunt, aurigas & vectores cædunt, cæsos spoliant, spoliatos enecant, plaustris involant, ac mercibus avide inhærent, quo dum strenuo occuparentur, ecce adjutores ex improviso Duelliani præsidii milites adsunt, mercibus oneratos inter revertendum impedituri. *Vberlinga strategemate superata.*

Cum itaque summa vi ipsos invasissent, spoliis illico exonerant, exoneratos trucidant, trucidatos relinquunt, onustis involant, diripiunt, multos cædunt, ac ducentos fere capiunt: à quibus cum edocerentur, impressione Vberlingam intercipi facile posse, modo & via monstratis, eandem aggressi sunt. Ad XVI I. Calendas Decembris enim Duelliani præsidiarii iter Vberlingam instituebant, & cum multos sibi jam faventium, quos paulo ante ceperant, adduxissent, Vberlingenses suos hos esse commilitones rati, ipsos in urbem admiserunt, qui autem portarum trucidatis quamprimum custodibus, suorum eas militum robore firmarunt, in urbem tota vi perrumpentes: quam cum tremore omnem ac timore replevissent, direptionibus demum vacare

norum forti in se tentanda impressione certiores redditi essent, nec eorum se præsentiæ committere tutum arbitrarentur, loco non ita firmo diffisi, pars in arcem se collegerunt, pars Winshemium festinarunt: quibus ita fuga elapsis, Cæsariani vi in urbem perruperunt. Arci etiam sub initium sequentis anni, de quo infra, deditionis necessitas imposita est & S. infurtum. Eodem fere modo & Suinfurti res gesta. Hujus præsidiarii quoniam frangendis Cæsarianorum viribus insufficientes se agnoscebant, sponte se dediderunt. Hinc factum, ut loci Præfecto liber cum sarcinis & impedimentis discessus permitteretur, signa vero, quod plerique militum ad partes Cæsaris transiissent, omnia retinerentur.

Heidelbergensium suburbio Cæsariani obsessa insultant.

In Franconia dum hæc geruntur, Cæsarianus sub Iohanne de Verda miles, VI. idus Novembris summo mane in Heidelbergense suburbium perrupit, & cum equitatus pariter ad Nicrum intromissus esset, subitus in urbe tumultus excitatus, & malleoli hinc inde per plateas accensi sunt. Loci Præfectus cum rem serio agi cerneret, convocatis primoribus Civitatis, fidem ac constantiam eorum tentavit: de qua ubi certus, ad arma conclamari jussit, fulminantibus interea ex turribus sclopetis majorib⁹, machinisq; ex arce in suburbium ita sævientibus, ut in publicum prodire, nisi cum periculo, nemo auderet. Erant tormenta Cæsarianorum in suburbii arenario vico adfusoriam officinam plantata, ex quibus portam mediam vehementer infestarunt, turri etiam adeo concussa, ut non mediocris metus omnes occuparet. Ad VII. idus Novembris, cum gemina vice omnes machinas in urbem exonerassent, magnamque mœnium partem excussissent, armata manu involarunt, licetq; Præfectus, Abel Moda, civitatis & incolarum salutis cura tactus, pacisci cuperet, hoc tamen Iohannes de Verda, nisi arx etiam dederetur, respuere visus

est:

est: cujus quoniam vigilem curam gerebat, Modis præsidii Ephorus, ad arma denuo deventum est, quibus constrepentibus Sueci paulatim in arcem concesserunt, trucidatis interim latè per urbem viris ac juvenibus masculam ætatem assecutis, & urbe ipsâ tandem, cum tenere eam Cæsarei nescirent, deserta. Inde digressi signa sua Stratæ montanæ intulerunt, quæ in viciniis cum rectissime omnia succederent, Hospitia tandem circa Darmstadium legerunt, ad Francofurtenses nonnunquam speculas usque prodeuntes.

Delatum hoc tempore ad Vberlingenses, quod plaustra quædam mercibus Vlmam avehendis onusta, haud procul ab ipsoru urbe transitura essent: quod ut gratum erat nuncium, ita & in transeuntium exitium promptæ machinæ. Exeunt itaque, viis occultis insident, insidiantur, erumpunt, aurigas & vectores cædunt, cæsos spoliant, spoliatos enecant, plaustris involant, ac mercibus avide inhærent, quo dum strenuo occuparentur, ecce adjutores ex improviso Duelliani præsidii milites adsunt, mercibus oneratos inter revertendum impedituri. *Vberlinga strategemate superata.*

Cum itaque summa vi ipsos invasissent, spoliis illico exonerant, exoneratos trucidant, trucidatos relinquunt, onustis involant, diripiunt, multos cædunt, ac ducentos fere capiunt: à quibus cum edocerentur, impressione Vberlingam intercipi facile posse, modo & via monstratis, eandem aggressi sunt. Ad XVI I. Calendas Decembris enim Duelliani præsidiarii iter Vberlingam instituebant, & cum multos sibi jam faventium, quos paulo ante ceperant, adduxissent, Vberlingenses suos hos esse commilitones rati, ipsos in urbem admiserunt, qui autem portarum trucidatis quamprimum custodibus, suorum eas militum robore firmarunt, in urbem tota vi perrumpentes: quam cum tremore omnem ac timore replevissent, direptionibus demum vacare

inceperunt. Quoniam vero urbi propugnandæ impares se sentiebant, periculosa Constantiensium, Bregantinorum ac Lindaviorum vicinitate deterriti, castrum suum, à quo per triduum jam absfuerant, repetierunt. Atque hæc de hoc anno sufficiant. Nunc, quæ præterea notatu & memoratu digna passim acciderint, paucis videamus.

APPENDIX AD ANNVM M. DC. XXXIV.

1. Canis Marinus in Albi ad Dresdam capitur, mense Martio. 2. Guilelmus Hassiæ Landgravius Galliæ Regis Marescallus constituitur. 3. Portenta in Borussia observata, & diversis aliis in locis, Majo, Iulio, Septembri. Conventus ab inferioris Saxoniæ Principibus celebratur, Halberstadii ineunte Februario, Alius Francofurti ad Mœnum, Martio. 4. Henricus Comes Montensis in crimen læsæ Majestatis condemnatur. 5. Mosci à Polonis vincuntur, ipsisque deditionis articuli præscribuntur, Februario, Pax inter Polonos & Moscos constituta. 6. Hannibal Baro Schauenburgensis defungitur, Martio. Iohannes Fridericus, Slesvigiæ & Holsatiæ Dux, Archiepiscopus Bremensis, Septembri. 7. Arescoti Dux Regi Philippo Statuum Belgii adversus Hispanos detegit. 8. Szeh nius Mosi Generalis Locumtenens securi percutitur, Moscoviæ Aprili. 9. Moscovia Vrbs diversa damnosa valde incendia patitur. 10. Gustavi Adolphi Suecorũ Regis exequiæ, Stocholmiæ Iunio. 11. Galli oppidæ La Mothe in Lotharingia potiuntur, Iulio. 12. Horrenda tonitruorũ tempestas Dusseldorffii, mense eodem. 13. Famosi quidã libelli Madriti in Hispania concremati, Otto Ludovicus Rheingravius belli Dux Suecicus, Octobri. Franciscus Iulius Dux Saxo-Lauenburgicus, eodem. 14. Christianus V Daniæ &c. Princeps, & Magdalena Sibylla, Saxoniæ

pen-

Duciſſa fœdere matrimoniali junguntur, Coppenhagæ Octobri. 15. Conventus Wormatiæ habitus. 16. Paraiba Braſiliæ urbs ab Hollandis expugnata, menſe Decembri.

Herbipolenſi urbe intercepta, etſi arcis illius præſidiarii, quorum utrorumque cura Ioanni Iacobo Comiti Turrenſi commiſſa erat, tales ſe gererent, ut de ipſorũ fortitudine ac propugnandi alacritate, quam quocunq; in occaſione præſtiterunt: detrahi non poſſet, nihilominus tamen hic parum officientes, non quidem metu cuniculorum (pulveris tormentarii vaſes perfectorum ſuccendendorũ, aut annona vinive inopia quarum rerum abundantia adhuc erat.) ſed lignorum penuria, ac militum catenatis laboribus exhauſtorum defectu. cum Cæſarianis tranſigere coacti ſunt, pactis hiſce conditionum articulis. I. Comiti Turrenſi cum ſuis & impedimentis liber, exitus permitteretur. II. Ducum Bernhardi & Ernesti miniſtri quicumque, cum omnibus ſuis & familiis & pertinentibus, additis etiam abſentium bonis, dimitterentur. III Quibuſcunq; Officialibus & militibus, conceſſis ſex machinis turmalibus, optime armatis diſcedere licitum eſſet: deficientibus equis naves ſubſtituerentur, atque univerſum præſidium hoc aut Aſciburg um aut Miltebergam tuto deducerentur. IV. Nemini aut officialium aut militum nec verbis nec factis inter diſcedendum incommodaretur, ſed omnes cum ſufficienti Comitatu in locum tutum, quem ipſi ſibi denominaverint, traducerentur, aſſignatis in via hoſpitiis tolerabilibus. V. Supra nominatorum Ducum bona quæcunque propria in arce depoſita aſportari permitterentur, aut inviolata reſervarentur: merces exterorum, item Reverendiſſimorum Bambergenſis & Herbipolenſis Epiſcopi res quæcunque & ipſius ſubditorum intactæ relin-

quererentur. VI. Comes Turrensis, loco hinc quondam præfectus, arcem cum omni ejus munimine, item annonam, omnes, præter supra dictas sex, machinas & tormenta fideliter & absq; fraude traderet. dimissis prius omnibus Reverendissimo Episcopo fidelibus jam adhuc in castro detentis. VII. Vtriusque Bambergensis & Herbipolensis diœcesiũ archiva & litteralia documenta ante discessum, salva atq; incontrita restituerentur. VIII. Ratisponensium Episcopus ejusque Capitulares, cum captivis omnibus Ratisponæ illuc deductis, & quibusvis pertinentiis, in libertatem assererentur. Quibus pertransactis, decimo quinto tandem Calendas Februarii Castrum hoc ab hostili Suecorum præsidio ex omni parte liberatum.

Lunaburgicus Nyenburgum urget, Mindam occupat. Nyenburgi in westphalia obsidionem tum temporis Lunæburgici Hassiacorum viribus associati acriter urgebant, nec quidquam, loci ejus capiendi desiderio, intermittebant, siquidem & propterea magni fierent apparatus bellicæque præparationes, & loca quædam viciniora præsidiis munirentur. Hinc etiam Minda ab iisdem expugnata, quo facto, cum Dux Lunæburgensis Georgius hybernorum descriptionem confecisset, VI. idus dicti mensis fidem sibi dari à Mindanis petiit, quam cum juramento roboratam accepisset, ubique providisset, illinc ad exercitum rediit. In agro Norico Altorffii Præfecto per exploratores renunciatum, Cæsarianorum aliquot cohortes in vicinia hospitatum advolaturas, quo cognito, sub IV. idus ejusdem, validam militum suorum manum ulterius exploratum misit, qui sclopetario quodam partium Cæsaris capto ab eodem edocebantur, Cæsarianis his manipulis, exacta Angelovalle nocte, Hersbruccam inde moveri, in mandatis datum esse. Quod cum Præfecto retulissent, assumptis in prius agmen quamprimum L. sclopetariis & equitum parte

Cæsarianorum vires accisæ.

nume-

numerosiore citato itinere ipsos insecutus est. Quandoquidem vero Cæsariani, mutatis ea nocte consiliis, redierant, nec Sueci tanto se periculo credere, subsidiis destituti, audebant; cum triginta adhuc equitum rebus in auxilium attraxissent. Wendelsteiniana in arce collectos, agmine facto obruere, primariis Cæsarianorum Officiariis fere omnibus interceptis, quibus accedebant sexaginta tres equi ac vexilla tria, Altorffio postmodum cum opimis aliis quibusdam spoliis illata. Augustanæ vero obsidionis cujus in superioribus mentionem fecimus, circa id magis magisque cumulabatur, miseria eoque angustiarum civitas illa redacta, ut post exigui temporis interventum ad deditionem, tanquam sacram rerum desperatarum anchoram refugeret.

Bambergerus Philippi Castrum stratagemate recuperat.

Cum anni hoc noviter ingressi tempore, Cæsariani in belli ad Rhenum lateque circum negotio felices adeo progressus fecere, ut Fortuna eos pedissequa uti dixisses. Præter enim alia, quæ tum ferro tum verbo, parvi temporis inter cursu munimenta, arces & oppida ad Cæsaris obsequium redux erant, Philippi quoq; castrum, munitissimum ad Rheni fluenta transitum (cujus interceptioni Sueci, quam diximus, biennium fere impenderant,) ejusmodi stratagemate recuperarunt. Subornabat Caspar Bambergerus, loci hujus nuperrime Præfectus Cæsareus, ingentis roboris milites, sibi fidelissimos, quos indutos obsoletis ac rusticis, asciisque ac securibus instructos pedetentim in urbem præmisit, ut res omnis generis victui quotidiano necessarios apportando venundationem mentiti, eo facilius admitterentur. Abeunt igitur, veniunt, admittuntur, in urbe pernoctant, late per hospitia diffusi, quod cum indagasset Bambergerus, Nono Calendas Februarii, horis secunda & tertia matutinis, adjutus unius cohortis militibus munimento propinquat, cujus quoniam optime noverat situm,

... noverat situm

situm, accessibili quodam in loco palos sub aqua terræ infixos extrahi mandat, ut transiri redirique absque obstaculis posset: quod ubi operi datum, applicatis vallo non ita in altum producto scalis muralibus, furtim illud & sine omni strepitu conscendi superariq; assibilat, quo cum venissent priores, cæteros desiderio in auxilium exspectantes sub ipsorum adventum toti se negotio expediundo accinxerunt.

Nunc igitur in vallo stantibus Bambergerianis, classicum cecinit, ad cujus strepitũ Germani citi quidem in arma feruntur, sed non satis cito: quos dũ Cæsariani trucidant, subornati interim milites ad portas prorumpunt, asciis & securibus vineas effringentes, quarum unam cum ita patere fecissent, ut una equitum sclopetariorum turma per eam admitteretur, res demum serius agi cœpit, Gallis sub id in arcem uno agmine convolantibus, cujus Cæsariani portã cum tormentis adeo quaterent, ut insequente statim die eam expugnarent, labori jam ex parte fin s impositus est, Gallorum Præfecto cum potioribus officialibus captivis Heilbronnam inde traductis.

Pecunia & apparatus bellici in illa reperti. Erant spolia vere opima. Omnis res tormentaria, centum & duodetriginta machinis bellicis omnium generũ constans: tercentena saccorum hordeo, avena, aliisq; frumentis plenorũ millia: sexdecies centena Coronatorum millia in exercituum stipendia destinata: quadraginta millia nitrati pulveris vasa: duodecim millia saccorum sale oppletorum: centum millia saccorũ farina, tandemq; magna vini copia & alia mobilia illuc comportata. Gallos vero fortuita hæc hostium impressio adeo perculerat, ut quid hac in re faciundum esset, consilii nihil viderent nisi quod talionis jure, sic ubi fieri posse, agere cogitarunt.

Bambergerus Spirensis de deditione urbis Nec etiam Spirenses hac novorum hospitum vicinia lætati, boni quippiam sibi promittere volebant, veriti, ne de suo corio proxime ludatur,

tur, & proximi jam ardente pariete, nunc etiam res sua agatur, quod etiā factū: dum effecta feliciter in Vdenhemiū seu Philippi Castrū impressione Bambergei* tympanistā mitteret, qui, quarumnā partiū esse velint, rogaret, atq; de hoc catechoricā referret responsionem. Hunc cum Cæsariani, qui à mandatis Iohañis de Verda pugnabant, Rhenum trajecti in itinere exciperent, urbemq; eandē de deditione, petito responso, sollicitarent, ad transactionē Civitas quamprimum concessit, quā sequentibus capitibus. IV. Nonas Februarias absolvit. I. Senatui ac toti civitati, Ecclesiasticis & Politis personis, libe: ū religionis exercitium; Assessoribus itē Imperialis C. & Religiosis omnia ac singula privilegia salva relinquerentur, nec cōtra ea quidquā tentaretur. II. Præfectus, ejusq; præsidiarii Cæsareæ Regiæq; Majestatū nomine const. tuerentur. III Cōmissa hinc inde nullo unquā tēpore vindicarentur: Ius emigrandi cui vis liberū esset, migrantibus, si petant, salvi cōductus litteræ non denegarentur. IV. Militibus hospitia distribuerentur, præsentib. Præfecto & Senatu, aut ipsius subdelegatis, nec civitas præsidii multitudine gravaretur. V. Direptiones, exactiones violentæ ac turbatione civiū sub vitæ capitisve discrimine fierent; siq; his nihil pōderatis, uni aut alteri vis intendatur, querela ad Ephorū delata, pœna de eo digna illico posceretur datoq; exemplo alii deterrentur. VI. Officialiū ac militū sustentationes ultra Cæsareā ordinationē non extenderetur, nec, præter salē, acetū & candelas, quidquam posceretur VII. Præsidium in urbe non diutius, quam pax constituatur, relinqueretur, qua const. tuta ac confirmata, sine omnium damno reduceretur. VIII. Archiva, documenta & quæcunque scripta alia Imperialis Cameræ, Religiosorum item & Senatus integra conservarentur. IX. Senatus ac universa civitas, eo quod devotioni Cæsaris se submisissent, sub

sibi facienda conventri pe- sit.

Deditionis capita.

sub patrocinio ac tutela ipsius armorum defenderentur, nec cujusvis injuriæ aut incursioni patere permitterentur.

Conventus Benshemii inter Gallos & Suecos habitus.

Hocce apud Spirenses statu Sueciæ regni Cancellarius & Bernhardus Dux Saxo exquisito Nobilium procerum comitatu stipato, ad Nonum Calendas Februarias Wormatia moventes Benshemium, ad Gallicos ibi comorantes Duces profecti sunt, cumque jam Rhenum trajecti essent, à Regis ibi Galliarum Legato, Grangio, quem unius cohortis selecti equites comitabantur, digne excepti ac Benshemium usq; traducti sunt, cujus viam itineris ubi superaverant, urbique jam propinqui conspiciebantur, Brecius Marescallus in occursum exiit, egregium in equis Comitatum secum adducens, quem Senior Marescallus post semihorum sequebatur, pensili cursu advectus, qui cum se invicem salute impertiissent, vespere illo quieti relicto, altera post die consilia contulere, ac de præsenti tunc rerum statu novæ deliberationes institutæ.

Braunfelsia stratagemate invasa expugnatur.

Cum Fuscæ Rupis munimine, Braunfelsia Germanis audit) varie interim belli fortuna ludere videbatur, ipso nimirum nulli certo Domino relicto, quod cum facili deditione Cæsariani caperent, graviore impressione per stratagema scilicet Sueci receperunt. Nam ubi ad V. Calendas Februarii, Duce Ludovico Henrico Comite Nassovio cum legionum aliquot copiis sub diluculum matutinum, impetu facto irruerant, postquam per semihoram pertinacissime oppugnassent, superiores facti tandem, arcis præfectũ Schildium Locumtenentem, tres centuriones, quatuor ordinum ductores, sex signiferos, ducentos præsidiarios, cum Schellhameri & Steckenbergii Tribunorum uxoribus ac liberis capti, quinquaginta feriente irruptione concisi sunt, sex vexilla, aliquot machinæ interceptæ, atque duabus horis direpta est, quam Comes validò munitam

præ-

præsidio Locumtenenti suo Sebastiano Piscatori propugnandam commisit.

Perlato etiam in Galliam, aulam vero inprimis regiam Parisiis, de erepto iterum per Cæsarianos munitissimo Philippi Castro, rumore, plurimorum animi subita alteratione confundebantur, quam ut componeret Rex, bellicis de re institutis deliberationibus, diversas legationes, Feuquierium quidem in Germaniam; Thuñum, celebris illius Historici filium, Constantinopolim; Dominum Seneterrensem in Angliam; Belleurejum Venetias; Claræmontium in Belgium; Cardinalem Lionium Romam; cursoremq; publicum Dresdam ad Gallicum ibi agentem Legatum, dimisit. *Galliarum Regis diversæ legationes.*

Sub ineuntem Februarium Lotharingiæ Dux cum quindecim turmarum commilitio Gomersanæ arci in Alsatia probe munitæ se offundebat, cujus præfecto Gallo, forti ac magnanimo viro, cum deditionem imperasset, responsione cōfusus ab arce discessit. His tamen ipsis minis munimenti Rufacensis propugnatorem iterum Gallum cum perterruisset, loco in deditionem accepto ipsum cum præsidiariis Colmariam deduci mandavit, qui ibidem præmii loco, ob arcem tam leviter hostibus traditam, capitis à cervice revulsionem sustinuit. *Lotharingiæ Ducis in Alsatia successus.*

Hoc dum in Alsatia faciunt Lotharingi, Cæsarios interim, qui in agrum Francorum late excurrerant, circa Francofurtum cædibus & rapinis omnia replere, vicinisq; locis damna ingentia incolis dare vidisses, qui cum Dipurgum occupassent, eidemque adstructa molendina milite suo firmassent, ut Suecorum incursiones inde prorruendo impedirent, ad Würtenbergicum Locumtenentem Pflaunerum de hoc perlatum est, qui XV. Calendas Martii in molendina ante oppidum irruens, cæsis aliquibus, ac reliquis in

oppi-

oppidum fugatis. Sueci præter annonæ copiam DCCC ovium gregem abegerunt.

Spira Cæsariæ nis iterum eripitur.

Fortuita Castri Philippici expugnatio Gallos rebus suis cautius providere fecerat, quorū Tribun* Esbronius cum post deditā Cæsarianis Spirā, ejus recuperandæ causa omnes nervos intendisset, quo damnum in tanti munimenti amissione ex parte resarciret, quater mille cum peditū tum equitū copias sibi submittendas à Bernhardo Saxoniæ Duce petiit. Postquā igitur his tantis Suecorū auxiliis munitus Spirā nova quatuordecim circiter dierū obsidione pressisset, quo tempore non solū pons navalis divulsus, copiisq; submittendis auxiliarib* aditus per expugnationē munitionū Rhenanarū præclusus; sed etiam quinq; in mœnibus ruinæ ac tres cuniculi facti sunt, colloqui tandē obsessi petierunt Quibus cum responderetur, serius quidē colloquiū peti, ꝙ tamen ut Imperii archiva, & tā Cameræ Assessorū, exulūq;, quā aliorū innocentium vitæ parceretur, admitti deberet, si Suecorū Gallorumq; Ducū arbitriis sese permiserunt. Quon ā vero Cæsariani Duces hoc ipsum existimationi suæ minus cōveniens videbatur, ac proinde aur bus lupū tenentes cunctabantur, mœnia tormentorum tonitribus fortius pulsare Sueci cœperunt, qua vehementiori oppugnatione exterriti obsessi, petitis in aliquot horas induciis, eo tandē vespere transactū est, milite Cæsariano ad Suecorū partes transeunte. Solus vero è captivis (quorū in numero Metternichius Heidelbergensis quondam Administrator, Comes Hartenbergius, Fuggerus junior, & Pappenheimianæ Prosapiæ quidā Comes) Hartenbergius Comes est dimissus, ea quidē cum conditione, ut Vdenhemii quondā Præfectus, inde captivus Heilbronnā abductus, libertati quoq; restitueretur: cæteri omnes Wormatiā in captivitatem protracti. Durante Gallorum hac & Suecorū repetita obsidione, cujus finis in Quartum

idus

idus Martias incidit, machinæ bellicæ millies trecenties tricies quinquies hostiliter in urbis mœnia detonuere, illis circũ circa dirutis fœdissimè. Biduo ante suburbia vi & impetu superata sunt, numeratis interfectorũ ea occasione, præter celebrem illũ Budissini quondã ac Ratisponæ Præfectum Goltiũ, circiter quadringentis & pro ædium direptionibus ingens aurum pactum, urbe postmodum numeroso præsidio firmata.

Quibus ita vix peractis Trevirorũ Augusta ad Mosellam insigni quadã Hispanorũ impressione domita est, idq; septimo Cal. April. peractũ ubi sub auspiciis Generosi Embdani Comitis, Ducat⁹ Lutzenburgensis Gubernatoris, & Caroli Metternichii, cũ termille armatorũ exercitu navibus advecti venissent, portis & militũ & crepitaculorũ violentia reseratis, Gallicũ præsidiũ ex millib⁹ ad ducentos dederunt, & Electorẽ ipsum cum primariis Officialibus captivos tenuerunt, quem cum aliquandiu reverenter custoditũ habuissent, Bruxellas, inde Gandavũ abductus, est, honore tamen ipsi ubiq; in viis à præsidio adjuncto, & hoc eminentissimi Cardinalis Ferdinandi & Hispanorum Infantis jussu habito. *Trevirensis Elector capitur.*

Sub id Croatarum in Hassiæ Principatu hostili modo crassantiũ furor magna ex parte concisus est. Nãq; in coëuntes Neostadii ad Amœneburgã cum legione una Ligisticorũ equestri Hassiaci de improviso vehementissimũ impetũ fecerunt, imperiis tunc quidẽ milib⁹ Tribuno Berghauero, & Dalvico, qui ex Zigenhaina CC. pedites adduxerat. Cęsi sunt Croatarũ Cęsarianorũq; plurimi, capti vero eorũ Duces, qui alicuj⁹ existimationis videbantur, & præter DC. stratos probeq; instructos equos prædæ nomine Cassellis illati. Adhæc XII. Cal. mẽs. prememorati, Martis Hassiaci Locũtenens Comes Eberstenius, cũ DC. equitib. & peditib⁹ CD quib. sex Eschvvegianę cohortes se adjunxerãt, Croatarũ stationes in utraq; Seha pagis *Croatæ & Ligistici in Hassia male tractati.*
posi-

positas adortus est: quorum cum duæ legiones duodecim signorum essent, fortiter quidem hostibus se objecerunt, irruentibus autem in hospitia Germanis interneciore deletæ sunt, Duce ipsorum Stephano Iloio summo Legato glande plumbea caput percusso. Wetteraviam tunc temporis Cæsariani per infestam reddidere, ex qua cum iteratas in Rheingaviam excursiones facerent, rusticorum auxilio eam fine fere negotio suæ potestatis fecerunt, Suecorum ibidem diversantium plerisque aut deletis aut captis.

Augusta Vindelicorum in Cæsaris gratiam recipitur.

Quæ dum per Hassiam & in Rheni viciniis geruntur, Augusta Vindelicorum interim summa & vi & miseria coacta, deditionem Cæsari fecit; aditu enim supra biennium, præcipue vero post Nordlingensem, ut supra diximus, cladem, intercluso, eo angustiarum atque inopiæ civitas redacta, est ut, compulsis jam ad inhumanos cibos incolis, an Samaritana, Hierosolymitana, Saguntina, num vero Augustana fames & afflictio major fuerit, à multis adhuc dubitetur. Hac igitur compulsi bulimia, cum de clementissimi Cæsaris gratia certiores essent. Ducibus ipsius urbem humiliati dedidere, mense nimirum Martio. Hoc itaque jam exituro, præsidium Suecorum mille ducentorum militum per portam Goginganam egredi cœpit, Duce Præfecto seu loci quondam hujus Gubernatore Winckelio, & militum Tribuno Ermesio, qui CCCC. partim ægrotos, partim vulneratos milites, juxta decimi septimi transactionis articul concordata, donec pristinæ Sanitati essent restituti, reliquerunt. Hinc generosissimus Otto Henricus Faggerus præsidii Ephorus lociq; Præfectus constitutus, urbem ingressus, & binas legiones peditum sub imperiis Schnetteri ac Lombardi Tribunorum adduxit.

Coburgense munimentum quoq; deditur.

Munimentum Coburgense, longo jam tempore per Lamboiani Baronis milites obsessum, eodem quoq; mense deditionem paciscebatur,

præ-

præsidiariis, conscripta quatuordecim articulorum transactione, inde dimissis. Circiter hæc gesta Vlmenses in quendã Croatarum Tribunum, qui aliquandiu Weissenburgensibus aditum intercluserat, hisce vero diebus cum CCC. equitum suorum non procul ab Vlma multo accolarum spoliis oneratorum diversabatur, ad Tertium idus Martii eruptione facta, majorem eorum partem oppresserunt, reliquos fugarunt, cum Tribuno autem captivo, spoliis amplis tricies mille Imperialium pretium excedentibus, binis, equitum signis in urbem redierunt.

Wisbadii opprimuntur Beninghusiani.

Nec vero, qui Moguntiam præsidio tenebant, Sueci interea desides postquam Wisbadium impressione invasissent, multos è duobus Beninghusii legionibus prætorianis & XXX. sclopetariis ibi hospitantibus, fervente erruptione stravezunt. Locumtenentem quendam, duos equitum præfectu, totidem legatos duos signiferos equestres cum omnibus Officialibus; itemque centum equites captivos una cum dupl ci vexillo, Generalis ipsorum tympano, omnibus præterea equis & impedimentis Moguntium deducentes.

Executio Moguntia.

Paulo post quidam hac ipsa in urbe comprehendebatur, quidam suspicionem proditionis cum Cæsarianis in Rheingov a, de Statu præsidii Moguntini aperiundo, initæ incurrerant. Quippe conventum inter illos ferebant, ut quisq; incolarum eo vespere, qui Pascha præcederet, militem suum ad cœnam invitaret, ac demum vino probe madidum trucidaret, posteaque Cæsarianum præsidium immitterent. Hanc vero universam fabulam Rusticum quendam male sibi propterea conscium, & portam attonito similem penetrantem vultu prodidisse garriunt: examinatum enim sponte fassum socius, unaq; ex Antlavii quendam Ministerio & duos caussidicos hujusce participes facinoris indigitasse. Caussa igitur

tur examinata & cognita, minister, rusticus & Procurator Froscius in publica fori area capitis discrimen subiere, Froscii corpus quadrifariam partitum & juxta quatuor urbis portas erectum rustici rotæ impositum, caput palo fixum, Antlaviani autem ministri sepultura honestatum est.

Eschvvegiani Croatis incommodant. Inter Cæsareos & Suecos varii subinde miscebantur conflictus & pugnæ velitares; quippe Corpusius, Forgatsius & Plascovitius, Croatarum tribuni, Eschvvegiano præsidio insidias struere laborantes, cum exiguo suorum militum ducentorum circiter manipulo ante oppidũ sese conspiciendos obtulerunt. Suboluit dolus Eschvvegianis, propterea que cautius se ipsis, à tergo scilicet scloppetariis aliquot in diverticulo quodã relictis, offerunt, atq; enim facta eruptione Cæsareos in fugam vertant. Cernentes autem hoc tribuni Croatici, curriculo Eschvvegianos denuo aggrediuntur, qui tanquam fugientes non procul à diverticulo recedunt, quos cum Cæsariani citatis equis insequerentur, hoc ipsum magno cum suorum dispendio fecerunt. Nam non solum multis in congressu hoc occisis, sed & ipso Plascovitio Tribuno perfosso cessim ire coacti sunt. Quam in suorum stragem Croatæ ne inultam relinquerent, quatuordecim in vicinia pagos admotis facibus excesserunt.

Legio Tribuni de Spaigne per Suecos concisa. Aliis viis Tupadellius, edoctus Cæsarianarum partium Tribunum de Spaigne cum suæ legionis commilitonibus in pago Sveygera à dicto, qui procul haut ab oppido Sunthemiano distat, hospitari, ad ejus machinationes explorandas, Calendis Maii Legionem Rosianam emisit, sed quamprimum, supervenientibus magno numero Cæsarianis retro in fugam acta est. Instaurata autem per hostes, pugna ab Hesskirchianis, Tupadellianis & Zillhartici

copiis

copiis ita rejecti sunt, ut non solum fugam itidem capessere cogerentur, verum etiam non levi suorum accepta clade multarentur, hostibus ad quingentos equos in prædam relinquentes. Signa tria Spiram translata sunt, in quorum uno Electoris Bavarici insignia aversa facies recta autem B. V. Maria depicta conspiciebantur, reliqua duo picturæ nihil ostentabant.

Hanoviensis præsidii excursiones Cæsareis damnosæ.

Hannoviense quoque præsidium Cæsarianorum per Wetteraviam vires non leviter circumcidere animadversum. Hoc ipsum ad undecimum Calendas Maii tentans eruptionem, per agros Mœno conterminos, de legionibus Rauhaupti, Tyllii Junioris & Hafenbenii non paucis interceptis, cum unius equitum magistri supellectilibus, quæ septem Imperialium millibus redemisset, Hanoviam rediere.

Adhæc Hanoviensis munimenti Præfect⁹, Ramsayus natione Scotus vir cujus in bello peritiam, & in inveniendis stratagematibus insignē calliditatem in sequentibus merito mirabere, Spario Tribuno Cæsareo, cum sua legione Stadii Wetteravorum subsistenti, Jacobum Hanoviæ Comitem, cum numerosa præsidiariorum manu immisit, qui superata ignium crepitaculis municipii porta, obvios quosque in furore corripuerunt; curribus & sarcinis diripiendis postea insultantes, spolia sibi, quæ visa sunt commodiora, legerunt, quibus cum & abductis ducentis equis Hanoviam itinere retrogrado concesserunt, à duabus equitum Croatarum legionibus in via per duas horas, sed inutili successu præditi.

Francofurtenses equites rem bene gerunt.

Francofurtenses quoque equites (quorum provincia erat, aditus & vias ad urbem, quo tutiores essent, obequitare) non solum ad

Cron-

Cronbergam quosdam straverunt, verum etiam Bonamesii, loci mille passibus à Francofurtensibus distante, equestrem quondam Præfectum, qui se Finckum nominari volebat, cum adjuncta equitum cohorte oppressere, quorum è numero septem cum occidissent, septemdecim, inter quos vice-præfectus equitum, vigilum quidam Magister, Castrorum metator & ordinum Ductor postremus in urbem introduxere.

Weida & Erpachium expugnata. In superiori Palatinatu Cæsariani interim Weidam vi expugnarunt, & postquam cum civium tum militum aliquam stragem edidissent, reliquos cum ipsorum Præfecto Ambergam deduxerunt. Erpachio etiam Vlmensis ditionis arce, quam cum ter mille armatorum exercitu, & tribus tormentis obsederant, Austriaci potiti sunt. Præfectus arcis, & XL. milites ex Vlmensi præsidio primo quidem, acriter sese opponere audebant, viso autem Cæsarianorum ad oppugnandum fervore, milites sepositis armis Præfecto parere amplius recusantes, cum victuris pacti, præstitoque militari sacramento, Martem Cæsaris secuti sunt.

Pacis inter Cæsarem & Saxonem Pragæ constitutio, & quibus cum conditionibus. Inter hunc & Saxonem altas jam Concordia egerat radices: cum Elector pacem urgens, & Cæsar amans, per Legatos agerent, & Pragæ tandem mense Majo convenirent. Conditionibus, si Cæsarem æstimes ut victorem, minus dignis: si tempora, quibus contractum, necessariis. Religionis indulta libertas, & omnia in eum, quo anno M DC. XXVII. mense Novembri fuere, statum revocabantur. Ad quadraginta porro annos sic permansura: in æternum interim, amicabili quadam compositione, componenda dissidia. Pacis vero hisce legibus non modica Protestantibus accedebant: nec contemnenda ecclesiast ca bona Episcopatus & Archiepiscopatus concedebantur: victoque similior erat Cæsar, qui vicerat. Sed eo tot male compulerunt, & no-

vis

vis motibus illi, qui amplius quam simplici Christiano nomine gloriantur, cogebant. Cæterum hoc quoq; contractu Cæsari tradebantur exercitus, quibus Imperii hostes Germanico pellerentur solo. Durum hoc erat Protestantibus aliis nomen: itaque accommodare se malebant, & Pragensi obedire contractui, quam Imperii hostes audire. Ita Elector Marchio Brandenburgicus & Vinariensis, Lauenburgici, & Lunæburgenses Duces.

Megapolitanis Ducibus Cæsar clementer ignovit, & Ducatum Fridlandi perfidia & cæde ad se iterum devolutum, liberaliter restituit. Civitates Imperiales Principes illos sequebantur, & admissa pace Normberga, Vlma, Francofurtum. Cæsari se submiserunt. Quamvis autem Protestantes aliqui, Catholicique Principes has pacis leges indignarentur, incredibile tamen dictu est, quam ex haustæ Germaniæ vulgus dulcissimæ pacis nomen libenter audiret: utpote cujus magis interesset, cum à victoribus simul & victis misere spoliaretur.

Ramsayus Hanoviensis Præfectus, sub id tempus per exploratores cognitum acceperat, universum exercitum Catholicū, sub Comitis Mansfeldii imperiis Wetteraviam deseruisse, relicto Gelnhusii militum tribuno Hasenbenio, cum undecim equitum & gemino peditum signis. Hos itaque opprimere allaborans, Comiti Hanoviensi Iacobo negotium reiq; hinc gerendæ provinciam demandat, qui assumpto militum tribuno Burckersdorfio, & Bilauco Legato, cum DC. peditibus & multis equitibus voluntariis, ad quintum idus Iunii, hora septima vespertina iter ingressus, cum sequentis diluculi aurora ad urbem accessit. Postquam ergo portam illam, quæ civitatem & arcem interjacet, machina murali comminuere suos jussisset, re feliciter succedente & porta comminuta, cum copiis adjun-

Liga Catholica milites Gelnhusii opprimuntur ab Hanoviensibus.

ctis illac perrupit, & profligata una equitum turma, quæ ibi in excubiis agebat, arcem & denique turrim, ex qua Cæsariani fortissimè propugnabant, quoque aggressus est.

Vi itaque ea aperta, quotquot inde propugnarant, captivitatis jugum subierunt, milites etiam in civitate maxima ex parte ferro concisi. Quibus adeo feliciter expeditis, mortuis & captivis spoliatis, portis exustis, vallis item & munitionibus solo adæquatis, cum plurimis captivis, octo vexillis erectis, & duobus scissis, spoliis amplis & opimis, item curribus omnibus, armis & equis, quorum numerum sexcentos excessisse ferunt, ad Hanoviensium stativa retrocessere.

Rerum à Cæsarianis ad Rhenum gestarum status.

Collectis interea in Ducatu Würtembergensi & ad Rhenum Palatinatu omnibus Cæsaris copiis, primarius ipsius Dux & Locumtenens, Comes Matthias Gallasius Heidelbergam versus iter instituit, atque in conterminis ipsi agris sua metari castra sategit. Hæc Heidelbergensis Gubernator, Abel Moda, cernens, & quod validissimo huic exercitui nullo modo resistere possit, animo perpendens, cum omnibus præsidiariis ex urbe in arcem se contulit, cui postea Cæsariani undiquaque aditus præcludere laborarunt.

Verum in vanum se laborare videntes, motis inde castris Manhemium concesserunt, cui cum itidem vias obstruere pararent, pontem simul exficere cœperunt. Quod dum faciunt, Bambergerus Vdenhemiani munimenti pervigil Custos, C D. milites Rhenum pontonibus trajecit, quibuscum munitionem Suecorum quandam invadens, feliciter occupavit; cujus rei successus hostes adeo terruit; ut de hoc certiores facti, Spira, Landavia, Sebusio, Neostadio, Germershemio & aliis quibusdam locis relictis, Wormatiam se conferrent.

Han-

Hanc nacti occasionem Cæsariani pontem, in cujus reparatione totam hyemem consumpserant, Spiræ perfecerunt. Ad XI. Calendas Iulii totus peditatus majori ex parte pontem transgressus est, Gallasius autem cis Rhenum adhuc Hockenhemii nocte extracta altero mox die copias secutus est. Nono ejusdem Fridesheimium oppidum cum arce, facta transactione, intercepit, sequenti autem die ad wachenhemium consedit, castris ibidem metandis commodum locum circumspecturus.

Illuxerat jam Iulii mensis dies secundus, cum Gallasius wormatiæ (quæ civitas duabus legionibus tribunorum Canofskii & Holtz i, præsidii loco, muniebatur) deditionem imperaret, & ad pacem accipiendam serio cohortaretur, cui tamen wormatienses non semel refragati videbantur. Hoc autem, quod diximus, instantius petente Gallasio, missi sunt Senatus nomine, qui significarent, Civitatem hanc jam antea sibi proposuisse, paci inter Cæsaream Majestatem & Saxoniæ Electorem constitutæ subscribere, verum præsidii metu non potuisse. De hoc cum præsidii Ephorus Holtzius resciret, rebus suis tempestive consulendum ratus, cum Cæsarianis militari quoque modo transfegit, suisq; cum militibus, impedimentis ac supellectilibus urbe cessit, quam Cæsariani centū quadringentorum militum præsidio illico occuparunt.

Wormatienses paci Pragensi quoq; subscribunt.

Bernhardus adhæc Saxoniæ Dux cum equitatu suo in Bipontini ditionem secessit, ubi vires suas Gallorum peditatui adjunxit: Cæsariani autem interea Oppenhemium, Bingium, Baccharacum occupantes, de Moguntia ac Francothalio obsidione cingendis consilia egerunt.

Bernhardus Saxo Francis jungitur.

Quibus ita evenientibus, Beninghusius omnes suas copias, quas per waldeccensem

Beninghusius feliciter bellat.

Comitatum dispersus habuerat, & septem le-
nibus constabant, contractas Villungam infe-
rem versus traduxit, quo in loco quoniam Gi
militum tribuni cohors prætoriana hospit.
tur, oppidumque pertinaciter, sed frustra,
pugnate conabatur, superatis à Beninghusi
milite mœnibus, omnia direptionibus ac sp
patuere, omnisq; pecus, ex qua oppidani m
mam partem vitam trahebant: abacta est.
vens igitur ex eo loco Beninghusius, Fritzlar
procedere sibi proposuit: fama vero vola
Melandrum Hassiacum Locumtenentem G
ralem, octo qua equitum quæ peditum legi
bus stipatum Gutenbergam usque cum pr
signis venisse, hospitiis prioribus repetitis, S
burgum properavit, omnes vero currus sp
onustus Amœneburgum convehendos ma
vit. Suinburgi Præfectus cum deditionem
re tergiversaretur, Beninghusius oppidum
jectis ignibus evertere cœpit, cumque flam
incendium arcis quoq; ædificia corripuisset,
demum Hassiaci pacisci cœperunt, qui fine
armis, baculos duntaxat decorticatos ma
gestantes, ægre dimissi sunt.

Lútram Cæsaream stricto ferro domat. Posthæc quia Bernhardus Dux Cæsarianc
viribus frangendis longe se imparem sent
cum exercitu suo Wormatia (uti d ctũ) Lu
Cæsaream, Bipontum & Metim versus perg
cum Gallica se ibi manu sociavit. Hoc vero
gnito, Gallasius pedem quoque Cæsaream
tram protulit, quam cum aliquas obsidione
cerasset, tandem decimo sexto Calendas A
sti, uno eodemque impetu superavit, truci
præter præsidiarios, qui ex legione flava e
absque sexus discrimine omnibus: oppidum
ægrum triduum expilationibus militum pa
spoliaque opima reportata sunt. Quibus fe
ter expeditis, Landstulam adiit, quam quia
negotio expugnavit, castra ad Bipontum m

tus est. Quia autem rumor per castra erat, Bernhardum Ducem cum auxiliis in propinquo esse, Gallasius suos etiam vires contraxit, omnemq; militem, qui ad obsidionem Francothal o & Moguntiæ fac endamque relictus fuerat, convocavit, ut ferente ita necessitate hostibus commodius resistere valeret. Quandoquidē vero Bernhardus, animi mutata sententia, Lautereccam Crucenacumque progressus est, & Moguntinenses obsidione exemit, convecta in urbem ingenti annonæ commeatuumque cop a, paulo post etiam Bingium & Rüdeshemium arces, (quod exigua militum manus ipsas defenderet) ad incundam deditionem adegit.

Cæterum sub Banero Suecis, ut Imperio decederent, à Saxone imperatum est: illi tergiversari, & pro suorum armorum usu à Protestantibus aurum postulare. Elector Saxo, concordiæ gratia duodecies centena millia Imperialium obtulit. Amplius illi habere voluerunt, & alias quotidie è difficultatibus difficultates volvebant. Elector indignari, & arma minari, nisi obedirent: illi nec amicos se, nec hostes declarare, missisq; subinde legationibus, & spem faciebant & moram. Menses aliquot tergiversatio illa traxit, tum Sueci priores hostilia arma expedivere. Elector irritatus, totius Saxoniæ suæ mole in ultionem excanduit, & jam recedentium terga premens, plerisque oppidis & regionibus eos excussit.

Sueci per Saxoniæ Electorem Imperio decedere jubentur.

Cum Suecico Francofurti ad Mœnum præsidio pari pene processu agebatur. Facta enim per Saxoniæ Electorem & Gallasium de acceptandis constituta pacis conditionibus, admonitione, Amplissimus Civitatis illius Senatus, pro laudatissima sua in Patriam & Rempublicam cura, qua huc usque, ex singulari Dei favore, statum suum salvum, ac præ millibus integrum, conservare, antequam petitis annueret, pacique Pragensi juxta conventa subscriberet, comunicatis prius

Francofurtenses pacis amore Suecos urbe sua eiiciunt, sponte ad monita cedere nolentes.

cum civibus suis de re tanti momenti consiliis) certis iisque urgentibus ex causis, ut nimirum perfectiorem quorundam dictæ compositionis locorum interpretationem, clarioremque sensum acciperet, ad Regiam Hungariæ & Bohemiæ Majestatem quosdam ablegare decrevit. Hoc autem antequam facere aggrederetur, præsidii Suecici Ephorum, Iohannem Vitzthumium ab Eckstatt, Generalem vigiliarū Præfectum, quem vulgò Majorem appellant, de hac re edocendum omnino ratus, totum ipsi aperuit negotium: Quod non approbavit modo, verum etiam asseruit, se quoq; suo nomine legaturum quendam qui liberum sibi suisque militibus abitum impetraret; quam tamen sententiam statim mutavit, per Senatus Deputatos hoc impetrandum relinquens, cui petito & ille promptissimè assensit, memorialem libellum ea gratia Vitzthumium poscens, quod tamen itidem facere omisit.

In transactione cum Rege, Deputatis id, quod Vitzthumius petere videbatur, inter cætera magnæ curæ fuit. Quandoquidem autem plenè ab ipso non instructi erant, Regis favore, Sigismundus Fridericus Rathkeyus, Baro, cum Deputatis Francofurtum ablegatus est, qui Regis nomine cum dicto Vitzthumio de abitu præsens ageret.

Regio itaq; hoc Legato cum Senatus Deputatis in urbem delato ad diem Lunæ XIII. Calendas Augusti, in Curia Francfurtensi, quod Romanum incolis appellatur, inter ipsum & Vitzthumium congressus instituti, collocutionesque habitæ, quæ singula optatum finem in principio respiciebant. Conscriptis autem per Regis Legatum compositionis articulis, datisque, ut per Senatus Deputatos Vitzthumio ad videndum exhiberentur, non modo nulla responsione ipsum dignatus est, verum quas ipse interea conscripserat, conditiones Legato approbandas

remi-

remisit, à quibus nullo postea modo se dimoveri passus est. Qua Vitzthumii pertinacia motus quoque Regius Legatus, exeunte Iulio, unde venerat, ad Regem rediit. Et licet ante ipsius discessum promitteretur, caveretur que, ne partinem alterutra, antequam conscripti transactionis articuli rati haberentur, amplius milites sibi associaret; hoc tamen posthabito, Vitzthumius post Legati regii discessum, quid enimi gereret, statim prodidit, Rosam tribunum Suecicū clanculum ad se introducendo, turresque & propugnacula Saxenhusiana hostilibus præsidiis obfirmando, quæ attentata in ipsas Augusti Calendas incidere.

Nec vero his se tutum satis credens, Quarto Nonas d cti mensis mane ante habita sacra per portam suburbii Saxenhusianam, cui à simiis nomen inditum, effractis valvarū repagulis, excussisq; (cum claves Consuli custodirentur) audaci manu ferꝭs, quingentos milites è præsidio Hanoico temere & hostiliter admisit. Hoc tam audax facinus Magistratus & cives futuræ quoddam spoliationis expilationisq; universæ civitatis prænuntium autumantes, non immerito timebant, accedente in metū, quod paucis diebus ante, præsidiarios hactenus apud Francofurtenses locatos simul Saxenhusium retraxerat, adactisq; de novo in militiæ Sacramentum spolia de Francfurtensibus opima promitteret, Saxenhusium tali modo validissimo militum prȩsidio augens. Huic vero facinori defendendo egregiam prætexuit excusationem, comperisse se asserens, Senatum Francfurtensem, ut Suecos præsidio ejiceret, Cæsarianum aut Darmstadinum militem in auxilii societatem sollicitasse, quod ne fiat, utique sibi incumbere præcavere.

Pupugit hæc Magistratum temeritas & audacia Vitzthumii, ideoq; exprobratis, quæ erant exprobrauda, in sui defensionem, ne incautius op-

primeretur, portam pontis Cis-mœnanam objecto ex fimo ac aliis aggere obfirmari mandavit: nemo enim cognitum habere aut pe ſpicere potuit, quidnam mali Vitzthumius animo verſaret. Aditum itaque per pontem in urbem ſibi interclusum videns, noctis ſequentis beneficio in medium pontis cis molendinum gerras ponere, explere, molendinumque ſui juris facere, ſuis in mandatis dedit; quod animadvertentes excubitores, è turribus & vallis, ſuperiorum juſſu, tormentis ac ſclopetis uſque in diem prohibere conati ſunt.

Nonis Auguſti è diverſis locis machinæ bellicæ in prædictas gerras diſploſæ, quæ ut everterentur, poſt meridiem præſidiarii Francfurtenſes eruptione facta vi eaſdem invaſerunt corruperuntque: qua occaſione Vitzthumiani molendino quidem ejecti, verum reſumptis animis Francfurtenſes iterum repulere, cæſis ab utraq; parte quibuſdam. Veſperi molendinum iſtud artificioſiſſimum à Vitzthumianis concrematum eſt, aliæque crates ante Saxenhuſianam Pontis portam erectæ. Sequente die Sueci majoribus inſiſtentes hoſtilitatibus, è turribus & ædificiis Mœno vicinis Francofurtenſes tormentis & ſclopetis infeſtare acriter cœperunt. Quibus etſi probè reſponſum, Magiſtratus tamen huic malo tempeſtive occurrendum ratus, à Gallaſio quinque millium armatorum auxiliares copias impetravit, quæ ſeptimo idus ejuſdem, Lamboyo Barone, Generali vigilum Præfecto, & Andrea Matthia Keranſio Ducibus adventare.

Poſt horum adventum Francofurtenſes undique tormentis murum è regione portæ prætoriæ ſeu vectoriæ ad Mœnum ſitæ, diverberarunt, quo fervore aliquandiu continuato, ingens ad turrim proximam ruina facta eſt: qua invitati Cæſariani cum Francfurtenſibus, V. dicti menſis, hora ſexta pomeridiana ad nonã circiter Saxenhuſia-

hufianos ad ruinæ aditus oppugnarunt, verum, Vitzthumianis inde non sine virtute propugnantibus, re male gesta atque infecta recedere cogebantur.

Postridie ejus diei in ulteriorem muri illius verum alio loco ruinam tormenta fervidius detonuere: & cum res ingenti periculo conjuncta videretur, oppugnationem erga Suecos in tuto latentes & probe munitos denuo aggredi, quare capacioris ruinæ aperiundæ causa sedecim ædificia Mœno & ruinæ vicina admotis ignibus exusfere, Cæsariani aditum per hoc & ingressum sibi latissimum patefacientes. Nunc ergo non ludos sed rem agi Vitzthumius cernens, licet ultimis Saxenhusianorum fatis inhærere, conclusum haberet, nec cum Cæsarianis pacisci, multo minus cum Francfurtensi Senatu transigere vellet, per pauperum incolarũ tamen lamentationes, ordinariique loci pastoris, vigilantissime apud oves hærentis supplicationes motus, accersito cum ipso tympanista, utrosque Francofurtum ablegavit, qui apud Lamboyum sequentes transactionis articulos impetrarunt, quos eodem adhuc vespere Vitzthumius manus suæ appositione ratos habuit. Tenor eorum hic erat. I. Vitzthumius cum sua legione & quatuor tormentis; Bilavius etiam cum Hanoico milite, more militari omnes instructi cras (tertio idus Augusti) hora septima decederent: Vithumius Gustavoburgum, Bilavius Hanoviam salvi deducerentur. II. Cum hoc præsidio omnes Sueci Officiarii, nullo excepto, abirent. III. Nemo militum inter abeundum vel vi vel alio modo detineretur. IV. Navigia deportandis præsidiariorum impedimentis, & in unum diem sufficiens commeatus concederetur: naves vero donec restituantur, obsides darentur. V. Damna hinc inde, durante obsidionis hujus tempore, data & accepta non vindicarentur. VI. Infirmis & saucia-

tis, donec pristinæ sanitati reddantur, & iter
gredi possint, locus in civitate relinquere
VII. Nemo officiariorum militumve, nec et
eorum supellectilia, ob contractum æs alien
arresto, aut quovis alio modo impediren
Quibus ritè transactis, die cõstituta Sueci Sax
husio excessere, atque hoc modo Imperialis
civitas, non absque maximo suæ Reipubl
ac status detrimento, in libertatem rea
ta.

Res ad Rhenũ, Mœnumq; & in viçinia gesta.

Continuantibus audito modo inter civita
Francfurtensem & Vitzthumium intestinis
sidiis, Bernhardus Dux Saxo, adscita nume
militum Gallicorum manu, cum omnibu
piis Rheni Mœnique fluviorum ripas le
exemptaque Cæsarianorum obsidione, Mog
tia & commeatus in eam convecta copia,
gium ac Rüdeshemium (uti in prioribus na
tum) domuit, quo facto, ad Moguntiam Rh
pontem stravit, traductisque in trans-Rh
nam ripam legionum diversarum signis, in
sarianorum aliquot cohortes incidens, ma
cum iisdem conseruit, & velitares quotidie i
partes pugnæ comittebantur. Tertio Nona
ptembris Franci, associatis ex Bernhardi equ
tu ter mille equitibus, & peditibus mille,
quierio ac Vice Comite Tertennio Ducibu
Francfurtensium usq; speculas excurrere, sp
ani lactati, fore, ut Cæsariani ad Mœnum co
dentes, intellecto hostium adventu, alio co
dant.

Quia vero ad primum statim transitum, q
præterire debebant, ob Cæsarianorum ins
cedere cogebantur, alia via transgressi, a
stias, quæ ad Pagi Husiani molendinum
perrumpere laborarunt; quod ne fieret, C
riani cum quingentis equitibus cui desul
sclopetarii erant immissi, obviam in cam

prodeuntes, diversas hostium cohortes secundo profligare. Cumulantibus vero pugnamque integrantibus Francis, Cæsariani ad angustiarum transitum se receperunt, eundemque acriter sese defendendo retinuerunt; inter dimicandum vero Comes Hatzfeldius, qui conflictui huic intererat, equus, quo vehebatur, globo trajectus Generalis vigiliarū præfectus Lamboyus nonnihil vulneratus est, Cæsis utrinque, captis ac sauciatis non nullis officialibus & militibus.

Cum Cæsarianus itaque ac hostilis Suecorum Francorumque exercitus ab aliquo tempore inter Moguntiam & Francofurtum in campestribus substitissent, & Sueco-Vinariensis miles, ab annonæ in castris penuriam & non numerata stipendia, ægrè se sustentare posset, metueretque, ne à Cæsarianis, qui undiquaque confluebant, subito opprimeretur, Bernhardus Dux Saxo, Postridie Iduum Septembrium, circiter primam pomeridianam equestres copias ex stativis ad Cassellas pagum situs per pontem traducere cœpit, & quatriduo post nauticum pontem revelli mandavit: cumque ex Gustavi Castro omnem apparatum bellicum in naves comportari, ac tormenta majora asportari jussisset, locum Cæsarianis occupandum reliquit.

Hinc Crucenacum Sueci moverunt, quos cum Cæsariani festinato itinere sequerentur, novissimum eorum agmen circa Cuntzhemium adorti sunt, cæsaque majori ejus parte, reliquos in fugam egere.

Interea etiam celebre Regii Saxi munimentum in quo magnus annonæ proventus reperiebatur & arx Falcosteiniana Cæsarianorum potestati concessere: Steinheimienses su-

pra Hanovios Mœno adsidentes, facta per Cæsarianorum tormenta murorum ruina, paratisq; ad oppugnandum omnibus, ipsorum arbitrio se submiserunt, præsidiariis plerisque Cæsari militare jussis. Hanoviæ vero obsidio acriter continuabatur.

Saxonicorum progressus contra Suecos. Elector Saxo sub id tempus novum Suecis, quod militem suum, juxta pacis Pragensis constitutionem, ex Imperio Romano dimovere nollent, bellum paravit: quo cognito, Banerus contractis omnibus copiis, locisque late circum plurimis præsidio nudatis, in vicinos Magdeburgensium agros infudit, peditatu pratum illud *ad Aviariam perticam* dictum ac Albi flumine circumfusum occupante. Equitatus vero per pontem traductus, Saxonicorum machinationibus attendere jussus est: quod dum hi faciunt, Saxones interea equestri pedestrique militia, Capta prius Halla & cohortibus quinque præsidii loco munita, Barbiam concessere, ut per pontem flumine instratum ibi trajicerentur.

Sueciæ Regni Cancellarius, qui durantibus cum Saxone pacis tractatibus, in Magdeburgensium vicinia sederat, cum de Saxonici jam hostilis exercitus adventu certior redderetur, fidem hujus militi non habens, confestim Stetinum abiit, solo Comite Brandensteinio, ad audiendos referendosque Compositionis Pragensis articulos, post se relicto. Qui subitus ejus motus tantum effecit, ut omnis Suecorum exercitus, sublatis ubiq; castris, partim Hamburgum, Lubecam & Luneburgum versus ingens, iter emetiri cogeretur: quem Saxonici pressis vestigiis insequenter, ea expeditione multas, ut audiemus, urbes ceperunt.

Ad Quartum idus Octobris cum quinq; militum legionibus Barbæ moventer sub vesperis initium Egelam pervenerunt. Ejus loci præfecto cum à Saxonicis deditio imperaretur, nec ipse

im-

imperatis respondere vellet, mori se quam locum dedere malle pertinaciter regerens; continuo militum tribunus Zehmius, adjunctis ipsi mille ducentis sclopetariis, ut ad impetum in arcem & muros pariter faciendum se accingeret, in mandatis accepit; quod negotium ubi effectui datum, effracta per ignium crepitacula porta, murisque superatis, civitas militum direptionibus exponebatur. Hinc Gruningâ illinc Oscherslebiam XVI. Calendas Novembris abiere, quam duæ equopeditum sclopetariorum cohortes ad propugnandam expeditæ defendebant. Comprehenso autem in reditu ad po tam eorū Præfecto, qui Magdeburgo bellicum & tormentariæ rei apparatum advexerat, cum eodem exire coacti sunt. Tenenti Halberstadium Suecorum Locumtenenti Weissio idem fere accidit.

Illuc enim cum Vitzthumius, Saxonis vigiliarum Præfectus Generalis, ter mille peditum & legionum sex equestrium copias ducens, se contulisset, viribus se imparem sentiens, locum sine tergiversatione dedidit. In veteri Marchia Garlebiam, Stendalium, Tangermundam, Werbenum Sueci deseruere, eductisq; pluribus ab urbibus præsidiis, Magdeburgum seu potius rudera ejus, (quorum adhuc cineribus integræ quatuor legiones incumbebant) qua cis qua trans Albim Saxonici ac Brandenburgici occuparunt. Successit & Marazinio Vigilum magistro Generali Cæsareo, in Marchiam novam & veterem expeditio: constitutis enim inter Francofurtum & Crossenam quatuordecim legionum stativis, quingentos mille Gartsium invadere jussit, qui ea nocte urbem vi cœperunt, trucidatisq; Sueciæ nationis militibus Germanis vitæ gratiam fecerunt, Præses ejus rem male admodum gessit, dum de hostium impressione intelligens Gartsium Stetinum, ut numerosiori præsidio loco prospiceret, transiit: cui licet adjungerentur,

quibuscum rem laudabiliter gerere potuisset, neglecta tamen redeundi domum occasione, per aliquot dies ibi cuticulam curavit, atq; hoc modo exclusus facilius expugnandi locum ansam reliquit. Hoc successu animosiores Maraziniani, Stargardiam, cum jam capto Gartsio possent, excurrere, quam dum capiunt, ortum incuria militum incendium oppidum magna ex parte devenustavit. Quo subacto, præsidium Cæsareæ militiæ annumeratum, Præfectus vero captivus abductus est.

Gallasius Suecos sub Bernhardo cadit.

Gerentibus hæc feliciter per Marchiam Cæsareis & Saxonicis, Bernhardus Dux Saxo, habito militum prius delectu eum Cardinale Valettano Galliarum Regis Duce Generali consilia comportavit. Cumq;, re belli amplius gerendi deliberata, in Metenses movere copias constituisset, Pridie iduum Septembris ad Nabam supra Crucenacũ circa Meissenhemium, Gallasium adortus est, acriterq; ad manus deventum, ut si Bernhardini fixo pede pugnassent, (procul enim inter pugnandum secesserunt, machinasq; suas in editiore quodam loco, ad comodius eas in Cæsarianos, qui ideo invallem se quandam receperant, exonerandas, disposuere) conflictus ille cruenti prælii nomine celebrari potuisset. Irruentibus autem, ac si furore corriperentur, in hostilia agmina Cæsarianis, eademq; in fugam conjicere connitentibus, tempestive non satis hostes se objecere; nam superati, cum impedimenta [illegible]rum majori ex parte ignibus admotis delerentur, reliquum quicquid erat, & decẽ adjunctas machinas, quæ ex equorũ inopia & viarum difficultatibus avehi nequiverant, Cæsarianis reliquere. Eo ipso tempore Francorum Valli (vulgo Franckenthaliæ) per Cæsarianos quoque, qui eã aliquandiu obsederant, deditionis necessitas imposita. Philippus Mansfeldius Comes præsidiariis liberã cum armis & quatuor tormentis majo-

Francorum Vallis Cæsarianis dedita.

majoribus abeundi facultatē dedit, salvumq; ad Mosellæ usq; fluenta conductū promisit. Castris itaq; ad Francorum Vallem posita sublatis, accessione novarum copiarum obsidio Moguntinensis acrius urgebatur.

Saxonici exercitus Locumtenens Generalis Baudissenus pontem sub id Hecegeræ ad Albim ædificari mandaverat, ter mille aut circiter armatorū pedestres copias trajecturus, quarum opera in expugnando Damitio uteretur. Qua Saxonicorum cognita impressione, Banerus rupta omni mora (postquā ad Altenburgum ejusdem equitatus Generalem Majorem Dehnium acri certamine superasset, cæsis etiam & fugatis plurimis, Generalis Vitzthumii legionis prætoriæ signum equestre cum duobus aliis intercepisset) suæ militiæ Locumtenentem primarium Rotvvinum cum expeditissimorum militum robore præmisit, quoquo posset, modo prædicti pontis ædificationem & perfectionem impediturum. *Sueci in Saxones involant ad Damitium.*

Ad undecimum igitur Calendas Novembris Damitium delatus, urbem illam à Saxonicis circumvallatam videt, exploratoque, longius equitatum eorum abesse, quam ut laboranti ad Damitium peditatui subsidiari possit, de facienda impressione animum versat. Baudissenus, qui urbem corona peditum suorum cinxerat, ut suos continuis obsessorum è majoribus tormentis jactibus impeti cognoscit, ad campestria recedendum nonnihil ratus, ibidem à Suecis paulatim circumventus est.

Tunc demum erumpente è munimento Damitiano ad profligendas Saxonicorum acies, summo Legato Iezvvitzkio, prælium cruentum misceri: & licet Saxones rem strenuè agerent, superati tamen ab hoste, & occisorum plus mille damnum passi, totidem fere si non am-

plius

plus captivos, inter quos aliquid officiariorum erat, desiderarunt. Hoc illato vulnere ulterius ivit, & non pauca oppida recuperavit. Sic Saxones, ægrotorum instar, qui cum levari morbo viderentur, in eum de integro inciderunt, vehementiusque, profligato fere bello, laborare cœperunt.

Et ad Kiritzium iterum.


Itaque in Saxoniam revertebatur bellum, quod indignantes Saxones, iterum jaciendam belli aleam statuerunt: nec Banerius abnuit certamen. Vt ergo ad Kiritzium acies concurrere, vincentes ferè Saxones Banerii virtus vicit, & quinque legiones internecione delevit. Qua altera illata clade magnus Saxoniam metus invasit, majora ab amicis nuper, quam à Cæsarianis passa erat, formidantem.

Res Westphalicæ inter Cæsareos, Suecos, & Hassos.

Nec in Westphalia Sueci locis à se occupatis cedere volebant, licet Guilhelmus Hassiæ Landgravius, inclinante ad pacis compositionem animo, cum Cæsarianis, nec non Reverendissimorum Moguntiæ & Coloniæ Electorum Deputatis familiarius tractans, interea diversis in Monasteriensi & Padebornensi diœcesibus oppidis præsidia sua eximeret. Hinc octavo Calendas dicti mensis Baro Lutersemius, belli Dux Cæsareus, adscita in auxilium hautita numerosa militum manu, Haselam (Embslandiæ oppidum) occupavit, præsidiariosque maximam partem cœpit. Inde Cloppenburgum transiit, hostiliterque infestatum octavo Calendas ejusdem expugnavit, licet ita firmum esset, ut centeni adversus aliquot millia inde propugnare valuissent. Posthæc Quercoburgum, quod tres cohortes legionis Cratzensteinianæ præsidio tenebant, ex inproviso adorientes viceperunt, præsidiariisque partim trucidatis, reliquos in militiam Cæsaris adegere. Quibus successib⁹ territi Sueci, Vechta, Wilshusio, & pluribus aliis ejus viciniæ locis partim transactione facta, partim ultro exierunt.

EO-

Eodem tempore Dux Neoburgicus, acceptata Pragensis pacis capitulatione ex eo jure, occupatas per integrum fere triennium à Suecis Domos Lensbergam, Blanckenbergam, windeckam, & Siburgensem munitionem restitui sibi petiit; quod ut felicius faciliusque succederet, ineunte Octobri ter mille militum copias, additis tribus machinis, Lensbergam amandavit, qui eam à præfecto Sueeico Ducis nomine repeterent; verum his dicto nullus audiens, quosdam plumbo occidit; malo status autem hostiliter paucis post diebus pactus & cum præsidio ac impedimentis, loco restituto, dimissus, est Siburgo eodẽ successu Duci reddito. Atq; hæc sufficiant quibus Historiæ nostræ finem imponemus. *Neoburgico Duci mu'ti restituuntur.*



INDEX.
Rerum Præcipuarum, quæ in hoc opere continentur.

An-

Colo-

Daniæ

G.

Gal-

Lanie-

M

N

Sile-

FINIS.

DECRETA,

DIPLOMATA, PRIVILEGIA ALIQVA,

Ex multis, quæ in favorem

Religionis Catholicæ & Catholicorum.

in GERMANIA emanarunt,

Ab anno 1620. *usque ad annum* 1629.

EX CANCELLARIA AVLICA IMPERII

Nec non ex Cancellariis,

Regni UNGARIAE,

Regni BOHEMIÆ,

Archiducatus AUSTRIÆ, STIRIÆ, CARINTHIÆ, CARNIOLÆ,

Et aliarum Provinciarum, quæ sunt hæreditariæ Domus Austriacæ.

Et ex Cancellaria Cameræ Aulicæ.

EX CANCELLARIA

AVLICA IMPERII.



ERDINANDVS Secundus, Dei gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus, omnibus & singulis Electoribus, Ducibus, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Equitibus, Prætoribus, &c. è omnibus aliis nostris, & Imperii subditis; &c. Nostram amicitiam, gratiam, & omne bonum. Non dubitandum tenemus, quin VV. dilectionibus, & vobis plus nimio notum sit, in qua perniciosa perturbatione nostra dilecta patria nationis Germanicæ hactenus sit fluctuata, cujus diffidentię, & valde periculosi schismatis initium, & scaturigo originaliter quidem mœstissima Religionis sectio extitit, & existit; post hanc autem hoc præcipue, quod contra religionis, & patriæ pacem, quæ propter hoc præcipue fuerat erecta, ut status utriusque Religionis huic paci conformiter, concorditer se invicem gererent, & neutra pars alteri in suo jure, bonis, provinciis, & subditis ullum præjudicium, & damnum inferret; non tantum diversa spolia, & alia perniciosissima attentata fuerint excitata, sed insuper sub quovis modo quæsito prætextu, & per damnosas disputationes super ipsamet Religionis pace, quasi ipsa in suo sensu contra facientibus favisset, defendi & justificari voluerint. Ex quo secutum est, postquam turbatores in aliquot judiciis contrariam sibi sententiam tulerunt, & ob suam injustam invasionem alias jacturas timere debuerunt, ut tandem contra clarum sensum ipsiusmet pacis Religionis, sicut con-

Declaratio primi gravaminis statuum Imperij, in materia Religionis in favorem Catholicorum.

ra alias Sacri Imperii decisiones nullum amplius judicem pati voluerint, sed partem adversariam ad novam concordiam, ut sub specie cujusdam compositionis omne suum jus dimitteret, cogere voluerint, & ad firmandum tale indecens intentum, primo omnifariam occultas intelligentias, secreta pacta, diversas correspondentias, & tandem apertam unionem, & tum cum per exortam Bohemicam rebellionem, optatam occasionem habere arbitrarentur, suum propositum promovendi ulteriores confœderationes cum hujus, & aliarum ditionum, & communitatibus, imo cum hareditarii hostis Turcæ admissione, conciliaverint, usq; dum tandem per tales machinationes tota patria in flammas, & talem statum in quo hucusque gementibus, & lamentantib. subditis fluctuat, fuerit redacta. Quamvis equidē hanc ruinam tam nostri clari prædecessores in Imperio, quam Sacri Imperii Electores mature præviderint, & ex parte sua libenter mederentur, ut anno 1559. cum inopinata querela contra religionis pacem moveri tentaretur, Noster dilectus Avus, & prædecessor Ferdinandus has quærelas judicio Camerali Cæsareo remisit; ipsi vero Protestantes Cameram tum fugientes, & rei decisionem ab ipsomet Imperatore petierunt, tamen hæc decisio propter periculosum bellum Turcicum fuit dilata, & nihilominus non fuit intermissum, quin justitia secundum Religionis pacem tam in Aula Cæsarea, quam Iudicio Camerali Spirensi fuerit administrata, usque dum anno 1613, illi qui se correspondentes appellabant, non tantum de talibus processibus fuerint conquesti cum oblatione novorum gravaminum, sed etiam supra dictam Cæsaream decisionem non amplius admittere voluerint, & pro nova con-

va concordia in illis Comitiis facienda institerint, quod tamen resistentibus Catholicis efficere non potuerunt; unde paulo post dicta Comitia anno 1613. una cum Catholicis etiam DD. Elector Saxoniæ, & Landgravius Hassiæ, nostro D. prædecessori Matthiæ suaserunt, ut supradicta gravamina ex officio Cæsareo decidere vellet juxta constitutiones Imperii, &c.

Quandoquidem igitur nosto officio Cæsareo conformiter perpenderimus tumultus Imperii componere, &c. & propterea ab Electorali Collegio de Mulhausen fuerimus rogati, ut providere vellemus, quatenus illa tam sępe à Statibus introducta, & incusata gravamina, juxta tenorem constitutionum Imperialium, & tam religionis, quam profanæ pacis discuterentur, & deciderentur.

Ea-propter has nostro officio Cæsareo convenientes de lirationes, & decisiones secundum religionis, & profanam pacem, decisiones Imperiales præsertim anni 1566: cum acceperimus confessum fuisse ab ipsismet Protestantibus, in Comitiis anno 1613. hæc gravamina non esse nova; sed sæpius mota, & illorum participes sæpe, ac sufficienter esse auditos. Insuper jam pridem anno 1576. dicti protestantes in suo memoriali ad nostrum prædecessorem Imperatorem Maximilianum pro decisione horum gravaminum dato bono cum fundamento clare sunt confessi, non esse necessarium hujus, vel illius partis consensum aspicere, sed Majestati Cæsareæ totam plenitudinem potestatis convenire suum officium Cæsareum hic interponendi. Quod idem anno 1559. dicti Protestantes nostro prædecessori Imperatori Ferdinando cum hac appendice insinuarunt, Rem cum gravaminibus ita se habere, ut ex puris,

& claris verbis Constitutionum Imperialium, & pacis Religionis decidi possint. Vnde quamvis igitur libenter omnibus talibus gravaminibus nostram Cæsaream determinationem daremus, tamen intendimus, ad hoc etiam ab Electorali Collegio moniti, illa decidere, super quæ ratione submissionis, ne minimum quidem dubium exoriri potest, ut sunt illa gravamina, quæ etiam sine omni submissione in claris verbis Religionis pacis consistunt, & in quorum determinatione ad recuperandam pacem communem plurimum est situm.

Vt rem aggrediamur; reperimus primo, quod contra Religionis pacem, & antiquas non propter hoc derogatas Imperii constitutiones in superfluam disputationem tractum sit, & propterea iste malus status Imperii non parum causatus sit, utrum etiam illæ fundationes, monasteria, & Prælaturæ, quæ in ditione Principum & Statuum sub Religionis pace comprehensorum, sunt sita, potuerint ab illis, quibus provinciç, & territorii potestas convenit, occupari, reformari, & in alia dona libera, vel secundum eorum placitum immutari.

Quod autem hoc fieri non debuerit, neque talis invasio bonorum Ecclesiasticorum, etiamsi Sacro Imperio non immediate sint subjecta, sit justa, habetur ex pace Religionis. ¶. E contra: ubi dicitur, quod Confessioni Augustanæ addicti, alios Sacri Imperii Status antiquæ Religionis, seculares, & Ecclesiasticos cum suis Capitulis, & aliis statu Ecclesiastici, in quocumque loco suam residentiam posuerint, sua Religione fide, ritibus, & ceremoniis, bonis mobilibus, & immobilibus, jure, redditibus, censibus, decimis, jurisdictionibus

bus non spolient, sed innocuos in his omnibus habeant, & ipsis frui sine molestia patiantur. &c.

Quod nunc hæc verba, de aliis statùs Ecclesiastici, non de illis fundationibus, & monasteriis, quæ Imperio immediate subjecta, & Imperii status sunt, sed præcipue de illis, quæ in ipsorum Confessioni Augustanæ addictorum Territoriis, & ditionibus sunt sita, debeant intelligi, hoc non tantum Imperii Acta, & protocolla, quæ super hoc puncto fuerunt celebrata, indicant; sed etiam ex ipso contextu patet, quod illis Ecclesiasticis, qui suas residentias mutaverint, æque ac si præsentes essent, sua bona, & redditus ex aliorum territoriis præbeantur. &c.

Neque obstat, quod in pace Religionis, ¶. Vnd damit, &c. statuitur, ut Confessioni Augustanæ addicti status, in sua fide, cæremoniis, & ritibus, quæ in suis Ducatibus, & ditionibus erexerint, non sint impediti; unde aliqui colligendum putaverunt, eos posse etiam monasteria reformare; nam quamvis talia monasteria in quibusdam concessis juribus civilibus, eo respectum habeant, tamen in fundationibus, & rebus spiritualibus non habent, quod agant cum illis, sed (ut dictum est) sunt Dei, & Ecclesiæ, &c.

Secundo non minus est publicum in Imperio, quod aliqui Status Protestantes contra expressam literam tam pacis Religionis, in ¶. Vnd nach " dem, &c. in quo claris verbis cavetur, si Archiepi- " scopus, Episcopus, Prælatus, vel alius status Eccle- " siastici à nostra antiqua Religione deficeret, ut ille " suum Archiepiscopatũ, Prælaturam, & beneficia, " cum omnibus fructibus & redditibus quos inde " capiebat, sine omni repugnantia, & mora, tamen " sine detrimento sui honoris, relinquere teneatur; "

« & capitulis, aut quibus de jure communi, & con-
« suetudine Episcopatus, vel Ecclesiæ convenit, a-
« liam personam antiquæ Religionis eligendi pote-
« stas concessa sit, qui etiam cum Ecclesiasticorum
« capitulis, & aliis Ecclesiis cum suis fundationibus,
« electionibus, præsentationibus; confirmationi-
« bus, antiquis usibus, juribus, & bonis mobilibus,
« & immobilibus non impediti, & in pace sine mo-
" lestia sunt conservandi, &c. Nihilominus ausi sint, non tantum post suum à religione discessum suos Episcopatus, & Prælaturas retinere; sed etiam quos non habuerunt quærere sub hoc prætextu, quod iste paragraphus, non sit pars pacis Religionis, & in quem nunquam consenserint, sed potius sæpe contra sint protestati. Idcirco diligenter nos informari fecimus, quomodo se res cum illo paragrapho, qui communiter Reservatum Ecclesiasticum dici solet, habeat; & reperimus esse illud quidem sæpe impugnatum, tamen à nullo nostrorum prædecessorum esse pro eorum sententia declaratum, & semper ea quæ in pace Religionis continentur complete sunt observata, ut patet ex Comitiis an. 1555, 56, 57, 59. quibus annis bene fuit contra protestatum, sed semper pax Religionis intacta permansit. Item in Comitiis an. 1566. sub Maximiliano an. 1590. sub Rudolpho, ubi semper reservatum Ecclesiasticum fuit declaratum, tanquam pars pacis Religionis.

Tertio quia tandem iterum producere volunt (quamquam sit primo puncto valde contrarium, in quo nec illis Ecclesiasticis, qui non sunt status Imperii, ullum privilegium volunt concedere) quod etiam subditi Imperii sint capaces pacis Religionis, & ideo Religionis causa à suis Dominis non possint expelli; licet ratione horum gravami-

num

num status Confessionis Augustanæ non sint unanimes; ad cujus prætensionis specimen, ¶ VVo aber, &c. allegant, in quo disponitur, si subditus causa religionis alio migrare, & alibi suum domicilum figere velit; ipsi talis commigratio, & conditio suorum bonorum sine impedimento sit concedenda. Item quod super hoc puncto in causa subditorum, qui fuerunt sub Ecclesiasticis, & tunc exercitium Confessionis Augustanæ attulerunt, ab Imperatore Ferdinando Secundo decretum obtinuerint, in quo pax Religionis ita fuerit declarata, ut tales subditi in sua fide permanere à dominis Ecclesiasticis permittantur, &c. Ita pariter voluimus in hoc puncto (licet ex ipsa pace Religionis in ¶ Vnd damit, & ¶ Dargegen sollen, &c. clarum sit, in quo statibus mediatis suam fidem, & cæremonias instituendi facultas conceditur, & stricte præcipitur; ut in hoc à nemine impediantur) diligenter acta Comitiorum anno 1555. fecimus revideri, ex quo reperimus, quod in magna quidem fuerit controversia, ut aliorum statuum subditis pariter Confessio Augustana fuisset libera, & propterea particularis clausula in pacem Religionis poneretur, tamen hæc à Catholicis nullo modo fuit admissa, quia cum ipsi aliis statibus non præscriberent, quid cum suis subditis agant; injustum foret, si ipsi hac in re legem ab adversariis acciperent. Quoad illud decretum nihil de illo habetur in pace Religionis, neque unquam fuit judicio Camerali insinuatum, neque unquam secundum illud judicatum, multo minus in usum adductum; & sine consensu statuum Catholicorum cum sit derogatio pacis Religionis, & ita vim habere non possit; quia etiam nostri prędecessores ad multiplicem instantiam tale decretum nec pa-

ci Religionis incorporare, nec Cameræ insinuare voluerunt; sed in se ipso ita reliquuere, è contra pacem Religionis semper stabilem, & firmam voluerunt, nos quoque propter hoc decretum à pace Religionis declinare non possumus.

Ex quibus hactenus à nobis discussis, & secundum tenorem pacis Religionis, ac aliarum constitutionum Imperialium, & actorum resolutis articulis, declaramus, & decidimus; Primo quod status Protestantes non habent occasionem conquerendi, & pro gravamine allegandi, quod Ordinum Generalibus, Prælatis, & aliis status Ecclesiastici, qui Imperio non immediate sunt subjecti; dum propter suas fundationes, & bona occupata hospitalia, & alia pia legata apud nos, vel nostrum judicium Camerale, pro necessariis processibus instituerunt; eis sunt elargiti, & super hoc ad judicium, & executionem fuerit progressum: Sed quod è contra status Catholici, merito, & juste fuerint aggravati, & horum mediatorum Ecclesiasticorum patrocinium susceperint, quod ipsis sua bona, & monasteria, quæ tempore concordiæ Passauiensis, vel exinde possederant, contra clarum sensum pacis Religionis occuparint, suos redditus distraxerint, insuper ipsos, ac si pacis Religionis non essent capaces, ab omnibus suis juribus & vindicationibus plane extruserint.

Circa secundum articulum declaramus pariter, confessioni Augustanæ addictos nullam causam gravaminis habere, quod suæ Religionis asseclæ, qui Episcopatus, & Imperio immediatas Prælaturas tenent, vel eas prætendunt; à statibus Catholicis non fuerint habiti pro Episcopis, & Prælatis, neque illis sua loca, & sessiones in Comitiis Imperialibus fuerint præbita, cum è contra ex parte Ca-

te Ca-

te Catholicorum, juxta Reservatum Ecclesiasticum, & ejus indisputabilem literam, quod tales à Religione Catholica digressi Episcopi, & Prælati, nihilominus suos Episcopatus, & Prælaturas retinent, & omnia jura, ac privilegia, quæ in Religione Catholica habuerunt, continuant, ac ratione talium Prælaturarum pro statibus Imperii haberi velint; quod etiam illi, qui non sunt Religionis Catholicæ, multo minus ad statum Ecclesiasticum habiles in tales Prælaturas sese intruserint, & intrudere pergant: itaque totum statum Catholicum Ecclesiasticum, quantum in ipsis, extirpare conentur.

Cum etiam circa tertium punctum aliquorum statuum Protestantium gravamina plane sine fundamento reperiamus, ac si statibus Catholicis negatum esset, in suis ditionibus suos subditos ad Religionem impellere, & si hac in re non accommodare vellent, pro suo libitu eos proscribere, vel eis interdicere, ne in alia loca ad conciones & ad exercitia excurrant, econtra Catholici merito fuerint aggravati, quod eorum subditi ad defectionem fuerint allecti, &c.

Comitia præcipua, & maxime urgentia gravamina, à quibus pax communis dependet, ex claris verbis pacis Religionis, constitutionum Imperialium, & publicorum judicialium actorum copiose, & sufficienter declaratum, ut utra pars conquerendi causam, habeat palam factum sit.

Præcipimus hisce nostro judicio Camerali (quemadmodum in omnibus punctis in decisione controversiarum super pace Religionis, quicquid per nostrum publicum edictum declaravimus, justum & æquum invenerunt) ut secundum

hanc nostram declarationem in posterum sine disputatione, si similes casus occurrerint, in hac nostra declaratione contenti, judicent, & sententiam ferant, & quia spolia; ac turbationes, sicut & occupationes Episcopatuum, & Prælaturarum contra tenorem pacis Religionis, multis in locis publica, & nota, ac non negabilia, & ipsum jus, ut supra dictum, ex verbis pacis Religionis, & aliis Imperialibus sententiis extra controversiam, ita ut aliud non supersit, quam in his casibus parti offensæ assistere, & suum ipsi attribuere, ita ad tenendam utramque tam Religionis, quam profanam pacem tandem decrevimus, nostros Cæsareos Commissarios expedire per Imperium ablegare, tales vel vi, vel alio modo occupatos Archiepiscopatus, Episcopatus. Prælaturas, monasteria, & alia bona Ecclesiastica, quæ tempore concordiæ Passaviensis, aut exinde fuerunt à Catholicis possessa, & injuste fuerunt destituta, ab injustis detentoribus repetere, & aptis ac fundationibus conformiter suffitientibus, ordinate vocatis, & sane idoneis personis providere, & unicuique suum sine superfluis ambagibus attribuere.

Volumus etiam juxta tenorem sæpe nominatæ pacis Religionis, & aliarum super ea Imperialium sententiarum, præsertim anno 66. hisce publice declaratum, & decretum, decernimus etiam, & declaramus, quod talis pax Religionis tantum antiquissimæ Catholicæ Religionis, & nostro dilecto " antecessori Imperatori Carolo V. anno 1530. 25. " Iunii, traditæ immutatæ Confessioni Augustanæ " addictos concernat, omnes aliæ professiones, & se" ctæ, quocunque nomine appellentur inde sint exclusæ, interdictæ, & nullo modo tolerandæ.

Præcipimus inde VV. DD. & vobis omnibus, & singulis

ſingulis ſub pœna pacis Religionis,& profanæ, ut ſe non opponant his noſtris decretis , ſed in ſuis provinciis , & ditionibus executioni ſine mora mandari curent, & non minus noſtris Commiſſariis ad eorum petitionem auxiliatrices manus porrigere,illis autem,qui tales Archiepiſcopatus, Prælaturas, monaſteria, hoſpitalia, & alia bona Eccleſiaſtica tenent,ut quam primum poſt inſinuationem hujus noſtri Cæſarei edicti, ad reſtitutionem, & dereli&ionem talium bonorum commiſſariorum , ipſa ſine detentione , & mora ulla cum omnibus adhærentibus, & pertinentibus reſtituant:nam ſi his non obedirent , aut tardos, & moroſos ſe oſtenderent,ipſi non tantum in ſupradictam pænam Religionis, & profanæ pacis, hoc eſt bandi, & ſuperbandi, & amiſſionem omnium privilegiorum , jurium,& juriſdictionum ipſo facto ſine ulteriori condemnatione, & judicio , ratione hujus ſuæ publicæ inobientiæ incurrerint; " ſed etiam nos quam primum actualem executio- " nem ordinabimus,mandamus etiam,ordinamus, & volumus , quod hoc noſtrum Cæſareum edictum determinatio, & declaratio ab unicujuſque Circuli Principibus in ſuo Circulo publice promulgetur, & ad omnium notitiam perducatur;ut etiam ab iis Principibus miſſis copiis non minor, quam ipſi originali,fides habeatur. Hoc volumus ſtricte. Datum in noſtra civitate Viennenſi , 6. Martii,anno 1629. noſtrorum regnorum Romani decimo,Vngarici undecimo,Bohemici 12.

Copia ſententia diffinitiva in rebus PP.Socie-

IN rebus commiſſionis ad immittendum ad Electorem Colonienſem,&c.inter Patres Societatis Ieſu in Paterbronn,in una contra Dominum Gomitem Simonem de Lipp , accuſatum, ſecunda parte,ratione monaſterii Falckenhagen, ad ſupra

tatis Iesu, & Comitis de Lipp ratione monasterii Falckenhagen, &c.

memorati Electoris immissa acta, & relationes justo consentaneum esse conclusum est ; ut prædicti Patres non impediti de Domini Comitis interlocutoriis , ad dictum monasterium immittendi sint, unde talis immissio est ratificata, à qua etiam de nominato Comite nulla in parte impediantur, si vero ille vel Ordo Equitum Sanctæ Crucis ad hoc monasterium justam causam habere se existiment, juris justitiam reservatam habent. Signatum Viennæ, sub sigillo Sacræ Cæsareæ Majestatis, undecimo Februarii, anno 1626.

Copia Sententiæ definitivæ pro Episcopo Herbipolensi contra Comitem in Hanavv, monasterium Schlichtern contingens, &c.

IN rebus Domini hilippi Adolphi Episcopi Herbipolensis, ac Ducis Franciæ, &c. accusantis in una contra Dominum Philippum Moritium Comitem in Hanavv, & Rinnegg, &c. accusatum, secunda parte, mandatum cum clausula ratione monasterii Schlichtern , omnibus considerandis consideratis, conclusum est, ut dictus Comes Domino accusanti , ac suæ Herbipolensi fundationi nominatum monasterium Schlichtern cum omnibus appertinentiis, pagis, ac subditis relinquere ac restituere debeat. Simili modo sub tempore Comitis Philippi in Hanavv, anno 1567. temeraraias occupationes, sublatas decimas, item omnia mobilia , ecclesiæ ornamenta , litteralia documenta, Vrbatia fides, ac registra cum omni interesse, nec ullo damno raddere, sumptus quoque in juris justitiam expensos persolvere teneatur , ad quæ omnia præstanda, virtute hujus mandatur. Sin vero in petitorio oppositiones justas habere existimet, jus reservatum manere sciat. Signatum Viennæ, sub Sacræ Cæsareæ Majestatis sigillo, decimo Decembris, anno 1626.

Renovatio mandati

FErdinandus Secundus Illustrissimo Friderico Casimiro, Palatino Rheni, Duci Bavariæ, Comiti in

ti in Veldentz, & Sponhaim, qui se Præsidentem Decanatus Strasburgensis, vel quasi nominat, omnibus quoque, & singulis, qui dictæ fundationis violente occupatā Fratrum villam Strasburgi & alia ejusdem Cathedralis Ecclesiæ ibidem bona, jam, vel antehac tanquam Fratrum villæ apperti nentia, detraxerunt cujuscunque dignitatis, aut conditionis, nullo excepto, particulariter tamen Consulibus & Senatui Strasburgensi declaramus: Apud nos Reverendos, & devotos, dilectos N. Decanum ac Capitulares Cathedralis Ecclesiæ Strasburgensis, humillime supplicando intervenisse, ac fuse, lateque nobis declarasse; qualiter Serenissimus, &c. Princeps Cognatus noster venerandus, ac Pater, Imperator Rudolphus Secundus, beatæ memoriæ, anno millesimo sexcentesimo, tertio Februarii, per publicum mandatum in specie Comiti Hermanno de Solms, Ernesto Comiti de Mansfeldt, & Gebhardo Truggsessio, ac tum in communi omnibus eisdem adhærentibus cum omni circumstantia patefececit, sæpiusque repetiverit Suam Majestatem, & DD. antehac diversimode: singulariter sub dato vigesimo Maji anni millesimi quingentesimi octuagesimi septimi, & duodecimo Septembris anni millesimi quingentesimi octuagesimi octavi, sub pœna amissionis gratiæ Sacri Romani Imperii mandasse, ac imposuisse, prædictam Fratrum villam cum omnibus ad Venerabile Capitulum spectantibus bonis & redditibus, quæ post bene latam excommunicationem, & privationem, partim excitatum tumultum, & discordiam intra Archifundationem, & Coloniensem Cathedralem ecclesiam; violento modo occuparunt, restituere, illaque totaliter deserere, ad quod non solum illos non paruisse. sed ultra

ad Archifundationē Strasburgensem spectantis, &c.

ultra alia Canonicorum, Vicariatus, ac Venerabilis Capituli bona, mortuo Episcopo Ioanne: exortoque eo tempore belli tumultu; pagos Bors, Gaispholzhaim, & Zamparthaim suæ ditionis fecisse.

Quæ omnia cùm non toleranda, ac nimia viderentur, à Decano, totoque Excellentissimæ fundationis Strasburgi Capitulo ad suam Majestatem, & DD. gravamina sunt transmissa, ad quæ responsum est, subditos, & incolas istorum pagorum, ratione sui juramenti, & obligationis, quam dicti tres Comites pro se, & pro suis collegiis abstulerant, liberos fore: ac imposterum nulli, nisi Venerabili Capitulo subjectos, ac obligatos esse debere ad cujus rei meliorem effectum dicto Comiti de Solms, & Comiti de Mansfeldt, ac Gebhardo Truggsessio, non minus omnibus illis adhærentibus, sub pœna Sacri Romani Imperii amissionis gratiæ mandatum est, supra & sæpe nominatum Fratrum villam, & alia Capituli, ac Canonicorum loca, ac domus, cum omnibus rebus, ab illis vel ipsorum collegiis transportatis, plenarie restituere cunctaque in pristinum statum mittere, ac ordinare.

Hisce licet, & aliis diversis Suæ Majestatis, & DD. publicatis, ac insinuatis Cæsareis mandatis, prædictos Comites de Solms, & de Mansfeldt Archifundationem quidem deseruisse, Gebhardum vero Truggsessium in præsentia aliquorum testium, juratique notarii se obsequuturum benevolum monstrasse; attamen his, & aliis sepositis, Ducem Franciscum de Lauenburg, ne & ille suis partibus deesset, maxima excogitando gravamina, lamentando sua, suorumque adhærentium damna, defendere, obstare, erga dictam suam Majestatem

ſtatem Cæſarem Rudolphum nonſolum conari, verum ultra Præſidentis titulum ſibi ipſi attribuere non erubuiſſe: mortuo inde Duce Franciſco, Ducem Chriſtianum de Holſtain illum inſequi, ac illud ipſum factitare non abhorruiſſe, adeo quidem, ut una cum ſuis collegis, tam novo uſurpando, & indecenter ſibi attribuendo Præſidentis titulo, quam aliis omnibus juribus, & Imperii ordinationibus contrariis actibus deſtinatę pœnę, ſe participem fecerit; ſed quid ita? nullo inſuper omnino habente jure ad Canonicatus ſibi, & aliis, ac beneficia votum dare, in nominatam ſæpius Villam, & alias fundationis Strasburgenſis Terras, acrius dominari, plus abuti, imo ad talem obſtinationem venire, ut ultra in pagum Zambarthaim, (cujus media pars Capituli) milites imponere attentaverit. Verum enimvero, cum tale Epiſcopus Strasburgenſis, Cardinalis Carolus de Lotharingia una cum ſuo Capitulo ferre non poſſet, & ob id apud Suam Majeſtatem Cæſaream Rudolphũ DD. conqueſtus, auxilium Suæ Majeſtatis humillime imploraret: Mandatum eſt à Sacra Cæſarea Majeſtate anno milleſimo ſexcenteſimo ſecundo, ſecundo Auguſti, ut Dux de Holſtain, ſuique collegę mandatis anno milleſimo quingenteſimo octageſimo ſeptimo; & milleſimo quingenteſimo octageſimo octavo expeditis, publicatis, reiteratis, totaliter pareant, ac obſecundent, omnibuſque illorum mandatorum clauſulis, punctis, articulis, integra reſtitutione, omniumque hactenus Archifundationi, ac Venerabili Capitulo ſubtractarum rerum plana, & juſta reſtauratione ſatisfaciant: prætenſum, ac jure temerarium attentatum Præſidentis titulum (quod magis illorum placito attribui poſſet) caveant, ac omittant: denominatio-

minationem denique aliorum, vel magis intrusionem Canonicorum omnino desistant, ac derelinquant. Hæc fuit Suæ Majestatis voluntas. Rebus vero hinc inde variantibts; contigit, ut ob supradicta exorta bella, illorumque continuationem, tandem de pace, anno millesimo sexcentesimo quarto, intra ambas partes in Hagenavv ad quindecim annos tractaretur; ubi expresse provisum, ac præservatum fuit, elapsis hisce quindecim annis supra nominatum Venerabile Capitulum, omnibus Cæsareis antehac publicatis, & consequenter etiam Cæsaris Rudolphi supra insinuati mandatis, uti, ac virtute eorundem, omnia quæ Capitulo conveniunt, ac de jure meritissimo spectant, occupare, ac suæ ditionis facere posse, potestatem habituros. Vnde cum finiti fuissent dicti quindecim anni, anno millesimo sexcentesimo decimo nono, decimo Decembris, ad stabiliendam pacem, ad alios septem annos, anno millesimo sexcentesimo vigesimo, vigesimo secundo Februarii, ista tamen conditione fuit prolongata, ut ambæ partes in eo statu manere debeant, uti concordia Hagenavvensis clarius habet, ac explicat; nisi forte interea hoc de negotio in Romano Imperio aliud concluderetur, ac ordinaretur.

Quæ cum ita sint, nobisque à sæpedicto Venerabili Capicnlo Strasburgi non solum destinatum, ac conclusum quindecim annorum terminum; sed etiam septem ultra prolongatorum vigesimo secundo Februarii annorum, elapsum fuerit judicatum, intereaque nostri dilecti filii Archiducis Leopoldi VVilhelmi DD. ad nostri dilecti fratris Archiducis Leopoldi DD. factam ordinariam resignationem ad Episcopum ibidem electæ, acceptatæ, ac confirmatæ fuerint; nihilominus tamen

Palatinum

Palatinum Præſidentis Decanatus Strasburgenſis titulo uti contra publica mandata, & ad id nullo habente jure à ſuis illi adſcribi. Quare Decani,& Capitulares obſequentiſſime rogantes,ac flagitantes, placeret,ſæpius dictum Cæſaris Rudolphi ſub dato quinto Auguſti anno milleſimo ſexcenteſimo ſecundo publicatum mandatum contra Tuas DD.tanquam PræſidentemStrasburgenſem renovare,ac confirmare.

Quandoquidem igitur hanc Venerabilis Capituli petitionem una cum aliis in noſtra Cæſarea repertis regiſtratura ſumma cum diligentia perpendere,revidere,ac poſtea nobis referre permiſerimus, juri, juſtitiæque conforme, ac conſentaneum viſum eſt, talia mandata clementiſſime renovare,ac confirmare.

Quare mandamus poteſtate Cæſarea Romana T.Palatini dilectionibus, tanquam prolato, vel quaſi Præſidenti Decanatus Strasburgenſis,& vobis,ſub pœna noſtri,Romanique Imperii æſtimationis ſerio,& ſtricte,& volumus,ut T. DD. & vos proximo poſt harum præſentationem, abſque ulteriori mora,controverſia,fuga,vel quocunque alio modo, aut prætextu fieri poſſet, ſæpius dictis Cæſaris Rudolphi DD. anno 1587. ſecundo & 1600.poſtmodum anno 1602. ſecundo Auguſti, publicatis per Eventualia edicta reiteratis actualem paritionem,noſtro quoque renovato mandato in omnibus punctis,clauſulis,& articulis,integra reſtitutione,omnique reſtauratione,omnes illius ante hac,vel hactenus,ante, & poſt factam ad interim Hagenavvenſem concordiam, Archifundationi,Decano, totiq; Capitulo occupati,ablati, tranſportati, vel etiam T. DD. & vobis præſervati plene,ac totaliter ſatisfaciant, illicitum, & ſolum

& ſolum

& solum ad majorem discordiam, & seditionem attentatum Præsidentis titulum, vel alia proprio placito Ecclesiastica attributa prædicata omnino abstineant, nominando, vel alios Canonicos intrudendo (quod in se ipso quidem vanum, ac invalidum) plane desistant. Præsertim vero vobis Consulibus, totique Senatui Strasburgensi, ut vos dictam Fratrum villam, & alias adjacentes domos, redditus, ac decimas, in urbe, vel extra urbem in quacunque vestra jurisdictione, dicto Decano, ac Capitulo, absque ulla detentione, vel negatione, libere concedatis pagum Lamparthaim nulli alii, nisi Venerabili Capitulo, ejusdemque electo, ac confirmato Episcopo nostris scilicet dilecti filii DD. obedientiam facere curetis annuos census, redditus, decimas, & alia quæ superioribus debentur, persolvere, tribuere, non obstetis, nec vos, neq; T. Palatini DD. hoc in negotio molestos, aut inobedientes perhibeatis, vel si contra nostram spem, paritio intra triginta sex dies non fieret, quas T. DD. & vobis primo post harum insinuationem incipiendo duodecim pro secundo, & duodecim pro tertio peremptorio, & ultimo judiciali die ponimus, vel si illo die judicialis dies non foret, proximo sequenti fide dignos testes productis omnes dein in sua appositione hærentes, nobisque à Venerabili Capitulo nominati, ac specificati, personaliter, aut per advocatum in nostra Cæsarea Curia, ubi illo tempore esse poterit, appareant, ad videndum, audiendum, se in constitutam Sacri Romani Imperii pœnam cecidisse, jure ac judiciali sententia declarandum, proferendum, cum executione deinde, nullo habito respectu procedendum, ut justum est Hoc volumus, & mandamus stricte, si T. DD. & vos venietis, & ad sistendum judicio,

dicio, bene, sin autem, nihilominus T. DD. & vestri absentiæ, ac invalidæ protestationis non ducetur ratio, sed ad difficultates Decani, ac Venerabilis Capituli sollicitationem procedetur, & agetur, ut secundum juris dictionis ordinem decet, ac cōvenit, unde vos disponere scietis. Datæ in nostra Civitate Viennæ, decimo Aprilis, anno millesimo sexcentesimo vigesimo septimo; Romnni Imperii octavo, Vngarici nono, Bohemici decimo. Ferdinandus. Locus Sigilli. V. T. Petrus Henricus de Stralendorff. ad mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium M. Arnoldinus de Clarstain, &c.

FERDINANDVS &c.

Copia Mandati Cæsaris Hamburgi civitati ut Catholicos in suo exercitio nod impediant.

Dilecti, &c. Memineritis, nos diversis vicibus, præcipue sub dato 12. Sept. an. 1622. voluisse, vobisq; mandasse, non solum longo admodū jam tempore, in nostram, ac R. Imp. urbem Hamburgi, subdole introductas, ac diversas repertas sectas, quatenus paci Religionis de anno 1555. in qua duo exercitia, veluti Catholicę Religionis, & Augustanę Confessionis solummodo conceduntur, omnino adversetur absq; mora à vobis esse dimittendas, ac prohibendas, ac nullū aliud exercitium, nisi antiquissimę Religionis, ac incorruptę Augustanæ Cōfessionis, eo modo, quo anno 1530. sub nostro Prædecessore Carolo, beatæ memorię, fuit traditum ac acceptatū, in quo pax Religionis etiam solum est fundata, sive aperte, sive privatim ulterius non esse patiendum, nec concedendum; sed etiam in dicta civitate Hamburgi omnes, ac singulos Catholicos inhabitatores cives, ac artifices, ejusdemq; Religionis homines, externos quoq; mercatores conformiter paci Religionis, sub præcepto amissionis Cæsareæ nostrę gratiæ, atque illius in nostra, supra vene-

venerandi Prædecessoris cognati nostri, ac Patris Cæsaris Rudolphi Secundi, felicis memoriæ, in communi omnibus Catholicis mercatoribus, ac artificibus Hamburgi, ad hunc finem, ut exercitium Catholicæ Religionis, nemine prorsus impediente, administrare, & cohabitare possint, executas Cæsareas literas defensorias, facta Cæsarea confirmatione impositæ pœnæ, liberos in suo exercitio, quod habent, vel in futurum habere poterint, uti etiam in ipsorum Religione & fide nequaquam impediant, molestent, fusius nostris literis declarantibus.

Et uti omni ex parte convenisset, ac decuisset, nostro clementissimo mandato, ratione tam Imperii legum; quam etiam pacis Religionis, obsequi, ac aures facillimas præbere.

Ita nos nullius alterius Clementissimæ spei fuissemus, vos juxta certissimam abnegationem, ac dimissionem dictarum in Sacro Romano Imperio prohibitarum sectarum Catholicos Hamburgi in suo approbato. ac in pace Religionis concesso exercitio; quatenus privatim insuper factitarint, nunquam impedituros.

Habemus tamen à fide dignis, non absque summo nostro mœrore, vos post rescitum, ac recognitum Catholicæ Religionis exercitium minis maximis interdixisse; prohibuisseque cum liceat aliæ sectæ, præcipue Calvini ex Anglia dogma, (quod contra expressas Imperii leges) quin minus etiam Iudæis publica Synagoga, his amore commerciorum, illis ratione annuæ pensionis, concedantur.

Cum igitur non reperiamus, nec videamus, qua de causa vos Catholicis mercatoribus, suum exercitium in Romano Imperio juxta Augustanam Confessionem concessum, impedire, vel denegare queatis

queatis. Vnde mandamus clementissime, ac serio, ut vos ratione dictarum causarum, sub certissima, ac nō emanante, nostræque supra Cæsaris Rudolphi expeditas literas defensorias, confirmationi inserta pœna, Catholicos Hamburgi mercatores, artifices, ejusdemque generis homines, in illorum exercitio, quod vel habent, vel infuturum habere poterint, uti etiam in illorum antiquissima Religione, ac fide, cum omnibus illorum cæremoniis, nulla in parte impediatis, molestetis, sed liberos sua absque molestia exercere permittatis. Ita facturos speramus, ac nos cum Cæsarea gratia erga vos propensi manemus. Datæ Viennæ, 28 Iul, anno 1627.

Copia Cæsareæ determinationū contra Palatinum Augustū, & Ioannem Fridericum Germanos ratione facta, & attētata, de domino fratre Wolffgāgo Wilhelmo Palatino in ipsorum

Sva Romana Cæsarea, etiam Hungariæ, & Bohemiæ Regia Majestas, Dominus Noster Clementissimus clementissime percepit, qualiter Serenissimus, & Illustrissimus Princeps, Dominus Augustus Palatinus Rheni, &c. tam pro se, quam pro suo fratre juniore, Serenissimo quoque, ac illustrissimo Principe Ioanne Friderico Palatino Rheni, &c. apud Suam Majestatem in scriptis insinuaverit, contra seniorem Dominum fratrem Serenissimum Principem Dominum VVolffgangum VVilhelmum Palatinum Rheni, &c. ob inceptam in amborum juniorum fratrum hæreditariis territoriis reformationem vehementissime cū summa humilitate, tam oretenus, quam in sctiptis conquestus in altam, ac profundam duci deliberationem clementissime ordinarent.

Quamvis de cætero Sua Majestas, præfatis ambobus Dominis Germanis in omnibus occasionibus gratificari clementissime, & quam maxime sit propensa; attamen ex istis, de Domino Palatino Augusto in originali productis, inter Illustrissimos tres

hæreditariis territoriis, reformationis Religionis.

mos tres Dominos germanos, 17. Iulii, anno 1615. erectis, & factis fraternis concordiis. tam per ipsos Dominos juniores germanos, quam per illorum subditos completis, acceptatis, approbatisque reversibus; satis manifeste apparet, Domino Palatino VVolffgango VVilhelmo tanquam seniori fratri, & soli imperanti Principi, in dictorum juniorum amborum fratrum designatis territoriis, Ducalem, Principalem superioritatem, tam statuta, quam ecclesiastica mandata promulganda, fuisse reservatam, etiam absque supradicta istorum territoriorum consignatione; nihilominus talia Principatui Neoburgensi sint incorporata, & sic Domino Palatino VVolffgango VVilhelmo Illustrissimo, &c. Celsitudini. &c. propria, & quatenus Imperanti Principi, gubernanda, prout in præfata 17. Iulii, anno 1615. concordata, & demum de ipsis ambobus Dominis junioribus germanis totaliter exequuta fidei sponsione, expresse, & prorsus ingenue se obligarunt, spoponderuntque, nec se, nec ullum amore ipsorum suo proprio seniori fratri VVolffgango VVilhelmo in Principatu Neoburgensi, ob Ducalem, atque Principalem inibi superioritatem; omniaque eidem spectantia, vel ob alias jurisdictiones, hæreditates, redditus, & quomodocunque tandem nuncupari possint, reluctaturos, vel resistere concessuros insuper in cæteris Principatui Neoburgensi incorporatis territoriis, illis vero designatis, & concessis, ratione præfatæ Principalis superioritatis statutorum, appellationum, censuum, & tandem impositionum, tribuendarum pecuniarum, omniumq; aliorum sibi non reservatorum, minimum impedimentum non illaturos.

Quin ultra ipsi in amborum juniorum Dominorum

norum germanorum consignatis territoriis degentes, & habitantes subditi tempore consignationis, in quo omnium trium (sicut fuse fraterna concordia explicat) approbatione germanorum antea concordata, postmodum in calamum dictato, & executo reversu, prorsus clare se obstrinxerunt etiam optime conscii, habita quoque alta rei deliberatione (ut verba formalia sonant) libera in minimo non coacta voluntate, & animo, etiam particulari tradito consensu, & jussu sui clementissimi Principis, & Domini Palatini Augusti, proloquuti promiserunt, ac spoponderunt, quod post factum, & præstitum quoque suo Domino, Domino Palatino Augusto juramentum nihilominus in futurum, uti hactenus, supra nuncupato suo clementissimo Prinipi, & Domino Palatino VVolffgango VVilhelmo, suisq; celsitudinis, &c. virilibus hæredibus, pro solo, & unico imperante Domino, & Principe Neoburgensis Principatus, cujus membra, & subditi existant; agnituros, & professuros, non minus illos, suosque hæredes omnibus, & singulis Principatus Neoburgensis ordinationibus, & mandatis Ecclesiasticis, & secularibus, ecclesiarum, scholarum, superattenentium statutis, sive jam ordinatis, vel in futurum ordinandis, atque in nomine supradicti Principis Palatini VVolffgangi VVilhelmi, quatenus Principis imperantis, & nomine Palatini Augusti, quatenus Domini ipsorum hæreditarii, publicandis firmiter constanter obsecundaturos, & sub cautione pœnarum talibus mandatis, & ordinationibus insertarum, sedulos observaturos: prout etiam litium appellationes, in nullo alio loco, quam in sua Illustrissimę, &c. Celsitudinis, &c Neoburgica urbe, ejusdemque consiliis fieri, sicut etiam omnes ma-

trimonii lites prorsus nullibi, nisi in sæpedicti Palatini VVolffgangi VVilhelmi, de ordinato Consistorio appellari, cognosci, atque exequi debent, tantum diligentissime, quantum debite prospecturos.

Et licet ratione publicationis nomine Domini Palatini VVolffgangi VVilhelmi, quatenus Domini imperantis, & Domini Palatini Augusti, &c. mentio fiat, nihilominus tamen, si forte ambo juniores germani ad eandem consentire nollent, Domino Palatino VVolffgango VVilhelmo Illustrissimæ, &c. Celsitudini cum eadem procedere erit concessum, quia sine hoc, Dominus solum imperans esse non posset. Quod vero in facta fraterna concordia fidei sponsione, atque reversu expresse dispositum, & de omni parte agnitum, approbatum, & acceptatum fuit, imo Dominus Palatinus Augustus in sua Cæsareæ Majestati porrecta supplicatione ipse est confessus, quod paragraphus in fidei sponsione de dato 17. Iulii, anno 1615. declaret omnia ratione mandatorum, statutorum, & ordinationum, tam in Ecceesiasticis, quam secularibus rebus, in amborum fratrum assignatis territoriis, ita observentur, quomodo inter Dominum Patrem, Dominum Palatinum Philippum Ludovicum, & ejus fratrem juniorem ratione assignatorum territoriorum fuerunt observata, ex ipsorum quoque facta concordia, quæ inter Dominum Patrem & ejus juniorem Dominum fratrem anno 1581. esse sufficienter declarandum, prout eadem concordia per Dominum Palatinum Augustum in modum extractus, debito convenienti passu producta fuit. Quæ concordia simili modo declarat, quod si frater junior ad mandata dissentiset, vel concordari nollet, nihilominus Dux Philippus

lippus Ludovicus proinde ac Dominus imperans potestatem habuerit, conclusionem, decisionem edicere,& quanto minus frater ipsius hac in re impedire nequiverit, tanto minus etiam Dominum Palatinum VVolffgangum VVilhelmum sui juniores Domini fratres licet nolentes, impedire, atque obstare poterint.

Et quamvis ambo Domini fratres in paternum testamentum se fundent, attamen de illis ipsis approbata, accepta, a, insuper proprio sigillo affirmat fraterna concordia (sepositis totaliter istis, quod Dominus VVolffgangus VVilhelmus in testamentum consenserit,) aliter insinuat. Itaq; pure, absq; ulla disputatione, exceptione, aufugio, vel quomodo nomen habere poterit, de tribus germanis, ut decet, Principes sincere, incorrupte complenda, observanda remanebunt.

Et cum sæpe dicta fraterna concordia expresse, ac clare satis explicet, quod Seniori Domino fratri, Domino Palatino VVolffgango VVilhelmo, Ducalis, atque Principalis Superioritas, in sæpius dictis, assignatisque territoriis, sicut statuta in Ecclesiasticis, & secularibus rebus ponere sine ulla præfinitione certi alicujus temporis fuerit reservata, imo expresse conclusum, quod Dominus Palatinus VVolffgangus VVilhelmus non solum jam, sed etiam in futurum in Ecclesiasticis, & secularibus rebus statuta ponere, atque instituere possit; & sicut Augustanæ Confessioni addictis secularibus Principibus, & Statibus potestate Ducali, & Principali superioritate, & illæsa Romani imperii Religionis pace, Augustanam Confessionem in suis Principatibus & Provinciis (etiam si antea Catholici exstiterint, & postea ad Lutheranissimum pervenerint) commodo, & apto ipsis tem-

pore introducere cônceſſum;ita etiam ex hoc fun. damento, Catholico Principi, Catholicam Religionem in provincias, in quibus ſolus Dominus gubernans exiſtit (prout ambo juniores Domini fratres, in ſuis hæreditariis territoriis, ſicut etiam inibi degentes ſubditi, & inhabitatores, Dominum VVolffgangum VVilhelmum Palatinum pro ſolo imperante Principe, explicantibus, & ſic declarantibus ſæpenominatis fraternis fidei ſponſionibus, reverſibus, agnoverunt (quando & quocunque tempore illi placet, introducere nullo modo prohibitum, ſed quoque conceſſum manet. Inſuper Domino VVolffgango VVihelmo in iſtis junioribus Dominis germanis aſſignatis territoriis inſtitutio Religionis non ſolum eſt conceſſa, ſed etiam Conſtituto Religionis & omne, quod illi annexum, ſicut etiam jam, & in futurum ſtatuta ponere, per expreſſum eſſe reſervatum.

Itaque cum ex iſtis omnibus aperte manifeſtum ſit, quod Dominus Palatinus VVolffgangus VVilhelmus in amborum juniorum Dominorum fratrum aſſignatis territoriis ſolus Dominus, & Princeps imperans exiſtat, illique Ducalis, & Principalis ſuperioritas clare, & pure ſit reſervata, atque unicuique ſeculari, jubente Religionis pace, Principi ſuo ex officio, inſtitutio Religionis, Eccleſiarum ordines, atque cæremoniæ, omneque illi annexum conveniat. Vnde Dominus Palatinus VVolffgangus VVilhelmus cum recuſata Religionis reformatione illud attentabat, quod ſepe nuncupata fraterna concordia, atque reverſus, ſicut etiam reſervata Ducalis ſuperioritas, ex qua inſtitutio Religionis immediate dependet, & Sacri Romani Imerii pax Religionis concedit, & admittit.

Enim-

Enimvero, quia suæ Romanæ Cæsareæ Majestati, virtute juratæ eorundem Capitulationis, ex incumbente Cæsareo officio prædictam Religionis pacem manutenere incumbat, & quatenus Augustanæ Confessioni addicti Electores, & Status contra Religionis pacem discommodari, vel difficultari, nec possint nec valeant; ita etiam è contra (ex identitate rationis, & ne tam salutaris pax, & constitutio claudicet (justo consentaneum, ne quoq; Catholici Electores, & Principes turbentur, vel graventur, præsertim cum pax Religionis expressissime plus nimio id explicet.

Verum enim vero Ioanni Friderico Palatino, & Domino Palatino Augusto, ratione factæ profundæ, & summæ sponsionis (cum omni condonatione ob læsam sæpius nominatam fraternam concordiam) debitam satisfactionem præstare omni ex parte deceat, & quatenus quoque tam puræ & claræ transactiones & pacta in jure nullam disputationem admittant, verum paratam executionem sub se habeant.

Qua de causa sua Cæsarea Majestas istius clementissimæ sunt confidentiæ etiam ad hoc admonitos volunt, ut in hoc negotio se dirigere, & quieti se tradere permittant, ac velint, rursus cum ista omnia sub fundamentis, quæ de Domino Palatino Augusto pro se, & pro suo juniore fratre sunt producta, & allegata; fundata reperiantur, ideo Sua Sacra Cæsarea Majestas unica communicatione opus esse minime opinatur.

Cæterum quod Serenissimam, atque Illustrissimam Principissam Dominam Dorotheam Mariam Palatinam Rheni, pronatam Ducissam de VVirtenberg, ratione eorundem in Hippolstain consitorum bonorum attinet, cum ipsa sua ex parte se

te se non insinuarit, excepto quod Dominus Palatinus Augustus, quamvis absq; ullo de antedicta Domina, accepto mandato, obsequentissime earundem causa intimavit, & insuper quoq; sola usu fructuaria, & post mortem Domino Palatino Ioanni Friderico (testantibus sæpedictis documentis) appertinentia sint, & ad ejusdem bona adscribenda. In quibus vero bonis Dominus Palatinus VVolffgangus VVilhelmus Ducalem, ac Principalem superioritatem expresse sibi reservavit, prout quoq; inter sæpius dictum Dominum Palatinum Philippum Ludovicum nuncupatorum Dominorum triũ germanorum, venerandum Patrem, & præfatam Dominam viduam, anno 1604. facta concordia, Dominus Palatinus Philippus Ludovicus, tanquã Neoburgensis Principatus existens imperans Dominus, (cujus vices Dominus Palatinus VVolffgangus VVilhelmus jam repræsentat) in dicta concordia omnia jurisdictionalia in ecclesias, scholas, & similia pure voluit sibi quoq; reservata. Sua Cæsarea Maiestas ita constitutis rebus, etiam in ante pronunciata determinatione ratione hujus puncti clementissime manere vult. Quæ omnia illis in Cæsarea gratia, quæ ambobus Dominis Palatinis quam maxime est affecta, ratificari, & intimare clementissime voluit, & jussit. Datum Pragæ, vigesimo secundo Decemb 1627.

FERDINANDVS SECVNDVS.

Copia Literarum S. C. M. ad Electorem Ducem Sa-

SEreniſſime Elector, Illuſtriſſime Princeps, Amice Dilecte, Relatum eſt nobis à fide digniſſimis, Capitulares Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, non diu abhinc Capitularem Conventum egiſſe, ejusq; concluſionis fore, V. DD. filium Auguſtum juniorem DD. quem duobus circiter ab hinc annis, pro

pro coadjutore postularunt, jam pro illorum Capite, & Ecclesiæ Magdeburgensis Archiepiscopo postulaturos, ad cujus rei effectum, Commissionem ad V.DD.ad insinuandam hanc postulationem, earundemq; ad hanc consensum sollicitandum expedituros.

xonia, ne ob narratas causas postulationi Magdeburgensium cōsentiat.

Vti vero V.DD.suisque omnibus ex sincero Cæsareo affectu omne bonum, non minus eorum inclytæ familiæ felicem successum semper optavimus, ac desideravimus:

Ita non dubitandū tenemus V.DD.ut illorum actiones ad hunc usq; diem clare manifestaverunt nullum privatum interesse publico præpositturam.

Quo facto nos non omittemus omne illud, quod hac in re nobis studii fuit accuratissimæ, V. DD. in Germanica fidelissima fide, qua in similibus Romanum Imperium tangentibus casibus, præsertim erga V DD. uti solemus, clementissime patefacere.

Quandoquidem igitur nostro Cæsareo officio conformiter perpenderimus, non solum ea, quæ fundationum causa à multis jam annis Electores Ecclesiastici ac Principes fuerunt conquesti; verum etiam illa, quæ hanc ob rem in Electorali Collegio de Mulhausen nuper sunt deliberata, mota, ac conclusa, nos etiam ab illo toto Electorali Collegio enixe fuisse rogatos, ut providere vellemus, quatenus illa tam sæpe à Statibus introducta, & iucusata gravamina, juxta tenorem Constitutionum Imperialium, & tam Religionis, quam profanæ pacis discuterentur, ac deciderentur.

Inter quæ gravamina, Res N. Saxonicæ fundationis, quæ Catholicis post concordiam Passaviensem sunt detractæ, existunt principalia, ac præcipua.

Vnde V. DD. prudentissime decernere poterit,

 talem

talem decisionem, si se cum dicto Archiepiscopatu immisceat, talique postulationi consentiat, totum opus destructuram, non minus apud omnes diversas cogitationes fore percipiendas, quasi contra sua hactenus habita prudentissima, & gravissima consilia, ipsorummet opinioni faveret, qui pacem Religionis in periculosissimam disputationem trahere non erubuere.

Secundo V. DD. plus nimio palam est, propter hunc ipsum Archiepiscopatum res judiciales, ob occlusam visitationem Cameræ Spirensis, non absque damno totius Regni circumventas, & detentas, fuisse, unde facillime colligere, & cognoscere poterit, per talem postulationem (sine qua alias fortassis per decisionem gravaminum, cum nunc res postulant, dictus seclusus justitiæ cursus facilius aperiri posset) omnia non solum in suis controversiis permansura, verum multo magis fore exagitanda.

Cum etiam circa tertium non simus omnino certiores facti, in quantum se eligentes, & postulantes, præteritæ bene puniendæ rebellionis, ipsorumque existimati administratoris in nulla parte defendendarum actionum participes fuerint, rursus, an illis ex hoc capite (relictis aliis defectibus) talis electio, aut postulatio convenerit, quatenus primum recenter dictum suum administratorem, pro illorum capite agnoverint, illiusque insignia in proximis ipsorum calendariis publice præfigi curaverint.

Quanto V. DD. ulterius habebit ad ponderandum, & bene singulariter ad advertendum; nobis ad defendendam illorum provinciam non parvam pecuniæ summam fuisse expendendam, qualem jure meritissimo, & omnium Electorum vo-
to de-

to de possidentibus esse repetendam, quare ita constitutis rebus donec tota summa restituatur, electus quisquis esse poterit, de prænominati Archiepiscopatus provinciis nullos redditus expectandos habebit. Vnde iterum opinamur hac ipsa de causa V.DD. eo minus causari, tali postulationi consentiendi; quæ omnia in aperta clementissima sincerissima fide ad meliorem V. DD. declarare decrevimus, ejusdem omnino clementissimæ sincerissimæ confidentiæ manentes. V. DD. ad avertendas supradictas controversias, & alias inconvenientias, quæ tantum ad impediendam diu desideratam, summe necessariissimam pacem essent, ita negotia, de quibus si certior fieret; de se ipsa recusaturam, & amore patriæ privatum interesse sepposituram, quo facto facilitabit suas, & futuras alioquin satis difficiles actiones, ac suis, inclitæque familiæ famam, ac laudes parient immortales; de cætero V.DD. &c.

FERDINANDVS SECVNDVS.

Copia Inhibitionis ad Pseudocapitulares Magdeburgenses ut proposita postulatione abstineat, sub dato 11. Febr. anno 1628.

Vobis declaramus certiores de fide dignissimis nos esse factos, quod vos attentare non erubueritis, Capitulare Conventum 23. elapsi mensis Ianuarii ibidem Magdeburgi instituere, ac celebrare, ubi vos conclusisse, postulationem Archiepiscopi Ecclesiæ Magdeburgensis absque nostro præscitu destinare, eaque de causa commissionem ad Electorem Ducem Saxoniæ ablegare, eidem similem postulationem insinuare, consensumque sollicitare proposuisse.

Et uti vestrum propositum cum magna admiratione percipientes, ita etiam summa nostra molestia suscepimus, quatenus etiam vobis ad defendendum difficilimum cadet, præsertim cum talem

 postula-

postulationem contra nostram, veluti Cæsaris, & Domini vestri voluntatem in opus dirigere cogitetis, totoque Romano Imperio ad ulteriores tumultus, & motus, qui infallibiliter, & necessario hinc provenient, causam dare velitis, cum tamen ante omnia (relictis aliis) considerare, & alto perpendere animo debuissetis, nobis, ad defendendum vestras provincias, & ad avertẽdam nostri, totiusque Romani Imperii devastationem, maximam pecuniarum summam fuisse persolutam, quam jure meritissimo, ac omnium Electorum communi voto, & calculo de possidentibus repetere, & exposcere decrevimus. Attamen, quod plus est, audimus insuper partem vestram præteritæ rebellionis illicitarumque vestri existimati administratoris actionum in minimo non defendendarum participem fuisse, ut nos his, & aliis de causis, propositam, particulariter absque nostro præscitu, postulationem concedere, ac annuere ulla ex parte cogitemus.

Vnde vobis serio, & stricte mandamus, ac injungimus, ut in hac re, nullo modo procedere, sed omnibus futuris conventibus, & consultationibus, quatenus electionem, & postulationem instituere arbitremini, usque ad nostram clementissimam determinationem, ac ordinationem omnino abstineatis, aut in contrariam partem, vestrum, de quo vos clementissime admonemus, damnum non accersetis. Sic jubet, vult & mandat nostra clementissima voluntas, &c.

Copia Reiterata patenta ratione reforma-

NOs Ferdinandus Secundus Omnibus NN. & singulis Provincialibus, Vasallis, Officialibus, Præfectis, Quæstoribus, Consulibus Consultoribus, civibus, & in communi omnibus subditis, ac incolis istarum jurisdictionum, ac locorum Sultzbach,

bach, Flos, Vohenstraus, Berckstain, & VVinden, consitarumque in illis urbium, qui virtute fraternæ, anno 1615. factæ concordiæ, inter Serenissimum, Illustrissimum DD. VVolffgangum VVilhelmum Palatinum Rheni, Bavariæ Ducem, Comitem in Veldentz, & Spanhaim, nostrum dilectum cognatum, ac affinem, Principem, &c. DD. ac ejus fratrem Augustum DD. quibus dicti pagi, & territoria sunt assignata, ac tradita, cujuscunque dignitatis, conditionis sint, quibus nostræ Cæsareæ literæ, vel fide dignæ copiæ præsentatæ fuerint, nostram Cæsaream gratiam, ac salutem, illisque dicimus, quatenus meminerit, postquam ratione prædictæ fraternæ concordiæ nominati, ac alii in concordia specificati pagi memorato medio fratri Palatino Augusto DD. ea conditione fuerunt traditi, ut nihilominus Serenissimi Palatini VVolffgangi VVilhelmi DD. ejusdemque viriles hæredes etiam in istis traditis territoriis, solus Dominus gubernans maneat, etiam illi non minus aliis S. DD. subditis omnibus legibus, ac mandatis, sive secularibus, sive Ecclesiasticis, Neoburgensibus, vel etiam Ecclesiarum, scholarum superattendentium Politiarum, provinciarum, & aliarum rerum ordinationibus, vel publicatis, vel in futurum publicandis, obsequentissime obediant, ac exequantur, appellandi negotiorum causa si forent, ad nullam aliam justitiam, nisi sua Palatini VVolffgangi VVilhelmi dilectionis se conferant, exitum, ac follicitationem ibi opitulentur, insuper si provinciarum contributiones concluderentur, ac promulgarentur; ut illi aliis Neoburgensis Principatus statibus se conformes auxiliando, contribuendo, gerant, ac monstrent, omniaque compleant, quæ in concordia conclusa, ac tractata fuere, sibique

tionis Religionis assignatorum Palatino Augusto pagorum ac subditorum

Suæ Palatini VVolffgangi VVilhelmi dilectioni reservavere, quæ omnia Palatini Augusti DD. ratione illorum expeditus reversus fusius declarat, in quo illi sub cautione pœnarum talibus mandatis, ac ordinationibus insertarum; imo proprio juramento, quo Palatini VVolffgangi VVilhelmi DD. tanquam illorum Principi sunt obstricti, sub perditione omnium bonorum, tam mobilium, quam immobilium, præsentium, & futurorum, nil excepto firmiter constanter observaturos spopondere.

Illi vero in omnibus occasionibus, præcipue in persolvendis annuis censibus, ac decimis omnino morosi, ac contrarii, uti etiam expresse supradictæ factæ fraternæ concordiæ, illorumque hac de causa expedito reversui adversetur, erga sæpius memoratam suam Palatini VVolffgangi VVilhelmi dilectionem tanquam ipsorum Principis, inobedientesque existere.

Quibus omnibus ad nos perlatis, sub dato Viennæ octavo Martii, anni millesimi sexcentesimi vigesimi septimi, cum male egisse clementissime videremus, & illorum Palatini, VVolffgangi VVilhelmi DD. reservata juramenta traditusque reversus, ac facta concordia, longe aliter insinuent, ac doceant, per nostram publice promulgatam Cæsaream patentam Romana Cæsarea potestate, ac sub quinquaginta ponderum auri pœna, ac rursus sub cautione particularis Banni, illorum reversui inserti, clementissime, serio, & stricte mandavimus, ac adhortati sumus, ut se in persolvendis, ac deponendis istis censibus, ac debitis Palatini VVolffgangi VVilhelmi DD. reservatis, ac tanquam fratri seniori provinciarumque Principi, appertinentibus, ac propriis nullo modo contrarios,

r os, aut inobediētes exhibeant, nec se de præstādā obligatione seducere permittant, sed suæ dilectioni, illiusque hæredibus, quod alioquin debent, in omnibus obediunt, illasque pro illorum vero Domino ac Principe agnoscant, ac honoribus afficiant, ejusdem mandatis vel Prohibitionibus, jubente reversu, ac facta supradicta concordia, sive secularibus, sive Ecclesiasticis obsequentissime obsecundent; ac in omnibus ita se exhibeant, ut fideles inhabitatores, vassallos, & subditos, erga verum Principem ac Dominum gerere, ac se monstrare docet, ac convenit, nec in nullo se opponant, omnia declarante, ac explicante nostro Cæsareo publicato, ac promulgato diplomate.

Cum igitur adhuc nostra clementissima intentio, voluntas, ac mandatum sit, ut debito modo suæ Palatini VVolffgangi VVilhelmi dilectioni obtemperent, ac se, ut obedientes subditos convenit, erga suum verum Dominum ac Principem promptos, ac sedulos exhibeant.

Erudimur tamen, partem illorum, cum non diu ab hinc sua Palatini VVolffgangi VVilhelmi dilectio ratione sibi reservati Prioratus, Catholicam, & Apostolicam Religionem introducere conaretur; totam contrariam, ac obstantem se ostendisse, variasque oppositiones attentare non erubuisse, cum tamen salutifera pax Religions, quantum se subditi submittere debeant, clare, ac manifeste doceat, ac declaret, præsertim cum insuper habeamus, suam Palatini VVolffgangi VVilhelmi dilectionem illi desiderato modo obedire nolentibus, libertatem emigrandi, virtute pacis Religionis proposuisse, ac concessuram declarasse.

Quare supradictam nostram Patentam cum omni sua intentione in potestate Romana Cæsarea,

ac pœna illis inserta repetimus, clementissime volentes, ac mandantes, ut illi nostræ Cæsareæ patentæ ad nutum obediant, ac obtemperent, omnibus Palatini VVolffgangi VVilhelmi dilectionis, tam secularibus, quam Ecclesiasticis legibus ac mandatis debito modo obsecundent, seque erga suam dilectionem, ut decet; ac convenit, fideles, ac sincero, suo vero Capiti, ac Principi inhabitatores, benevole, ac obsequentes monstrent, & in specie in continuatione dictæ reformationis ita se accommodent, ut paci Religionis sit consentaneum, ac de cæteris Electorum ac Principum subditis factum.

Ita facturos, ac omnia sub sæpius dicta pœna exequuturus clementissime, & certissime speramus, quo facto adimpletur nostrum velle, ac jubere. datæ Pragæ 24. Aprilis, anno 1628.

Copia Patenta ad Palatinum Ioannem Fridericum, ratione reformationis 24. April. anno 1628.

NOS Ferdinandus Secundus Omnibus & singulis inhabitatoribus, Vasallis, Officialibus, Quæstoribus, Præfectis, civibus, Consulibus, Consultoribus, in communi omnibus, & singulis incolis, & subditis istarũ terrarum, ac jurisdictionum, Haideck, Hilpolstain, Allesperg, & Gizzin, cunctisque illis insitis civitatibus, villis, & pagis, qui ob factam fraternam concordiam anno 1615. Serenissimi, ac illustrissimi Domini VVolffgangi VVilhelmi Palatini Rheni, Ducis Bavariæ, Comitis in Veldentz, & Sponhaim, nostri dilecti cognati affinis, & Principis, &c. DD. illarum fratri Iohanni Friderico DD. deputati sunt, ac assignati, cujuscunque conditionis, status, aut dignitatis, nostras Cæsareas litteras vel copias, quibus nos ipsi non minorem fidem ipso originali præstitimus, inspecturis, lecturis, vel legi audituris, nostram Cæsaream gratiam, & omne bonum, damusque illis ad percipiendum, &c.

Licet

Licet plus nimio vobis constet, ob factam fraternam, & stabiliendam meliorem concordiam, supradictos, & alios specificatos pagos, nominato juniori fratri Palatino Ioanni Friderico, DD. ista conditione fuisse resignatos, ac traditos, ut nihilominus Dominus Palatinus VVolffgangus VVilhelmus DD. ejusque viriles hæredes in suprema narratos, assignatos ac traditos locos, gubernare, ac regere, veluti prior Dominus, ac Princeps, habeat, ac omni jure conveniat; quare vos non minus aliis suarum DD. subditis omnibus, & singulis Neoburgensis Principatus ordinibus, legibus, & mandatis, temporalibus, & spiritualibus, insuper ecclesiarum, scholarum, superattendentium, politiarum Generalibus, vel aliis ordinationibus, quomodo, vel qualiter ordinata vel publicata esse poterint, vel imposterum ordinari possint, obsequentissime obsecundent & pareant, omnes similiter appellationes uti antea à prima in antia ad earundem ordinatam justitiam portēt, processum, ac determinationem ibidem sollicitent. Insuper si provinciales contributiones concluderentur, ac promulgarentur, ut vos aliis Provinciarum Statibus conformes geratis, dietæ VVolffgangi VVilhelmi Palatini DD. auxilio, & modo possibili non desitis, non secus agentes nisi uti in concordia prolatum, ac conclusum fuit, Dominique VVolffgangi VVilhelmi DD. sibi ipsi reservavit, non minus etiam supradictorum Domini Ioannis Friderici Palatini DD ut ista de causa expeditos reversus fusius monstrabunt, ac declarabunt in quibus omnia sub pœna, & amissione dictis mandatis, & ordinationibus inserta, vestra ipso juramento erga sæpius dictam Domini VVolffgangi VVilhelmi Palatini, DD. quin ultra sub perditione vestrorum mobilum,

mobilum & immobilium bonorum præsentium, & futurorum, nil excepto firmos, & stabiles vos obsecundaturos, promittitis ac spondetis.

Nos tamen non diu abhinc certiores facti sumus, vos cum prænominatæ Domini VVolffgangi VVilhelmi Palatini DD. ratione reservatæ sibi ipsis jurisdictionis Catholicam Religionem introducere statuisset, omnino contrarios se monstrasse, comminationemque omnium oppositionum attentare ausos fuisse.

Quod cum in nulla parte defendere possitis, & vestra ipsa Domini Palatini VVolffgangi VVilhelmi DD. juramenta & obligationes, etiam traditi ratione erectæ fraternæ concordiæ reversus longe aliud iubeant, ac insinuent; quin imo pax Religionis, ejusque in S. Romano Imperio observantia; quomodo in talibus casibus procedendum sit, & quantum se subditi submittere debeant, sole clarius monstrent, & indicent, præsertim cum rursus perceperimus, sæpe nuncupati Domini VVolffgangi VVilhelmi DD. vobis desiderato modo Catholicæ Religioni applicare nolentibus, libertatem emigrandi, virtute pacis Religionis concessisse.

Quæ cum ita se habeant, omnibus, & singulis tam in communi, quam particulari, potestate nostræ Sacræ Cæsareæ Majestatis, ac sub pœna quinquaginta ponderum auri, mediam partem pro nostra Cæsarea, alteram pro dicti VVolffgangi VVilhelmi DD. infallibiliter persolvendi, præterea sub cautione omnium earum singularium pœnarū vestris reversibus insertarum stricte, ac serie mandamus, & volumus, ut nonsolum in persolvendis vestris censibus, & decimis; verum etiam in omnibus aliis casibus, quos D. VVolffgangi VVilhelmi

Palatini

Palatini DD. sibi ipsis reservavit, præcipue, & in specie in continuanda Reformatione ita vos geratis, & accommodetis, ut Religionis paci sit conforme, & consentaneum, ut etiam de aliis subditis Electorum, & Principum factum est neutiquam, contrarios; ne dum pigros vos ostendatis, & monstretis, nec à nullo ad præstandam obedientiam vos detrahere, aut subducere permittatis, sed suam DD. ejusdemque hæredes, quatenus estis obligati, & obstricti, pro vestro vero Domino, & Principe, cognoscatis, honoretis, ejusdemque mandatis prohibitionibus ratione tam factæ concordiæ, quam vestris ipsis Reversibus, eo adhortantibus tam in temporalibus, quam in spiritualibus, obsecundetis, in omnibus quoque eventibus fidelissime assistatis, & succurratis; & ita vos in cunctis habeatis, ut fidelissimos inhabitatores, vasallos, ac subditos erga suum Principem & Dominum convenit, & decet. De cætero caveatis in minimo adversari, si nostram Cæsaream gratiam amatis, & propositas pœnas aufugere velitis. hoc volumus stricte. Datæ Pragæ, vigesimo quarto Aprilis anno 1618.

Brevis enumeratio aliquorum negotiorum, quæ sub Imperio Sacra Cæsarea Majestatis Ferdinandi Secundi, &c. in puncto Reformationis Religionis in Cancellaria Imperii tractata sunt, &c. ab anno 1620, usque ad 1629.

ANno 1626. undecimo Iulii, Comes Ioannes de Nassavv per literas Cæsareas fuit admonitus ratione institutæ Reformationis in suis provinciis.

Anno 1527. ultimo Augusti, idem Comes Ioannes de Nassavv iterum fuit monitus, ut Reformationem Religionis in opus dirigeret.

Anno

Anno 1627. 30. Octobris, Serenissimo Electori Duci Bavariæ pro recepisse ad instantiam inceptæ
„ Reformationis in Palatinatu superiori, rescriptum
„ est, cum illa quantum possibile progredi.

Anno 1626. nono Novembris, Dominus de Marck Comes, similiter fuit admonitus Reformationem in suis dominiis & provinciis promovere.

Anno 1628. decimo quarto Ianuarii, Dominus Episcopus Augustanus, eo fuit instructus, ut in omnibus pagis, qui Catholicis Regiminibus sunt subjecti, cum omnibus jurisdictionibus, & juramentis tam ratione officii Episcopalis, quam etiam ratione pacis Religionis, Reformatione instituat.

Anno 1628. vigesimo quarto Aprilis, Illustrissimo Domino VVolffgango VVilhelmo Palatino contra suum fratrem Augustum ista conclusa patenta in prædicto reformationis transmissa est.

In simili contra alium fratrem Dominum Fridericum Palatinum, &c.

Anno 1628. vigesimo nono Maji, Generalis Teutonici Ordinis in principio Reformationis eo fuit informatus, ut in istis locis, suo nobilissimo Ordini appertinentibus, in quibus tam principalem, quam ordinariam jurisdictionem habet, Reformationem ex declaratione pacis Religionis instituat, ac possit.

Anno 1628. undecimo Augusti, declarata est determinatio ratione in præcepto Catholicarum processionum, & ratione introductionis novi Calendarii.

Anno 1628. septimo Aprilis, Serenissima Infanta, & VVilhelmus de Baden sunt admoniti, Electori
„ Treverensi in Comitatu Sponhaimensi assisten-
„ tiam præstare.
„ Anno 1628. vigesimo primo Februarii, Domino Comiti

Comiti Ioanni de Nassavv Cæsarea patentâ de non emigiando ad tales lo os in quibus prohibitæ in S. Rom. Imperio doctrinę, ac exercitia docentur, contra suos subditos est transmissa.

Sub Dato secundo Decembris, anno 1627. ad instantiam Domini Episcopi Augustani mandatum pœnale cum clausula contra Dominum Præpositum Elvvacensem fuit expeditum, ut Dominus Episcopus Augustanus Catholicum Parochum pro civitate Aalen denominet.

Anno 1626. vigesimo septimo Novembris, simile mandatum fuit decretum cum clausula ad instantiam Episcopi Augustani contra Comitem Ludovicum Erhartum in Oetingen ., &c. possessionem ., vel quasi monasterii Munchroth, specificata bona, cum omni Ecclesiastica, & seculari administratione, cum omnibus ablatis literis, paratis pecuniis, argenteis, & ecclesiæ vasibus; cum omni emolumento à tempore destitutionis, restituere, ac in administrando monasterium Domino Episcopo Augustano non obsit., sed jure utatur.

Anno 1623. vigesimo sexto Iunii, ad instantiam Domini Episcopi Augustani, Abbatis Campidonensis, & Decani in Gronnenbach, contra Dominũ Christophorum VVolffgangum in Pappenhaim, mandatum pœnale cum clausula fuit decretum, ut fundationem, Decanatum, ac Capitulum in Gronnenbach, cum omni tam Ecclesiastica, quam seculari administratione, homines, bona mobilia, & immobilia, cũ omnibus sublatis literis pertinentiis, & emolumentis restituat in pristinum statum, cum exercitio Catholicæ Religionis, uti ab antiquo ante, & post pacem Religionis in usu fuit, transferat, hæreticos prædicantes, & factores dimittat,

dimittat,& in administranda ista fundatione, contra publicam pacem nihil tentet.

Anno 1627. primo Septembris ad instantiam Domini Episcopi Constantiensis, contra civitatem Vlmam, quatenus paci Religionis est conforme, citatio ad videndum se incidisse in pœnas, cum annexo mandato cum clausula fuit decretum, omne illud, quod contra Religionis pacem, uti in mandato specificatur, egerunt, & attentarunt revocare.ac detelinquere, Domino Episcopo in suis jurisdictionibus, quas Vlmæ meritissimo jure habet, super Ecclesiastica loca, monasterium VVangen, ac Catholicos cives, & incolas detentione à Sanctissimis Sacramentis, juxta ritum Catholicum occlusione sepulchrorum, & interdictione celebrandorum Sacrorum, detractione scholarum Ecclesiasticæ doctrinæ, & aliorum contra Ecclesiæ ante, & post pacem Religionis, bene usas, & administratas ceremonias, exercitatorum gravaminum, non molestent, nec obstent.

Anno 1628. trigesimo Martii, ad instantiam totius Ecclesiæ Sancti Patrodi in Saiis, & Comitatus Marck pœnale mandatum sine claula restitutionis & inhibitionis fuit expeditum, illos cum judicialibus contradictionibus non gravari, sed iterum restituere, prætensas ad præposituras, Archidiaconatus, Canonicatus & Vicariatus, Calvinisticas immoderatas personas dimittere, & è contra ex jure devoluto à Capitulo provisas Catholicas personas in pace relinquere.

Anno 1628. quarto Februar. ad sollicitationem Archidiaconi in Dortmundt, contra civitatem ibidem, cum Cæsaris Rudulphi mandatum fuit expeditum; intra, & extra civitatem, ac in toto Comitatu Dortmundt, ecclesiarum, scholarum, capellarum,

rum,hospitalium,sepulchrorum,ut ante, & longe post Passaviensem concordiam in usu fuit, exercitum Catholicæ Religioni concedere : hæreticos prædicatores, professores ablegare, ac ordinario, & Archidiacono in omnes ecclesias,scholas,capellas,Catholicos substituere licere, Ecclesiastica bona restituere,& omnibus aliis gravaminibus totaliter abstinere.

In eadem causa Electori Coloniensi sub eodem dato commissio fuit injuncta , civitatem ad debitam paritionem mandati adhortari, vel in contrarium,executionem per concessa S. Imperii remedia arripere.

Anno 1623. XXIII. Februarii, ad instantiam civitatis Dunckelspil,contra Comitem Ludovicum Eberhardum de Oetingen mandatum pœnale sine clausula decretum est , introductum hæreticum prædicantem in pagum Schoxfloch inhibere, subditis ibidem exercitum Catholicæ Religionis , ac Dei servitia,persuasione prædicantium non occludere,ac dictam civitatem substituendo Catholicos Sacerdotes non impedire.

Anno 1623. XXIII.Martii,ad instantiam Domini Episcopi Eistetensis, contra Onoltzbach, mandatum pœnale cum clausula fuit decretum claves dicto Domino Episcopo, ad Ecclesiam Gellersreuth cum omni illo,quod acceptum est,restituere,duos transportatos census , & decimas Parocho in Hebingen,ac subditos in Catholica Religione inconturbatos permittant.

Anno 1622. VII. Septembris, ad instantiam Domini Præpositi Eluacensis contra Degenfeldt mandatum pœnale sine clausula fuit conclusum , impositum Ecclesiæ Eibach,hæreticum concionatorem dimittere, Domino proposito, ejusque fundationi

dationi, in suo jure patronatus, Religione, cæremoniis, jurisdictione, censu, & decimis, ac administratione non molestent, acceptas claves, annales, libros parochiales re[illegible].

A[illegible]624. x[illegible] Junii, ad instantiam Ordinis Franciscanorum, mandatum pœnale sine clausula fuit expeditum contra Pseudocapitulum, & civitatem Halberstaten[illegible]em, Ordini omnia sua, & quidem Ecclesi[illegible]m Sancti Andreæ in urbe ibidem restituere, do[illegible]nos eidem appertinentes derelinquere, ac Religiosos contra protectorium Cæsareum in Statu, ac vestibus Religiosis, liberos, ac immolestos relinquere.

Anno 1623. xxx. Octobris, ad instantiam ordinis Ioannitensium Lauenturn in Franckfurt, contra Comitem de Hanavv, mandatum sine clausula fuit decretum, impositum Parochum hæreticum in Rudigkaim abdicare, Ordinem Ioannitensium in sua jurisdictione erga Ecclesiam ibidem Rudigkaim, ut etiam in jure patronatus, & præsentandi, inturbatum permittere.

Anno 1627. decimo quinto Aprilis, Dominus Abbas in Keisersheim, contra Comitem in Oetingen mandatum cum clausula acquisivit: Monasterium Zimmern cum omnibus pertinentiis, & fructibus relinquere, documenta litteralia iterum restituere.

Anno 1628. xxı. Februarii, Domino Comiti de Nassavv in primo institutæ Reformationis contra Comitatum Singern patenta contra illius subditos, de non emigrando in loca ub[illegible] prohibita in Sacro Imperio documenta, ac exercitia inveniuntur, & audiuntur, concessa est.

Anno 16[illegible]4. III. Maji, ad instantiam Generalis Fratrum Ordinis Sanctæ Crucis, contra Ben[illegible]im mandatum

mandatum pœnale fuit decretum sine clausula; monasterium Oisterberg Ordini cum omnibus bonis, & fructibus restituere ac Ordini, ejusque Conventui, in ipsorum institutis, regulis, administrationibus; visitationibus, & correctionibus in spiritualibus, & temporalibus nullam offensam dare.

Anno 1628. xiv Aprilis, ad sollicitationem fundationis Rees, contra Comitem in Culebach, mandatum cum clausula fuit expeditum ad Parochialem, & Beneficia V Verdenbroitschen, vel Catholicos præsentare, vel investitos à Capitulo in illorum exercitio non molestare, nec hæreticos introducere.

Anno 1628. 11. Martii, pro Electore Trevirensi contra Palatinum in Zvvaibruck, mandatum cum clausula fuit publicatum, Abbatiam Hornbach, cum inventis pecuniis, argento, & auro, vino, fructibus, & registris, ac documentis restituere.

Anno 1626. XIII. Octobris, ad instantiam Comitis de Schvvartzenburg, contra hæredes Onolzbach mandatum expeditum, in primo institutæ Reformationis Religionis Domino Comiti, quod potestate Religionis pacis facere potest, non impedire, nec obstare.

Anno 1624 secundo Maji, pro Domino Soethoff contra prætensum Archiepiscopum Magdeburgensem, mandatum promulgatum, dictum Dominum in suam Præposituram in Altenhaldens imponere, introductum amovere. Abbatissam ibidem in suscipiendis novitiis, uti etiam sustentatione Monasterii, disciplina, & exercitio Religionis Catholicæ non impedire.

Simile mandatum etiam pro Conventualibus in Altenhaldensleben expeditum est trigesimi Iunii, anno 1624.

Anno

Anno 1625. XIII. Februarii, pro Abbate in Salmansvveil, Kaisershaim, & Elchingen, contra civitatem Vlmam, mandatum sine clausula fuit expeditum, actorem Kaisershaimensem negatione juris civilis in suo officio non impedire, ac prælatis, in posterum ea in re parcere.

In causa Herbipolensis, contra Hanavv, mandatum pœnale cum clausula decimo tertio Novembris, anno 1624. decretum, Monasterium Schlichtern reddere cum omnibus pertinentibus pagis, & documentis, ac in pristinum statum ponere.

Anno 1626. x. Novembris, in eadem causa sententia definita est.

Anno 1627. quinto decimo Aprilis, executoriales promulgatæ sunt.

In eodem, XXIII. Martii, anno 1628. Electori Bavariæ, & Landgravio Hassiæ commissio executionis indicta est.

Anno 1622. quarto junii, propter Monasterium Monachorum VVasserlehr, contra Comitem de Stolberg, mandatum exequutum est.

Anno 1624. XXVIII. Martii, declaratio pœnæ, & arctiores definitæ sunt.

Item arctiores executoriales sub pœna banni, vigesimo junii, anno 1624.

Anno 1626. decimonono Februarii, ad instantiam Domini Episcopi Herbipolensis, contra Onoltzbach, mandatum pœnale cum clausula definitum est, introductum prædicantem in Segniz amovere, Ecclesiam, & Parochiam relinquere, registra, ac documenta una cum clavibus ad Ecclesiam, & Parochiam restituere, Dominum Episcopum, ejusque vasallum Zobeln de Biberbach in suis juribus non molestare.

Anno 1628. vigesimo Iulii, pro Domino Generali Teuto-

li Teutonici Ordinis, contra Officiales Hohenloische, citatio ad perpetuam pacem, cum annexo mandato decreta est, clausuras in Ecclesia, & Parochia Stainach avulsas, iterum affigere, ac omnia illata damna resarcire, Catholicos Sacerdotes munere suo fungentes non perturbare.

Item ad instantiam Domini Episcopi Augustani, contra civitatem Memmingen in primo Reformationis Ecclesiæ DD. Virginis processus definitus est.

Item contra eandem civitatem ratione Præceptoriæ Sancti Antonii.

Anno 1628. III Iulii, ad instantiam Domini Episcopi Augustani, Duci VVurtenbergensi scriptum est, propter tria detenta monasteria, ut Lorch, Brenzenhausen, & Herbertingen, suam declarationem remittere intra duos menses.

Anno 1628. XXIV. Martii. Domino Generali Teutonici Ordinis Commissio transmissa est, in civitatibus Giengen, Bopfingen, Nordtlingen, Aalen, Dunckelsphil, & Gmundt ob Religionem inquirere, ejusque defectus, declaratione juris, etiam Religionis pacis, restituere, & uti tempore concordiæ Passaviensis fuit, in pristinum statum transferre.

Anno 1628 secundo Iunii, Archiduci Leopoldo, ac Episcopo Constantiensi commissio fuit indicta, in civitatibus Memmingen, & Kempten, ob Religionis differentias, tractationem instituere, ac dein eo providere, ut omnia in pristinum statum tempore concordiæ Passaviensis transferantur.

Ad instantiam Episcopi Augustani, contra Onoltzbach, XI. Februarii, anno 1628. scriptum est, Collegiatam fundationem in Feuchtvvangen de ipso præstare; aut illius necessitatem evidentem intra duos menses remittant.

In causa constitutionum contra VVurtenberg,

 ratione

ratione restitutionis monasterii Reichenbach, Domino Comiti de Sultz, & Doctori Hildenbrandt commissio fuit indicta.

Quod Hirsfeldt fundationem attinet, Electori Moguntinensi pro apprehendenda possessione nomine Archiducis Leopoldi VVilh. commissio fuit transcripta secundo Augusti, anno 1627.

Anno 1627. xv. Novembris, ad instantiam fundationis, contra civitatem ibidem Strasburgi, mandatum cum clausula decretum est, detractam Archiecclesiam, & Canonicos cum redditibus, &
" pertinentiis restituere, & omnia in illum statum
" transferre, in quo ante, & post pacem Religionis
" fuit, habitatores in Catholico exercitio impeditos
" permittere.

Propter civitatem Kauffbeurn, omnes una cum antiquis commissionibus sunt renovatæ.

Anno 1627, III. Iulii, propter restitutionem Monasteriorum, Maulborn, Konigsbrunn, & Bebenhausen, ad instantiam Abbatis Kaiserhaimensis, Duci de VVirtenberg scriptum est, ea de causa, infra duos menses suam declarationem faciat.

In simili Onoltzbach scriptum est ratione Monasterii Hailbrunn, sub eodem dato.

Anno 1627. vigesimo sexto Novembris, pro Ordine Præmonstratensium Duci de VVirtenberg scriptum est, restitutionem Monasterii Adelberg ordinare, vel intra duos menses causas validas rescribere.

Propter Monasterium Munden, Electori Bavariç scriptum est.

Anno 1628. XXVIII. Februarii civitati Francofur-
" ti mandatum est, & Elector Moguntinus admoni-
" tus iutroductionem Capucinorum promovere.
" Anno 1628. Duci de Holstain mandatum est, Monasterium Arsenvveck derelinquere pro Cartusianis.

Propter

Propter Carmelitas in Ravenſpurg, Equiti Ordinis Teutonici in Alshauſen, & Doctori Eberhardo commiſſio inſinuata eſt, eccleſiam derelinquere.

Propter Dominicanos Norimbergæ: Rottenburgi juxta fluvium Tauber, Pfortzhaim, Vlmæ, Nordtlingæ, Eslingæ, Strasburgi, Halberſtadii, VVorms, civitatibus ſcriptum eſt, cum prædicta Monaſteria contra pacem Religionis detineant, derelinquere xv. Auguſti, anno 1628.

Propter Dominicanos Spiræ, Electori Moguntino commiſſio eſt inſinuata, reſtitutionem templi promovere. Anno 1626. XI. Iulii, ratione templi Dominicanorum Ratisbonæ, accordatio facta eſt, ac ſacra Cæſarea Majeſtas confirmavit.

Propter fundationem Neuhauſen ratione Electoris Moguntini, tanquam Epiſcopi in VVorms, Sereniſſimæ Infantæ ſcriptum eſt, Electorem Moguntinum immittere.

Anno 1628. quinto Ianuarii, pro Ordine Præmonſtratenſium Sereniſſimæ Infantæ ſcriptum eſt, Monaſterium Præmonſtratenſe in Kaiſerslautren ordini iterum reſtituere.

Domino Generali Ordinis Teutonici, contra civitatem Norimbergam, in prædicto exercitio Religionis Catholicæ, in Collegio Germanico proceſſus inſtituatur mandatum eſt.

Anno 1628. primo Auguſti, ſcriptum eſt civitati Norinbergæ, civibus ad audiendum ſacrum in do- in domo Teutonica non obſtare, & non impedire, præſertim pendente proceſſu.

Anno 1625. PP. Ieſuitis, 14. Novembris, in civitate Memmingen protectorium fuit transmiſſum.

Propter admittendos PP. Ieſuitas in Memmingen, civitati eidem ſcriptum eſt 30. Iunii, & 11. Dec.

Anno 1627. ſeptimo Decembris, civitati Dort-

munt,pro admittendis Patribus Iesuitis, scriptum est.

Anno 1628,decimo quinto Iulii,abbati in VVerden,propter reformationem Religionis in civitate Essen commissio fuit insinuata.

Anno 1628.xiv.Decemb.pro Domino abbate in Fulda,rationeMonasteriiMonachorum in Hochst, mandatum cum clausula fuit definitum.

Propter reformationem in Colmar, Archiduci Leopoldo commissio fuit insinuata.

Propter Ecclesiæ restitutionem DD. Virginis in Magdeburg,commissio est expedita.

Item sub eodem dato, ad ejusdem Domini Episcopi instantiam, mandatum pœnale contra civitatem Aalen sine clausula fuit decretum,denominatum à Domino Præposito Elvacensi, & Domino Episcopo Augustano, in Parochiali Aalen investitum Parochum, in decenti reverentia habere, in suo parochiali officio non molestare, sed defendere, simulque omnia Ecclesiastica bona, præcipue Capellaniam Sancti Spiritus, in pristinum statum erigere.

Anno 1628.XIII.Augusti,ad instantiam Domini Episcopi Eistetensis contra civitatem Norimbergensem,mandatum pœnale cum clausula fuit expeditum, monasterium Bildenzum cum omnibus juribus, & emolumentis relinquere, omnia documenta,& privilegia cum omnibus Ecclesiasticis,& secularibus mobilibus restituere,& in pristinum statum ordinare.

Vigesimo nono Novembris eiusdem anni, ad ejusdem Episcopi Eistetensis instantiam, contra illustrissimos Molsbachienses hæredes, in prædicto exercitio Catholicæ Religionis in pago Buebenhaim mandatum pœnale cum clausula fuit decretum,ut ad detractam Ecclesiam claves restituant,

milites

milites abducant, ac Domino Episcopo in exercitio Catholicæ Religionis nullam molestiam inferant.

Item propter duo monasteria Hiericho, & Gottesgnad.

Ratione Ordinis Ioannitensium, contra civitatem Rottenburg juxta fluvium Tauber, civitati scriptum est,&c ut restituat detractam Ecclesiam, vel informet.

Item ratione Ertlingen Comiti in Oetingen,&c

Ob Iesuitas in Falckenhagen,contra Comitem de Lipp, sententia prolata,& definita est, interim etiam commissio ea de causa ordinata est.

Propter restitutionem monasteriorum, &c. Seboldt, & Mauritz, Comiti de Isenburg pro reformatione scriptum est, pro ordine Præmonstratensi.

Item ratione fundationis Conradts VVorff, ad Comitem de Hanavv.

Propter civitatem Franciscanorum in Geelhausen,scriptum est civitati 4. Augusti,anno 1628.

Item Civitati Lemgavv, Civitati Fridtburg,ratione Hailbronn civitati,& Episcopo Herbipolensi.

Item Civitati VVezlar,Franckfurt.

Item ratione Hildershaim,civitati ibidem, & Electori Coloniensi.

Ratione Gotingen,Domino Tilli.

Ratione Hirschfeldt,Electori Moguntino.

EX CANCELLARIA
REGNI VNGARIÆ.

Annuentia, seu remotio impedimenti, ut Clerus Hungaricus de rebus suis mobilibus disponere, & testari valeat.

NOs Ferdinandus, &c. Ad perpetuam rei memoriam pro nobis, ac hæredibus, & successoribus nostris, recognoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis Quod cum universus Inclyti regni nostri Hungariæ fidelis clerus, demisse nobis supplicaverit, ut Prælatis Vngaricis facultatem, ac potestatem certa aliqua ratione, de bonis ipsorum, (quæ quidem patrimonialia non sint) mobilibus disponendi, atque etiam testandi, quæ ratio, ac modus imposterum uti firma regula, & norma, in notabile Catholicæ Religionis emolumentum, ab omnibus æquo jure perpetuo observari posset, clementer concedere, nec non super id Regium nostrum diploma impertiri benigne dignaremur: Nos pro solita nostra in Deum pietate, & continuo rerum omnium, quęcunque in majorem cultus divini propagationem, atque Ecclesiastici status, & boni publici conservationem, & augmentum cedere possunt, pro viribus promovendarum studio, ac zelo, uti pro benigno etiam, huic in primi Hungarico Clero, ob præclara, & insignia sua, in nos, & Religionem Catholicam, ac totum Vngariæ Regum merita, gratificandi desiderio, memoratis ejusdem Cleri Vngarici postulatis, ac precibus, subsequenti modo, ac ratione, clementer annuimus, atque assentimur, prout vigore hujus diplomatis nostri regii annuimus, & assentimur, ac proinde ex certa nostra scientia, animo bene delibera-

to, li-

to, sano accedente consilio, & de Regiæ potestatis nostræ plenitudine, omnibus, & singulis Regni nostri Vngariæ Prælatis benigne admittimus, & concedimus, adeoq; expresse declaramus, decernimus, & statuimus, ut ipsi in posterum perpetuis futuris temporibus sequentem de mobilibus suis disponendi, atque etiam testandi facultatem, & potestatem habeant, eademque facultate, ac potestate, absque omni impedimento, & contradictione in hunc modum, & hac præscripta ratione, & ordinatione, quiete, & libere, uti, frui, & gaudere possint, & debeant. Nimirum, si Prælatus Capitulum habens, vel in capitulo existens decedat, sive testamentum condiderit, & executores ordinaverit, sive non, teneatur capitulum tres probatæ fidei viros, ex suo corpore, quorum unus Regio nomine semper deputetur, & interveniat) destinare, qui & funeri curando, & mobilium cujusvis generis consignationi, Inventario conficiendo, & fideli conservationi attendant, quique sub pœna excommunicationis, & amissionis beneficii, (quam pœnam Prælati, infidelitati, si quæ hic admittetur, inflixerunt) & amissione honoris, obligati sint omnia fideliter consignare, nec quicquam distrahi sinere. Mobilia vero Prælati defuncti ita dispensentur. Primo honesta nec sumptuosa sepultura procuretur, & quod refrigerio animæ eleemosynæ pro facultatum ratione fiant. Deinde servitoribus, & creditoribus satisfiat: ubi tamen attendendum, ut si aliqua debita, in præjudicium Hungarici Seminarii, de quo inferius mentio erit, à defuncto essent contracta, ita ea uti hisce expresse prohibita pro nullis, & penitus irritis habeantur, adeoque nulla ratione solvantur, ad hæc, juxta statuta synodi Tyrnaviẽsis, Libri omnes capitulo cedant, ad erigendam bibliothecam, indumenta Sacerdotalia, & altarium orna-

mentaEcclesiæ cedant:utensilia domestica,mensę, lecti, scamna, & similia successori relinquantur. Quod superfuerit mobilium, cujuscunque generis,etiam allodialium,ejus media pars,in usum erigendi Seminarii,vel postquam Seminarium in perfecto statu fuerit, Parochiis meliorandis servetur, ut ad censum collocata summa alique, alumni clerici educari,vel tandem Parochiis,in deteriore conditione constitutis subveniri possit, ubi Metropolitano Strigoniensi,ac aliis Episcopis videbitur;teneantur tamen tam executores, quam prædictæ personæ Capitulares ad inventandum destinatæ, eidem Metropolitano Strigoniensi, pro tempore existenti, ac etiam in alia diœcesi fuit, Ordinario loci inventarium exhibere, ac rationem peracti sui muneris sufficientem dare. Et de alia hujusmodi mobilium media parte libere liceat Prælatis juxta Sacrorum Canonum præscripta testari,& disponere. Speramus tamen eos, confiniorum, quæ communis patriæ,adeoque totius Christianitatis propugnaculum sunt,ut piissimæ causæ in testamentis memores futuros. Si defunctus Prælatus,nec Capitulum habeat,nec membrum sit Capituli alicujus,in eo casu Diœcesanus,in cujus Diœcesi beneficium obtinuit, vel residentiam habuit,is,qui obiit,vel certe Capitulum propinquius aut Conventus vicinior,prædicta omnia per Ecclesiasticas personas ad id deputatas,exequi curabit.Cum autem servitores mortuorum hæc forsitan ulla ratione impedire, vel rapinis sese tradere præsumpserint, executores testamenti, vel ad inventarium conficiendum destinati, eos ad plenam usque satisfactionem,invocato brachio seculari,etiam in persona detinendi potestatem habeant. Mandantes idcirco,& serio pręcipientes universis,& singulis præsentibus,& futurisRegni nostri Hungariæ Palatino Iudici,

Iudici, Curiæ Comitibus, Cameræ nostræ Hungaricæ Officialibus, Præsidiorum Supremis, ac Vicecapitaneis, atque liberarum Civitatum Magistratibus, aliisque omnibus nostris, & Regni nostri Hungariæ subditis, & fidelibus cujuscunque status, gradus conditionis, vel præeminentiæ extiterint, ut sæpius memoratos ejusdem regni nostri Vngariæ Prælatos, eorundemque Capitula, & Diœcesanos, atque magis vicina Capitula, & Conventus, imposterum perpetuis futuris temporibus, Præscripta testandi, & mobilia defunctorum prælatorum relicta curandi, & dispensandi potestate, ratione, & ordinatione pacifice, quiete, & sine omni impedimento, vel molestia, plene uti frui, & gaudere sinant, nec non eisdem etiam, atque iis, quibus cura hujusmodi executionis demandata fuerit, quotiescunque requisiti fuerint, juxta hujus clementissimæ nostræ annuentiæ tenorem, & contenta, ad talia in omnibus, & singulis punctis, clausulis, articulis, sententiis, & verborum expressionibus, ad convenientem effectum perducenda, decentem operam ferant, & quantum necessitas exegerit, serio assistant, idemque ab aliis pariter fieri sedulo curent. Si quis autem contra hoc nostrum Regium diploma, & ejus contenta quicquam attentare temerarie ausus fuerit, is nostram, & hæredum, ac successorum nostrorum Hungariæ Regum indignationem, & pœnam gravissimam se noverit ipso facto incursurum. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Regi appensione munitarum. Datum in civitate nostra Regia Soproniensi, die undecima mensis Decembris, anno Domini 1625. Regnorum nostrorum, Romani septimo, Hungariæ, & reliquorum octavo, Bohemiæ vero anno nono.

Fundatio Collegii Iauriensis pro Patribus Societatis Iesu

NOs Ferdinandus, &c. Memoriæ commendamus tenore præsentium significare, quibus expedit universis. Quod considerantibus nobis, quibus potissimum adminiculis, fides, & Religio Christiana à tot retro annorum seculis, ad hæc usque tempora, inter genus humanum non solum propagata, sed & conservata extiterit, rerum etenim per universa Orbis Christiani regna, tam altas radices figendo, in tantum, & tam late patentum sui splendorem, atque potentiam excreverit, inter alia divinæ providentiæ subsidia, animadvertimus. Principes pios, ipsiusque Religionis Christianæ studiosos, & amantes, præcipue autem eos, penes quos nonnunquam summa quoque rerum orbis potestas stare solebat, in ea cum impensius dilatata, & ornata, tum vero defensa, & ad nostram ætatem usque transmissa, plurimum semper momenti attulisse: nam si sacras veterum historias evolvimus, pietatem in Deum, quæ ex sola veræ fidei cognitione provenit bonorum semper, & piorum Principum tempore floruisse; regnorum vero gubernaculis ad impios delatis, innumeris persecutionibus, sæpissime fuisse obnoxiam comperimus, & quam tandem continua quadam Christianorum, & piorum Principum successione factum sit, ut eas sibi vires, eam potentiam pararit, quibus, ut cernere licet, universum pene Orbem suis subdidit legibus, inter alia plurima orbis ipsius Christiani regna, Hungaria quoque, Deo Opt. Maximo gentis illius quoque saluti misericorditer prospicere volente, suavissimo ipsius Fidei Christianæ jugo collum præbuit. Quo facto cum à Divis quondam Hungariæ Regibus, nostris prædecessoribus, piæ memoriæ, non minorem in augmentanda, & ornanda,

nanda, quã conservanda Relig'one ipsa factum esse videamus diligentiam: Eorum vestigiis nos quoque insistere volentes, quum videamus plurimis hæresibus infecto, perditissimoque hoc seculo honesta liberalium artium studia, ad extirpandas hæreses ipsas, vel impii illius Cæsaris apostatæ Christianorum liberos, à frequentandis liberalium disciplinarum scholis, publico edicto prohibentis testimonio plurimum conducere, ut ea in regno quoque nostro Hungariæ florere, uberesque cum pietatis, tum etiam cultiorum morum fructus, passim edere possit; ad gloriam inprimis Dei omnipotentis, deinde vero Catholicæ quoque Fidei profectum, Regnique nostri Hungariæ commodum, Collegium Societatis Iesu, quæ nostris temporibus in erudienda juventute, cum circa Religionem veram, & Catholicam, tum etiam honesta literaria studia summam facere dignoscitur diligentiam, in præsidio nostro Iauriensi ereximus, & fundavimus; ad rationem nostram certis domibus, & ad ædificandum idoneis spatiis in præfato præsidio sitis: primo quidem domo à provido Thoma Stahel, cui ab Oriente adjacet spatium, in quo olim egregii quondam Vincentii Gregoroczii domus extructa fuisse dignoscitur. Secunda, quæ prædictæ domui Stahel ab Occidente adhæret, à provido Ioanne Mereo. Tertia denique quæ secundæ a parte Occidentis contigua est, à nobili Helena, filia egregii quondam Gregorii Grebechkii, certorum peditum in dicto præsidio Iauriensi Ductoris, consorte autem egregii Ioannis Dalles Vicecomitis Comitatus Iauriensis, pro certis pecuniariis summis coemptis, & comparatis, prælibato quoque spatio domui memorati Thomæ Stahel jam venditæ ad Orientem adjacente, pro commodiori fabricæ structura; deposito tamen prius apud

magiſtratum precio, quod jurati & periti æſtimatores juſtum decreverint, ut hæredibus, aut ſucceſſoribus, quibus nimirum, aut cuinam ex determinatione, & edicto Iudicis, ſententiaque deinceps locus ille, ſiquidem in lite verſatur, acquiſitio ejuſdem fundi, & ſpacii, ceſſurus eſt, aſſignetur, converſo, & deputato Eccleſia, Collegio, & ſcholis inibi erigendis, uti nimirum de commoda manſione, in erigendo templo, collegio, & ſcholis ipſis proviſum exiſtente, ejuſdem Societatis Patres inibi jugiter Deo famulari; ac erudiendæ juventuti, continuam operam dare poſſint, & valeant: prædicta domorum, & ſpaciorum loca ad rationem noſtram, uti promiſſum eſt, coempta, & comparata, memorato Collegio Societatis Ieſu, in prædicto præſidio noſtro Iaurienſi per nos noviter fundato, erecto, & conſtituto in perpetuum dedimus donavimus, & contulimus, ita, & tali conditione, ut ſufficientes Societatis illius viri Religioſi in collegio illo continuo reſideant, ut ea, quæ ad peragendum rite cultum divinum, erudiendamque in pietate, & honeſtis literis pubem Pertinent, fideliter, diligenter, & ſollicite obeant. Imo damus, & conferimus, jure perpetuo, & irrevocabiliter, cum omnibus juribus, & privilegiis, quibus antiqui poſſeſſores præfatarum domorum, & ſpatii adjacentis, uſi ſunt, ac uti potuerunt, harum noſtrarum, quibus ſecretum ſigillum noſtrum, quo ut Rex Hungariæ utimur, eſt appenſum, vigore, & teſtimonio literarum. Datum per manus fidelis noſtri nobis dilecti Reverendi Stephani Semyey de Kis Sennye, Epiſcopi Vacienſis, Conſiliarii noſtri, & Aulæ noſtræ per Hungariam Cancellarii, in civitate noſtra Vienna Auſtriæ, die vigeſima menſis Septembris, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo, vigeſimo ſeptimo. Regnorum noſtrorum, Romani nono

Hunga

Hungarici, & reliquorum, decimo, Bohemiæ vero anno undecimo.

Confirmatio fundationis Collegii Posoniensis.

NOs Ferdinandus, &c. Memoriæ commendamus tenore præsentium, significamus, quibus expedit universis. Quod considerantibus nobis, quibus potissimum adminiculis, Fides, & Religio Christiana, à tot retro annorum seculis ad hæc usque tempora, inter genus humanum non solum propagata, sed & conversata extiterit, verum etiam per universi Orbis Christiani regna, tam altas radices figendo, in tantum, & tam late patentem sui splendorem, atque potentiam excreverit, inter alia divinæ Providentiæ subsidia animadvertimus, Principes pios, ipsiusque Religionis Christianæ studiosos, & amantes, præcipue autem eos, penes quos nonnunquam summa quoque rerum orbis potestas stare solebat in ea cum impensius dilatata, & ornata, tum vero defensa & ad nostram ætatem usque transmissa, plurimum sæpe momenti attulisse. Nam si sacras veterum historias evolvimus, pietatem in Deum, quæ ex sola veræ fidei cognitione provenit, bonorum semper, & piorum Principum tempore floruisse; regnorum vero gubernaculis ad impios delatis, innumeris persecutionibus sępissime fuisse obnoxiam comperimus, & quam tandem continua quadam Christianorum, & piorum Principum successione factum sit, ut eas sibi vires ac potentiam pararit, quibus ut cernere licet, universum pene Orbem, suis subdidit legibus, inter alia plurima Orbis ipsius Christiani regna Hũgaria quoq; Deo Opt. Maximo gentis illius quoq; saluti misericorditer prospicere volente, suavissimo ipsius Fidei Christianæ jugo collum præbuit. Quo facto, cum à Divis

quondam Hungariæ Regibus, nostris prædecessoribus, piæ memoriæ, non minorem in augmentanda, & ornanda, quam conservanda Religione ipsa factum esse videamus diligentiam; eorum vestigiis nos quoque insistere volentes, quam videamus plurimis hæresibus infecto, perditissimoque hoc seculo honesta liberalium artium studia, ad extirpandas hæreses ipsas, vel impii illius Cæsaris Apostatæ, Christianorum liberos à frequentandis liberalium artium scholis, publico edicto prohibentis testimonio plurimum conducere, & ea in regno quoque nostro Hungariæ florere, uberesque tum pietatis, tum etiam cultorum morum fructus passim edere possit. Hinc est, quod ex clementi annuentia, & voluntate nostra, ad gloriam in primis Dei Omnipotentis; deinde vero Catholicæ quoque Fidei profectum, regnique nostri Hungariæ commodum, Collegium Societatis Iesu, quæ nostris temporibus, in erudienda juventute, tunc circa Religionem veram, & Catholicam, tum etiam honesta literarum studia summam facere dignoscitur diligentiam in civitate nostra libera Posoniensi, Comitatusque ejusdem existente, erigendum, & fundandum esse duximus. Pro cujus quidem Collegii erectione, & perpetua conservatione, fidelis noster nobis sincere dilectus Reverendissimus in Christo pater Dominus Pazmanus, Archiepiscopus Ecclesiæ Metropolitanæ Strigoniensis, &c. certam fundationem, juxta formam, & modum hisce literis nostram insertam fecisse dignoscitur tenoris infra scripti. Nos Petrus Pazmanus miseratione Divina Archiepiscopus Ecclesiæ Metropolitanæ Strigoniensis, Legatus natus, Primas Hungariæ, summus Secretarius, & Cancellarius, ac Sacratissimi Principis, & Domini, Domini Ferdinandi Secundi, Dei gratia Electi Romanorum Imperatoris semper

Augusti

Augusti, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Regis, &c. intimus Consiliarius; Damus pro memoria: Quod cum pro pastorali nostra obligatione, de resarciendis Catholicæ Religionis in Hungariæ ruinis assidue coram Deo cogitaremus, nullum nec præsentius, nec magis necessarium occurrit tantis malis remedium, quam si studiosa iuventus in ætate teneriore, suavi ductu, & ad Fidem ac pietatem una cum literis inbibendam, per pios, & sedulos operarios informaretur. Et quoniam peculiari quodam divinæ largitatis munere, sancta Societas Iesu, ad erudiendam juventutem, sancto, & salutari zelo felicissime incumbit, tenerasque & adhuc flecti faciles, necin malo obrigescentes plantulas, cœlesti olim Paradiso feliciter inserendas, indefesso studio excolit, summopere semper necessarium judicavimus, ut domicilium ipsis in hac Regia civitate Posoniensi, honestaque sustentatio assignaretur. Quamobrem, posteaquam Capitulum venerabile Posonii constitutum, ac ipsa quoque civitas Posoniensis in tanta hujus loci angustia, situm haud incommodum ad diligentem Suæ Majestatis Cæsareæ, ac Regiæ, nostramque instantiam, Collegio concesserunt, certis conditionibus, in originalibus literis declaratis: Nos quoque inducti Dei amore, ac Religionis Catholicæ promovendæ studio, peculiarique affectu, quo prædictam Societatem, sicut animam nostram amplectimur, eisdem Patribus Societis Iesu, pro erigendo, & in perpetuum conservando Collegio Posoniensi, quinquaginta millia florenorum Rhenensium, ex propriis mensæ nostræ proventibus, Viennæ in loco securo, ac dictis P. idoneo depositos; de facto damus, donamus, & in perpetuum conferimus; nullum jus, nullamq; proprietatem eorum nobis, vel successoribus reservando,

vando. Litteras etiam originales omnes ad prædictæ summæ censum, & capitale spectantes, eisdem Patribus una cum hisce literis fundationis per manus tradimus. Illud unum per expressum caventes, quod si successivis temporibus, ex occulto aliquo irascentis Dei judicio, Patres Societatis Iesu, Collegium hic Posonii continuare non possent, illo casu tantisper donec Societas iterum Posonium redire possit, summam illam capitalem, ejusque censum vel bona stabilia, si quæ forte illa pecunia emerentur, teneantur in usum Hungarorum, extra Hungariam studentium, ac ad statum Ecclesiasticum aspirantium, bona fide convertere. Deum Opt. Max. humillimo, instantique affectu oramus, adoretur hoc sacrificium bonæ voluntatis nostræ, & e quæ de manu ipsius accepimus, ad nominis sui obsequium convertamur, eumque ex hac tenella fundatione, in utilitatem Ecclesiæ Catholicæ, & fructum redundare velit, quem tanta necessitas afflictæ patriæ exigit, & ego ex animo voveo. Datum Posonii in curia nostra Episcopali, die undecima mensis Septembris, anno Domini millesimo, sexcentesimo, vigesimo sexto. Nos itaque pro singulari nostra in Deum pietate, zeloque & affectu, erga incrementum Religionis Catholicæ salvificæ, in isto quoque Regno nostro Hungariæ, ejusmodi fundationem acceptamus, ratam habemus, ac in perpetuum duraturam confirmamus, & diplomate hocce roboramus: ac ut tam tempore felicis nostræ gubernationis, & regiminis dicti Regni nostri Hungariæ, quam etiam successorum nostrorum, legitimorum scilicet Hungariæ Regum, ab omnibus, & singulis, quorum interest, ratum firmum, & validum ut habeatur, benigne, ac firmiter habere volumus, statuimusque & decernimus. In quorum robur & firmamentum,

hasce

hasce literas nostras, secreto sigillo nostro, quo ut Rex Vngariæ utimur, inpendenti communitas, dandas duximus, & concedendas. Datum per manus fidelis nostri Reverendi Stephani Sennyei de Kys Sennye, Episcopi Vaciensis, Consiliarii nostri, & Aulæ nostræ per Hungariam Cancellarii, in civitate nostra Vienna Austriç, die decima sexta mensis Iulii, anno Domini millesimo sexcentesimo, vigesimo octavo.

Confirmatio fundationis Seminarii in civitate Tyrnaviensi, pro Iuventute Nobili per Dominum Archiepiscopum Strigoniensem erecti.

NOs Ferdinandus Secundus, &c. Memoriæ commendamus, &c. Quod Reverendissimus in Christo Pater Dominus Petrus Pazmannus Archiepiscopus Ecclesiæ Metropolitanæ Strigoniensis, &c. nostram personaliter veniens inpręsentiam, exhibuit, & præsentavit nobis quasdam literas novæ fundationis Seminarii liberi nobilium Hungarorum, in civitate Tyrnaviensi à se erecti, cum perpetua assignatione annuorum quinque millium florenorum Hungaricorum, supplicavitque nobis humillime, ut quemadmodum Sanctissimus Dominus noster Vrbanus divina providentia Papa Octavus huic fundationi assensum præbuit, ita nos quoque easdem literas novæ fundationis Seminarii, omniaque & singula in eis contenta. clementer ratificare, & confirmare dignaremur. Quarum quidem literarum tenor est talis. Nos Petrus Pazmanus miseratione divina Archiepiscopus Ecclesiæ Metropolitanæ Strigoniensis, locique ejusdem Comes perpetuus, Primas Regni Hungariæ, Legatus natus, Summus Secretarius, Cancellarius, ac Sacratissimi Principis, & Domini,

mini, Domini Ferdinandi Secundi electi Romanorum Imperatoris semper Augusti, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Regis, &c. intimus Consiliarius, Damus pro memor. Quod cum ad officii Pastoralis curam, ac sollicitudinem, illud vel maxime pertinere intelligamus, ut Catholicæ Religionis, ac honestarum disciplinarum ruinas, quas vel bellorum strages, vel hæresium fraudes intulerunt, quantum Deo auxiliante valemus, pristino nitori restituamus: Idcirco conatus omnes eo direximus, ut vias, ac rationes avitæ Religionis, ac eruditionis in integrum restituendæ sollicite indagaremus, atque inter hos ipsas intestinorum motuum clades, pro virium, ac facultatum nostrarum tenuitate, incunctanter, Deo Duce, arriperemus. Cum igitur animadvertamus, ut in semente spem messis, ita in juventutis proba educatione, Religionis Catholicæ, & probitatis resarciendæ summam consistere, diu multumque anxie laboravimus, ut modum adinveniremus, quo nobilis juventus, tenuioris præsertim fortunæ, in Religione, ac eruditione, ita educaretur, ut ætate maturescente, ornamento esse possit, & subsidio patriæ: Ecce Deus Optimus, pro singulari sua clementia, desiderio, ac precibus nostris occurrens, modum ostendit, quem optare magis, quam sperare, poteramus. Nam licet à Sanctissimis Hungariæ Regibus, ex monetæ cusione, certi quidam, nec contemnendi reditus Archiepiscopo Strigoniensi fuerint assignati, ita quod ex singulis argenti, aurive cusi, vel non cusi marcis, Pisetum unum, hoc est, quadragesima octava pars marcæ, certo, ac infallibiliter assignaretur: Tamen hos reditus ab anno Domini 1573. quo diem suum obiit felicis memoriæ Antonius Verantius Archiepiscopus Strigoniensis, usque ad annum 1623. per quandam usurpationem Camera Cremni-

censis

censis percipiebat, nihil quicquam prædecessoribus Archiepiscopis, intra hos quinquaginta annos, ex eo proventu repræsentando, verum invictissimus Imperator ac Rex Hungariæ, Ferdinandus Secundus, visis autenticis, ac aliquot seculorum continuo usu roboratis Archiepiscopatus privilegiis, habito etiam respectu fidelium obsequiorum non autorum, cum alias semper tum in hisce superioribus patriæ motibus exhibitorum, ex innata sua clementia reditus Fiseti Archiepiscopatui restituit, eo libentius quod intelligebat Maiestas sua bonam horum redituum partem nobilium juvenum seminario erigendo à nobis destinari. Quod igitur Deus præpotens ad sui nominis æternam gloriam, ad Ecclesiæ Catholicæ incrementum, ad utilitatem afflictæ patriæ nostræ, bene feliciterque vertat, accedente Sanctissimi Domini nostri Vrbani Papæ Octavi, ac suæ Sacræ Cæsareæ Regiæque Majestatis, nec non venerabilium fratrum nostrorum Capituli Ecclesiæ Metropolitanæ Strigoniensis consensu, pariter & assensu; ex reditibus Fiseti Cremniciensis, per nos recuperati, annis singulis quinque millia florenorum Hungaricorum, ad honestam sustentationem nobilium juvenum Vngarorum, in perpetuum applicamus: ita ut quolibet anno ad festum Purificationis Immaculatæ Virginis Mariæ bis mille quingenti floreni Vngarici, ad festum vero Assumptionis ejusdem Deiparæ Patronæ Vngariæ, alii bis mille quingenti floreni Vngarici, certo & infallibiliter, pro usu seminarii in manus Regentis repræsententur, vel Tyrnaviæ, vel quo transferri contingeret seminarium, in casu mox declarando. Ad quam summam recte, fideliterque persolvendam, non solum sub pœnis Ecclesiasticis, in Bulla Summi Pontificis specificatis, sed etiam sub indignationis Regiæ vinculo, in approba-

probatione hujusce erectionis declarato, successores Archiepiscopi teneantur, & sint obligati: ita quidem ut juxta Pontificis Maximi assensum, ac Regiæ Majest. assecurationem, futuris semper temporibus Reges Vngariæ, facto in Camera Cremniciensi Pisetti arresto, in duplo dictam pensionem ab Archiepiscopo exigēt, qui ad præfixos terminos, expressam antea pecuniariam summam, in manus Regentis seminarii non assignarent, hujus vero seminarii Tyrnaviç in domo ad id specialiter deputata, per nos erecti administrationem totalem, ac integram admodum Reverendis Statibus Societatis Iesu Tyrnaviæ commorantibus, infra scriptis conditionibus committimus. Primo, ut ad hoc seminarium nemo recipiatur nisi nobilis, & ex partibus Coronæ Hungariæ subjectis oriundus, ad minus duodecim annorum. Et hi quidem majori quo potuerunt numero honeste alantur: Nec ullo sub prætextu redditus seminarii istius sive per nos assignati sive per alios imposterum assignandi, in ullos alios etiam pios usus convertantur, quam ad prædictam honestam juventutis sustentationem. Secundo ut nulli alii adcujusquam commendationē recipiantur nisi quos Archiepiscopus pro tempore existens, vel sede vacante Capitulum Strigoniense Patribus prçsentaverit. Si qui autē ex prçsentatis deprehenderentur, vel ad studia inhabiles, vel moribus noxii, poterunt illos honeste dimittere; ne tamen id levibus de causis aut præcipitanter fiat, cavendum erit. Tertio, de solo victu hisce providendum erit ex seminario, nisi forte aliqui adeo tenuis fortunæ essent, ut nullo modo per suos illis provideri possit, & alioquin spei non contemnandæ apparerent. Quarto obligationem nullam habebunt juvenes, præter eam solam, ut in timore Dei pie vivant, diligenter studeant, dum

dum in seminario versabuntur, ac tandem patriæ, & nationi suæ fideliter serviant; leges autem, & ord.nationes, quæ vel pietatis exercitia, vel studia litterarum, vel domesticam disc.plinam, vel statuspro fundatore Dio:cœsi Strigoniensi orationes fundendas spectant, Patres Societatis Iesu ordinabunt. Quinto, si (quod Deus avertat) Patres Societatis in Vngaria permanere non possent, in eo casu liberum sit Patribus Viennam transferre seminarium. Ibique observatis conditionibus memoratis prædictam summam quinque m.llium florenorum Vngaricorum ex Fiseto percipient, acnihilominus Vngaricam nobilitatem, modo superius expresso alent, ac erudient. Quod si vero ne alibi qu dem integrum esset Patribus Societatis Iesu seminarium hujusmodi erigere & administrare, in eo casu venerabile Capitulum Strigoniense, teneatur juventutis erudiendæ curam suscipere, ac prædictam quinque millium florenorum summam in usus seminarii impendere, tantisper donec prædicti Patres iterum suo munere libere fungi possint. Tunc enim rursus seminarii administrationis curam, modo antea declarato Patribus Societatis committi volumus Rogamus autem, atque sub internominatione tremendi judicii obsecramus, non solum hujus sedis nostræ Archiepiscopalis successores, verum etiam Venerabile Capitulum Strigoniense, adeoque Patres ipsos Societatis Iesu, ut hujus nostræ fundationis tenorem, in omnibus suis punctis, ac clausulis observari faciant. Et ne huju fundationis memoriam ulla temporum longinquitas obliteret, tria exemplaria novæ hujus erectionis seminarii, confici curavimus, quorum unum Patribus Societatis Iesu alterum Capitulo Strigoniensi, tertium Capitulo Posoniensi assignavimus, Datum Posonii,

die 20,

die 20. Augusti, Sancti Regis nostri Stephani natali, anno Domini 1624. Nos itaque pro ea Catholicæ Religionis promovendæ cura, quam rebus omnibus potiorem habemus, præque peculiari nostro affectu in nationem Hungaricam, non solum sponte, ac libenter, prædictam Reverendissimi Domini Episcopi fundationem, in omnibus suis punctis, clausulis, & articulis acceptamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, verum etiam Regiæ munificentiæ argumenta extare cupientes, in hoc seminarium nobilitatis Hungaricæ ex Camera nostra Cremniciensi, annuatim bis mille florenos Vngaricos eidem seminario in perpetuum assignamus, ita quod ad festum Purificationis B. Virginis mille, ad festum assumptionis ejusdem Deiparæ alii mille floreni Hungarici certo & infallibiliter Regenti seminarii assignentur. Assecuramus item prædictum Reverendissimum Archiepiscopum, & dictum seminarium nobilium, sive dum Tyrnaviæ restiterit, sive quando in casibus specificatis alio transferretur, quod nos, & successores nostri legitimi Reges Vngariæ Archiepiscopi Strigonienses pro tempore existentes, ad prædictam quinq; e millium florenorum Vngaricorum summam, seminario nobilium ex Pisero applicatam, totaliter, & integre in terminis specificatis persolvere adigemus, ita quidem ut juxta Summi Pontificis ordinationem, etiam cum Arresto Fisci, in duplo exolvi faciemus, si quid pro termino debito solutum non fuerit. In quorum omnium firmitatem, ac robur perpetuo valiturum, has literas nostras, manu nostra subscriptas, sigillo muniri jussim'. Quocirca tibi fideli nostro, moderno, ac futuris temporibus constituendo Camergravio Cremniciensi, eorumque Officialibus, ac vices gerentibus harum serie firmiter committimus, & mandamus, ut vos quoq; prædictam

prædictam bis mille florenorum Hungaricorum summam, ex proventibus Cameræ nostræ Cremniciensis, in terminis specificatis, dicti seminarii Præfectis, quotannis plenarie, & absque defectu reddere, & administrare modis omnibus debeatis, & teneamini, secus non facturum præsentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in civitate nostra Vienna Austriæ.

EX CANCELLARIA REGNI BOHEMIÆ, Et Marchionatus MORAVIÆ.

FERDINANDVS SECVNDVS Ad Principem Carolum Liechtenstein.

POsteaquam favente Deo civitatem Pragensem feliciter subegimus, & ad obedientiam nostram reduximus, C. T. clementissime mandare voluimus, quatenus curet, ut Pragæ Societatis Iesu Patres, aut eorum ibidem Rector Reverendus Valentinus Coronius, in antiquum eorum Collegium, debito, uti par est, modo, ac honore reducantur: eorumque res omnes, ab iis, qui eas abstulere, restituantur, & compescentur; nec non imposterum debitum eis auxilium præstetur; quemadmodum id præstare sciet C. T. cui nos gratiose addicti manemus. Datum Viennæ, 7. Decembris, 1620.

Determinat S. C. M. ut P P. Soc. Iesu Pragæ restituantur.

FERDI-

FERDINANDVS SECVNDVS
Cardinali de Dietrichstein.

Mandat S.C.M. ut PP. Societ. Iesu in antiqua Collegia Moraviæ cum honore reducantur.

REverendissime Princeps, Amice dilecte, absque ... ngiore præteritorum repetitione, notum dubio procul est C V. qua ratione seditiosi subditi nostri in Marchionatu Moraviæ, inter cætera male facta, ac iniurias, statim rebellionis initio Societatis Iesu PP. cum omnibus suis, sub prætextu quod ingventionibus malis provincias turbarent ac regna; dissenssionum plurimarum, atque adeo sanguinis profusionis auctores essent, publico decreto, dato 6. Maii, 1619. ignominiose, ac in perpetuum proscribere è provincia attentarint. Quæ omnia quandoquidem calumniæ meræ sunt, nec unquam, vel minimum probata, sed solummodo ad odium adversos eos in populo concitandum, antesignanorumque suorum furias, minusque bene consideratum propositum palliandum sunt excogitata; quin illis ipsis, atque adeo omnibus in provincia constet, Religionem præfatam, modestam, ac pacificam vitam ducere, juventutem etiam instituendo, conciones, ac exhortationes habendo, Populum ad debitam superioribus legitimis obedientiam præstandam incitare, ac denique in Divinorum officiorum administratione sedulam, ac indefessam se probare, ideo CV. requirere voluimus, quatenus vigore hujus nostræ commissionis provideat, ut prædictæ Societatis PP. in antiqua Collegia, ac loca hæreditarii nostri Marchionatus Moraviæ debito cum honore reducantur, eaque omnia, quæ ex mobilibus iisdem ablata sunt apud quoscunque tandem inveniantur, necnon etiam fructus ex injusta detentione acquisiti, restituantur, ac compensentur, ac tandem in omnibus convenientibus debitum eis auxilium præstetur, quemmodum

admodum præstare optime sciet C.V. cui nos inprimis clementissimo affectu addicti manemus. Datum Viennæ, 23. Ian. 1621.

FERDINANDVS SECVNDVS
Ad Principem Liechtenstein.

Acquisito Dei omnipotentis gratia meliori regni nostri Bohemiæ statu inprimis, ac ante omnia teneri nos in conscientia agnoscimus, ut abolita, suppressa, ac jacentia aliquo tempore divinorum officia mysteriorum, atque illo spectantia, denuo restauremus, ac promoveamus. Testatum autem est Orbi jam universo, quo pacto inter abominanda reliqua, quæ durante vi occupato per duellium regimine, patrata sunt, esset antiquissimum, ac summum Arcis Pragensis templum rapinis, incursionibus, sacrarum ejectionibus imaginum, ac reliquiarum, aliisque similibus à sacrilegis Ecclesiarum invasoribus, ac direptoribus excogitatis inventisque modis spoliatum devastatumque sit; quod vel spectare solum coram oculis grave nobis ac molestum foret. Ideo C. T. curet, ut templum Arcis nostræ, honore Optimi, Sanctorumque Regni Patronorum; quoad fieri poterit rursum exornetur, & excolatur. Præcipue vero, ut tam è præfati templi choro, quam ante Arcis portam, ablatæ, dejectæque Crucis, ac Salvatoris, Crucifixique Domini nostri imagines, denuo magnifice erigantur, & ad id necessarii sumptus suppeditentur, ut cum feliciter advenerimus, divinis in prædicta Ecclesia officiis majori animi voluptate interesse possimus, ac vacare. Quemadmodum etiam hac de re, quantum quidem ad Ecclesiam Arcensem attinet, efficaciter Archiepiscopo Pragensi scripsimus, cum quo hac de re colloqui, ac de omnibus convenire sciet C.T. cui nos gratiose addicti manemus. Datum Viennæ 29. Ian. 1621.

S.C.M. mandat templum Arcis Pragensis excolatur

FERDINANDVS SECVNDVS

Principi Lichtenstein.

Decernit S.C.M. Prædicantes Calvini è Bohemia ejiciendos.

INteleximus benignissime ea, quæ nobis C. T. ratione pellendorum è provincia Calvini secta infectorum prædicantium transmisit, placetque sententia, videlicet ut omnes ii, qui Calvini, & aliorum antehac in regno nostro vetitorum, etiam pestilentissimam illam Picardicam doctrinam, & errores docent, dilatantque prædicantes, publicis decretis è regno nostro Bohemiæ relegentur, ac expellantur; eo potissimum nomine, quod ii homines, & auditores suos à legitimo Domino alienent, ac deficere faciant; nec non ut peregrinas, & inauditas doctrinas (quemadmodum id hactenus re ipsa compertum est) suscipiant; facem iis præbeant, inducantque, ne à malis consuetudinibus, ac inventionibus abstineant: quemadmodum optime rem agere sciet C. T. cui nos gratiose addicti manemus. Datum Viennæ, 13. Martii. 1621.

FERDINANDVS SECVNDVS

Principi Lichtenstein.

PP. Collegii Glacensis restituendos in pristinum S.C.M. mandat.

TRansmittimus una C. T. ea, pro quibus Reverendus Collegii Glacensis Societatis Iesu Rector humillime nobis supplicando institit, ratione videlicet justissimæ restitutionis, mandamusque clementissime expeditam circa eandem ordinationem quatenus præfatæ Societatis PP. utpote qui prætextu confictarum quarundam calumniarum à rebellibus ex mera malitia, ac petulātia, sine ullo jure, vel potestate, quemadmodum ex aliis in Bohemia, & Moravia locis, ita etiam, ex Glacensi Collegio abacti expulsique sunt, per certos denuo commissarios nostros omni honore, in perpetuum,

in Col-

in Collegium, aliaque ad illud spectantia loca introducantur, ac in integrum restituantur: de iis etiam, qui petulantias illas in templo, vel Collegio exercuerunt (uti ex ad longum in supplici libello continentur) justitia statuatur, & ut convenientem, debitamque restitutionem faciant, mandetur, quemadmodum id optime præstare sciet C. T. cui nos gratiose addicti manemus. Datum Viennæ, 19. Martii. 1621.

FERDINANDVS SECVNDVS

Principi Lichtenstein.

DVm nos sæpe recentem illam victoriam, quam ante Pragam Deus præpotens evidenter juvando, ac adsistendo largitus est, grati consideramus, reperimus semper non modo nos ad perpetuas laudes, ac gratias referendas teneri, verum etiam, ac ante omnia alia, ad ea, quæ ad honorem Dei, & Sanctæ ejus Ecclesiæ propagationem, & incrementum faciunt, diligentissime, ferventissime que procuranda. Quandoquidem ergo præsens occasio causam nobis, modumque offert, collapsæ, extremæque, in hæreditario nostro Bohemiæ regno jacentis Catholicæ Religionis, quantum fieri non potest erigendæ, nulla ratione convenit, ut elabi sinamus oblata; quin potius statim, & præcipue in civitate Pragensi initium aliquot in nomine Domini faciamus. Quod autem C. T. ante aliquot hebdomadas indicavit, se Pragæ tribus templis, videlicet S. Nicolai, S. Ægidii, & S. Henrici sectarios removisse prædicantes, & in eorum locum pro tempore ordinatos substitui curasse Sacerdotes, id probe factum est. Vt vero hoc grave, ac sanctum opus magis ac magis eveniat, post eorum omnium diligens, ac accuratum examen, quæ tam scripto nobis, quam oretenus hanc in rem suasa

Decernit S. C. M. ut templa Catholicis tradatur, prædicantes Calvinistas, vel Picar. cos erroris, & fautores Friderici ejiciantur ex Bohemia.

 sunt,

ſunt, judicavimus hac vice ſine mora hæc debere inchoari. videlicet ut ſtatim duo Picardita abſque ullo titulo, vel jure aliquo tempore poſſeſſa, & uti intelleximus, diu jam occluſa templa dicta *in* Bethleem, & corporis Chriſti, & ſi eodem modo cum templo S. Adalberti in Potskal (uti etiam nobis inſinuatum eſt) fieri poſſit, Catholicis tradantur; ab Archiepiſcopo reconcilientur; & divina officia proxima occaſione in iis celebrentur. Quod ad alia templa in ſingulis civitatibus tradenda Catholicis, & præſertim, unum etiam templum in Thein, ſitum in antiqua civitate) quandoquidem adverſarii noſtri, ipſum etiam Arcis noſtræ, nec non alia præcipua templa de facto invadere attentarunt,) jam ſtatim occupari poſſint, C. T. cum prędicto Archiepiſcopo conferat, ac tandem, quod omnibus bene diligenterq; conſideratis, optimum factu videbitur, exequatur. Præter hæc conſtituimus, ut horum executione peracta, ſcilicet altera, vel tertia die, publicis edictis (de quibus C. T. dudum ante nobis ſcripſit, & nos reſpondimus) omnes ac ſinguli prædicantes, profeſſores, ludimagiſtri, qui Calvinianos, vel Picardicos errores publice docuerunt, vel in Imperio, & ubique prohibitis nefariis ſectis adhæſerunt, quive perduelliones in cathedris, ac ſcholis promoverunt aut Friderici, qui ſe Comitem Palatinum Rheni nominat, irrita, ac nulla vota, tanquam legitima; noſtram vero in Regem Bohemiæ ſuſceptionem tanquam iniquam proclamarunt, protexerunt, præfatum Fridericum coronarunt, perjuris rebellium conſultationibus in Collegio Carolino interfuerunt, omnes hi, ac ſinguli ex hæreditario regno noſtro Bohemiæ, omnibuſque illi incorporatis noſtris provinciis proſcribantur; conceſſo brevi aliquo termino, & expreſſa hac comminatione addita, quod ſi quis ela-

pſo

pſo tempore præfinito ex reis quocunque alio prætextu in provincia manſerit, & diligenti inquiſitione facta deprehenſus fuerit, ſeveris contra illum mediis procedetur: neque id Religionis, ſed perduellionis cauſa fieri. Quod ſi amplius etiam aliquid ad bonum Catholicæ Religionis fieri poſſe videatur, id totum prudentiæ, ac diſcretioni C.T. relinquimus, cui nos gratioſe addicti manemus. Datum Viennæ, 3. Iunii, 1621.

FERDINANDVS SECVNDVS
Principi Lichtenſtein.

PErcepimus fuſe ex literis 14. hujus datis, C.T. ac aliorum adjunctorum Commiſſariorum deſideratam opinionem, & habita ea de re conſultatione, invenimus rationes, ac motiva, dilationem cauſæ concernentia non fuiſſe valde incongrua; Ideo ante omnia C.T. latere nolumus, quod nos ad tollendum ulteriorem è provincia timorem, terrorem, ac deſperationem certas patentes literas conſtituerimus (quæ quamprimum etiam tranſmittendæ ſunt) in quibus ſevera executione finita, omnibus, ac ſingulis ex ſtatibus noſtris, ac ſubditis, (exceptis iis duntaxat, qui condemnati fuga elapſi ſunt, & qui etiam, nunc pertinaces in rebellione permanent, & apud hoſtes, ac adverſarios noſtros commorantur (univerſalem veniam, ac captivitatis, honoris, & vitæ cautionem clementiſſime largiri decrevimus, ne autem prorſus impune abeant ii, qui bina aut plura etiam juramenta violarunt, item qui operam ſuam in variis Aulæ officiis, commiſſionibus, cauſis bellicis navarunt, aut alias gravius deliquerunt, nec tamen longiori proceſſu juridico neceſſe habent, clementiſſime nobis viſum eſt, medium optimum fore, ut ii à C.T. ſine juridica citatione convocentur, & coram idoneis aliquibus perſonis

S.C.M. decernit P.P. Soc. Ieſu in eorum Collegium Pragæ reſtituendos eſſe.

ſonis (quas nobis C.T. quamprimum nominabit) illinc delictorum, ac pœnæ, quam infallibiliter incurrerunt, gravitas, hinc noſtra clementia, ac gratia, qua erga eos, ſi modo ſe dignos reddant, uti decrevimus, noſtro nomine expreſſe, ac omnibus circumſtantiis adhibitis proponatur: præſertim vero quod ſi clementiſſimus hic procedendi modus, ac ratio ab eis non acceptetur, juridicum proceſſum debeant expectare; ac tandem juxta uniuſcujuſque delicti rationem certa in bonis, ac pecunia mulcta, ac pœna imponatur. Vt id autem meliori cum fundamento, ac conſtantia inchoetur, ac exequatur, C. T. ſtatim ac ſine ulla mora ſuam ſuper hac re ſententiam ac perſonarum nomina, nec non opes eorundem, & quem ad finem res perduci queat, perſcribet. Eodem modo C.T. in ſingularum communitatum delicta, & in qua re potiſſimum eorum conſiſtat potentia inquiret, noſque certiores reddet, quo pacto ita ſingularum debilitari poſſit potentia, ut tamen non omnino ſuſtentatione ſua priventur.

Tertio, quo ad ſeditioſos, ac pernicioſos prædicantes attinet, placet, ut Generales terminus omittatur; ſi autem in particulari; ii ad minus, qui ſub initium ſtatim rebellionis, è publicis cathedris Pragæ edictum proclamarunt; & vetita conventicula in Collegio Carolino confirmarunt; promoverunt; item qui coronationis actum compleverunt, aut alias populum notorie commoverunt, peculiari decreto, uniuſcujuſque delicta continente, à provincia exterminentur, judicamus neminem habere poſſe locum cogitandi ad Religionis gratia factum, ſed potius ex juſtitia, cuius teſtimonium publicum duntaxat decretum eſſet, illud autem formandi modum, ac rationem C. T. conſilio committimus.

Adhæc

Ad hæc necessarium etiam est, ut omnia publica exercitia Calvinisticæ, ac Picardicæ sectæ quamprimum interdicantur. Quod vero ad jura patronatus, & collaturas attinet, nihil dubitamus C. T. juxta priorem nostram ordinationem, bonorum confiscationes, oppignorationes, venditiones, ubique excepisse, ac nobis reservasse. Similiter, quid de aliis collaturis in genere, utpote quæ alias ad nos devolutæ, & pariter de confiscatione, ac Parochiarum repletione inchoari tuto, ac commode possit, C. T. cum Archiepiscopo Pragensi tanquam loci ordinario, nec non Theologis, ac Religiosis viris diligenter consulet, ac communem omnium sententiam nobis quam primum transmittat. De cætero C. T. gratiose addicti manemus. Viennæ, 26. Iulii, 1621

FERDINANDVS SECVNDVS

Principi Liechtenstein.

S. C. M. statuit civitatem Thabor reformandam

QVādoquidem in omnibus, quæ nobis feliciter eveniunt, Dei omnipotentis singulare auxilium, ac gratiam agnoscimus, impellimur indies magis magisque ad honorem cultumque ejus peculiari fervore, ac diligentia propagandum; & quia hac occasione commode ad Dei gloriam reformatio institui potest in civitate Thabor, quæ paucis ante diebus ad debitam nobis obedientiam reducta est, ideo perspectæ C. T. discretioni, & prudentię id committimus: sciet illa negotium ita caute incipere, ac etiam perficere, ut Catholice ordinatus Sacerdos, ac Parochus in civitatem inducatur, & simul in quiete, ac pace omnes permaneant. Cæterum C. T. semper gratiose addicti manemus. Viennæ, 8. Decembr. 1622.

FERDINANDUS SECUNDUS

Ad Cardinalem Dietrichstein.

Mandat S.C.M. ne in Moravia excursiones fiant.

REverendissime Princeps, Amice dilecte. Postquam certiores facti sumus, qua ratione in Regiis nostris civitatibus, ac præcipue Brunæ, ac Olomutii ad peregrinas conciones contumaciter, & ob id (quemadmodum exempla testantur) tumultus graves, & omnigenæ seditiones suscitentur, & id sine ulla habita facultate fiat. Ideo ad conservandum bonum ordinem, & ad firmandam pacem ac tranquillitatem in provincia, necessarium omnino esse judicavimus C. V. hac de re scribere, ac committere, ut in prædictis civitatibus Marchionatus nostri Moraviæ, nomine nostro celerrime mandet, quatenus tales excursiones sub gravissima, ac irremissibili pœna inhibeantur, ac interdicantur; ac debite in eos advertatur, qui præsumptuose, ac contumaciter contraire attentarent. Quemadmodum C.V. præstare id optime sciet. Cui nos Cæsarea, ac Regia gratia addicti semper, ac singulariter manemus. Viennæ, 19. Apr. 1622.

FERDINANDUS SECUNDUS

Ad Cardinalem Dietrichstein.

Mandat S.C.M. orphanos, extra provinciam Marchionatus Moraviæ missos ad Calvini-

INtelleximus clementissime ea quæ nobis C. V. ratione pupillorum, ac orphanorum, quibus in Marchionatu nostro Moraviæ male provisum est, denuo scripsit. quia ergo voluntas nostra clementissima, uti dudum ante, ita nunc etiam ea est, ut educationis orphanorum, tanquam rei summæ necessariæ, ac utilis, diligens, & singularis cura habeatur, omnino C.V. sententiam approbamus, estque clementissima voluntas nostra, ut omnibus tutoribus, qui creditos sibi orphanos extra provinciam ad Calvinisticas scholas mittunt, in quibus à

juventute

juventute statim rebellionis, ac adversus legitimos superiores contradictionis virus imbibunt, atque inprimis Hoffmaniensium, Buchlabianorum, Boriticensiumque orphanorum tutoribus loco & nomine nostro demandetur, ut prædictos ac omnes hujusmodi orphanos, statim ac sine ulla excusatione revocent, & C.V. præsentent; nec eis imposterum liceat ullum orphanorum sine C. V. ac nostro inprimis scitu, ac voluntate, extra provinciam ad scholas, vel alio mittere, ut hac ratione omnis perniciosissimæ Calvinisticæ sectæ via intercludatur. Ad hæc quod C. V. rebellium nonnullos orphanos ad tempus ad Olomucense seminarium miserit, recte, ac bene factum est, donec ulterior de iis dispositio fieri possit. Hæc erant quæ C. V rescribere voluimus, cui nos Cæsarea ac Regia affectione semper ac singulariter addicti manemus. Datum Sopronii, 2. Augusti, 1622.

sti eas scholastes vocari, nec in posterum posse eos alio mitti sine licentia,

FERDINANDVS SECVNDVS.

ILlustris affinis, Princeps, fidelis nobis dilecte. Celare Dilectionem tuam nolumus, nos maximis gravissimisque & propriam conscientiam nostram tangentibus de causis, ac motivis, prout eæ dilectioni suæ Cardinali à Dietrichstein partim significatæ sunt, omnimodam dimissionem, ac exactionem omnium Anabaptistarum è Marchionatu nostro Moraviæ, neve posthac ulli tam in hæreditariis nostris regnis, & provinciis, quam in Sac. Rom. Imp. esse, vel versari liceat, imperasse, ac demandasse, ac proinde minime dubitamus, quandoquidem paucis in tuis quoque prædiis, ac fundis, ut intelligimus, nonnulli eorum tolerati fuerunt, quin Dilectio tua Dei honorem, & bonam politiam exiguo lucro, ac redditibus, qui in œconomia ab induratis hujusmodi hominibus per-

Principi à Liechtenstein exactio Anabaptistarum, & ut aliis hac in re bono exemplo præstet, demandatur.

cipi possent, præpositura, & mandato nostro clementissimo convenienter, memoratos Anabaptistas exigendo, aliis quod imitentur statutura, & bono exemplo præitura sit, quod tuæ Dilectioni ad notitiam, & directionem suam ex peculiari erga eandem benignissimo affectu & amore hisce sigillatim insinuare voluimus, cui de cætero gratia nostra Cæsarea semper bene favemus. Viennæ, 8. Septembris, 1622.

FERDINANDVS SECVNDVS

Cardinali Dietrichstein.

Mandat S.C. M. ut secta Anabaptistarum ejecta è S. R. I. etiam ejiciatur è Moravia & aliis provinciis, & regnis ipsius S.C. M.

Nolumus C.V. latere, qua ratione inter gravissimas, ac continuas sollicitudines nostras, quibus honorem, cultumque Dei, nec non bonum, ac constantem ordinem in regnis ac provinciis nostris constituere, ac promovere laboramus, illud etiam occurrit, quod toto Sac. Rom. Imp. proscripta Anabaptistarum secta, tantas in Marchionatu nostro Moraviæ radices egerit, ut paucorum annorum spatio, ac in dies adhuc, magis magisque sese extendat, nec paucos è simplici, rudique plebecula attrahat, imo ex remotioribus etiam partibus, inscíis, & graviter inhibentibus superioribus, suffuretur, & ex provincia educat. Movit ergo nos, imo impulit conscientia nostra, ut quando ex voto S.R. Imp. expulsi sunt, nec non plurimos tam indigenarum, quam extraneorum decipiunt, insuper nulli superiorum, ex Dei præcepto, uti par est subjicere se volunt; multosque damnatos, & è proprio duntaxat cerebro confictos errores docent: & denique, quia horum hominum acta omnia, & proposita, Deo, Divinisque legibus contraria sunt, illa neque in Marchionatu nostro Moraviæ, nec ullis aliis Regnis ac provinciis nostris, & æque parum, ac in Imperio, diutius esse, ac manere patiamur. Et itaque nostra

nostra matura, ac bene expensa supremaque voluntas, ut C.V. quam citissime edicta publica confici, ac affigi curet, quibus omnes omnino utriusq; sexus Anabaptistæ, sicut omnes pariter eorum asseclæ infra præscriptum breve temporis spatium, ab omnibus fundis, & agris, in quibus sedem fixerunt, abscedere jubeantur, addicto, ut nemo sub amissione vitæ in posterum; vel ultra, sive in prędicto Marchionatu nostro Moraviæ, sive aliis regnis, aut provinciis nostris inveniatur; sed illa prorsus, ac omnino deserant, nec ultro accedant, contrarium agentes irremissibilem in caput suum pœnam accersant. Quod si aliquis, aut aliqui ab erroribus suis deduci se patiantur, illis omne auxilium præstetur: quemadmodum id optime præstare sciet C. V. cui nos Cæsarea ac Regia affectione semper ac singulariter addicti manemus. Viennæ 17. Septembr. 1622.

FERDINANDVS SECVNDVS

Principi de Lichtenstein.

Ut secundum priora mandata S. C. M. in omnibus Parochiis, quæ una cum bonis confiscatis vendita fuerunt, Parochos Catholicos constituat de consensu Archiepiscopi, ejectis pr. d. icantibus.

ILlustris affinis, Princeps fidelis, nobis dilecte. Meminerit adhuc Dilectio V. quid ad eam ante hac jam aliquoties ratione parochiarum in hæreditario regno nostro Bohemiæ, quas una cum bonis confiscatis vendi contingeret quid de iis fieri vellemus jubentes perscripserimus. Quandoquidem ergo tantum hactenus rescisserimus, ab iis à Catholicis, qui diversa confiscata bona coemunt, & acquirunt, nullas jam reversales amplius, quibus ipsi, & futuri possessores ad Catholicos legitime ab Archiepiscopo, & aliis Episcopis ordinatos Parochos in ejusmodi bonis constituendum sese obligatos, devinctosque fateantur, deponi, imo sectarios, & quod amplius est, extorres jam ante prædicantes suscipere, ac promovere. Idcirco V. Dilectio

 non

non id tantum, ne contra bonam politiam ejusmodi aliquid in posterum committatur, attendere, sed & inquiri diligenter facere, si quid tale commissum fuerit, quamprimum, & sine dilatione ulla emendandum curare satagет, ut nimirum omnes bonorum confiscatorum emptores, & possessores susceptos prædicantes quantocyus dimittant, & reversales pro se, suisque hæredibus, de statuendo in posterum in ejusmodi suis Parochiis Catholicos Sacerdotes, deponant; prout tua Dilectio hac in re, quod conveniens erit, facere sciet. Cui de cætero, &c. Viennæ, 14. Iulii, anno 1623.

FERDINANDVS SECVNDVS

Ad Archiepiscopum Pragensem.

Ad requisitionem Nuntii Apostolici S. C. M. scribit Archiepisc. Pragensi, ut etiam à pagis prædicantes hæreticos ejiciat.

NOlumus te latere, quo pacto non modo à Nuntio Apostolico, sed ab aliis etiam, & diversis eruditi simus, quod è regni nostri hæreditarii civitatibus proscripti hæredici prædicantes, circa civitates in pagis & præcipue in districtu Pilsnensi, & Leumericiensi, quemadmodum etiam in Schvvanbergensibus bonis morentur, ad quorum conciones ii, qui nec dum Catholicis accessere, accurrunt: per quas plebs misera decipitur, & à susceptione sanctæ Catholicæ Religionis, nec non clementissima, ac salutari intentione nostra retardatur. Vt igitur huic malo tempestive occurratur, ac ne forte peiora fiant novissima primis, clementissime mandamus, ut ratione officii tui, in prædictos, ac etiam alio prædicantes diligenter inquiras, ut huic malo opportune occurratur, quatenus tandem subditi nostri ab hujusmodi erroribus liberentur. Quem in finem nos etiam Principi de Liechtenstein clementissime scripsimus, & ut tibi in hujuscemodi casibus auxiliarem manum porrigat, ac assistat, mandavimus. Hac in re implebitur clementissima voluntas nostra, & nos manemus tibi gratiose addicti. Viennæ, 25. Septemb, 1623.

FER-

FERDINANDVS SECVNDVS
Principi Lichtenstein.

POsteaquam non modo à Nuntio Apostolico, sed ab aliis etiam certiores facti sumus, quo pacto è Regiis nostris, ac hæreditariis regni Bohemiæ civitatibus proscripti prædicantes prope civitates in pagis, ac præcipue in Pilsnensi, ac Leutomiriciensi districtu, sicut etiam in bonis Schvvambergensibus morentur, ad quorum conciones ii, qui necdum Catholici, accurrunt; & ea ratione populum seducant, & à Religione Catholica, nec non clementissima nostra intentione retardent: Ideo malo huic commode occurrere volentes, ne forte novissima primis pejora fiant, Archiepiscopo Pragensi scripsimus, ut ratione officii sui in hujusmodi prædicantes inquirat, ac operam det, ut hujusmodi mala avertantur, & subditi nostri à tam perniosis erroribus liberentur. Quia vero prædictus Archiepiscopus absque brachii secularis auxilio difficulter id ad exitum perducere poterit, ideo C. V. ad petitionem Archiepiscopi, assistentiam, & auxiliarem manum in casibus occurrentibus præstare sciet. De reliquo manemus C. V. Cæsarea, & Regia gratia addicti. Viennæ, 25. Septembris, anno 1623.

Ad assistantiam Nuntii Apostolici Principi Liechtenstein mandat S. C. M. ut auxilium prabeat Archiepiscopo Pragensi, ut etiam è locis prope civitates ejiciantur prædicantes

FERDINANDVS SECVNDVS
Archiepiscopo Pragensi

REverēdissime Princeps, fidelis dilecte. Cum iterum jam ad nos non modo à residente ad Aulam nostram Nuntio Apostolico, sed aliis quoque deferatur, quemadmodum exacti è civitatibus regni nostri hæreditarii Bohemiæ hæretici prædicantes, æque ac ante circa civitates nostras Pragenses observentur, ad quorum conciones Catholici

Ad Archiepiscopum Pragensem ratione exactionis prædicantium ex Bohemia, quod-

 confluē-

quo ad à Princo, & de Liechtenstein assistere ipsi debeat.

confluere,& vulgus seduci, ac à sancta Religione, & nostro salutari proposito evocari dicantur: Idcirco, ut huic malo mature occurratur, neve posteriora deteriora fieri prioribus contingat, jam iterum hisce dicimus, ut ex officio in delatos, aliosque prędicantes diligenter inquiras; & operam des, ut huic incommodo tempestive obvietur, & removendum curetur, tum ut subditi nostri ab ejusmo di pernicie,& erroribus liberati vindicentur, quem ad finem ad Principem de Lichtenstein etiam perscribimus, id quod ex adjunctis literarum exemplaribus latinis percipietur facturus, quemadmodum nostram benignissimam voluntatem hac in re exequaris. Viennæ, 27. Aprilis, anno 1624.

FERDINANDVS SECVNDVS

Archiepiscopo Pragensi.

Archiepiscopum Pragēsem ratione expulsionis prædicantium monet.

REverendiss. &c. Quod ad te nuperrime ratione interdictorum civitatibus regni nostri hæreditarii Bohemiæ prædicantium, ut in eos diligens inquisitio fieret, ut proficiscens ab iisdem malum, & pernicies averteretur, quo nostri etiã subditi ab omnibus perniciosis erroribus liberari, ac securi permanere possent, clementer scripseramus; id absque dubio bene in memoria etiam nunc habebis. Quandoquidem ergo posterius fide digna relatione docemur, præter exactos, tam in propriis civitatibus, arcibus, pagisque nostris, quam aliorum nostrorum subditorum, & incolarum regni alios superesse, Per quos idiotæ in suis erroribus non confirmentur modo, sed quotidie magis etiam seducantur, & à Religione Catholica avocentur, à quibus toto mundo palam est, quemadmodum ab ejusmodi seductoribus hominibus detestabilis illa in memorato regno hæreditariæ Bohemiæ orta rebellio causam suam habuerit: Idcirco ut huic ma-

lo, ac

lo ac pesti, ad quam pro viribus avertendam teneri agnoscimus, ex fundamentis remedium adhibeatur, neve posteriora prioribus fiant deteriora: Idcirco jam iterum clementissime dicimus, ut secundum prius nostrum mandatum, ex officio in delatos, cæterosque prædicantes omnes, diligenti facta inquisitione, quocunque loco deprehensi illi fuerint operam des, ut inde nulla interposita mora missi fiant, ac nisi resipiscere, & ad Catholicam Religionem convertere sese voluerint, non modo inde ubi fuerint, exigantur, sed ipso regno omnino pellantur, ut ad hunc modum quies, pax, & concordia in terris cõservetur, neve ulla ratione animi majoribus perturbationibus involvantur, & ejusmodi rebelliones in posterum vitentur, ad quem finem ad Principem Liechtenstein, prout ex adjunctis literarum copiis videre habes, perscripsimus, ut ad omnes casus auxilio tibi sit. Et in his omnibus perficitur clementissima nostra voluntas, & propositum. Viennæ, 18. Maji, anno 1624.

FERDINANDVS SECVNDVS Principi Lichtenstein.

Ut Archiepiscopo auxilio sit in exigendis prædicantibus hæreticis.

ILlustris affinis Princeps, fidelis dilecte. Quod ad tuam Dilectionem de dato v. Aprilis proxime, ratione prędicantium civitatibus hęreditarii nostri regni Bohemiæ interdictorum, ut in ipsos diligens inquisitio fieret, & procedens ab iis malum, & pernicies averteretur, & hoc modo subditi nostri ab omnibus perniciosis erroribus defendi, & eximi possent, perscripseramus, id nondum ipsi absque dubio exciderit.

Quando ergo posterius fide digna relatione docemur, præter exactos alios adhuc tam in propriis regiis civitatibus, vicis, arcibus, & pagis nostris, quam subditorum, & incolarum regni superesse,

esse, per quos idiotæ in suis erroribus non confirmentur, sed indies magis seducantur, & à Catholica Religione avocentur; à quibus toti mundo palam est, quemadmodum per ejusmodi seductores homines detestabilis in prædicto nostro hæreditario regno orta rebellio causam, & ortum suum habuerit.

Idcirco, ac ut huic malo, & pesti, ad quam pro viribus avertendam teneri nos agnoscimus, ex fundamentis remedium adhibeatur, neve posteriora prioribus deteriora fiant, (tot) Archiepiscopo Pragensi scripsimus, ut ex officio in delatos prædicantes facta diligenti inquisitione, quocunque loco deprehensi illi fuerint, nulla interposita mora moneantur, ac si resipiscere, & ad Catholicam Religionem convertere sese noluerint, inde, & ex toto regno pellantur; quo sic quies, pax, & concordia in terra conservetur, neve ulterioribus erroribus animi implicentur, ac ut rebellio hujusmodi imposterum præcaveatur. Quandoquidem autem præfato Archiepiscopo id absque auxilio, & assistentia brachii secularis effectum dare difficile erit; Idcirco Dilect. V. ad ipsius (Archiepiscopi) implorationem, eidem hac in re suppetias ferre, & manum auxiliarem porrigere satagat. Cui de cætero, &c. Viennæ, 18. Maji anno 1624.

FERDINANDVS SECVNDVS
Ad Principem Liechtenstein.

Statuit S.C.M. ut in omnibus civitatibus hæreditariis sui regni Bohe-

NOlumus C T. latere, quo pacto solliciti simus, & modos omnes, ac media inquiramus, quibus miseros subditos nostros, qui in omnia errorum ac hęresum genera inducti sunt, è quibus nihil pręterquam deplorandæ calamitates oriuntur, rursum ad viam rectam, ac veram Catholicam Fidem reducere possimus. Quia vero ad promovendum hoc adeo salutare opus, inter cætera, hoc quoque non ultimum

ultimum esse judicamus, ut in posterum, nemo non Catholicos, in ulla hæreditarii regni nostri civitate, in civem assumi possit; ideo clementissima, ac seria nostra voluntas est, ut C. T. juxta perspectam nobis discretionem, certam, ac infallibilem, nomine nostro mandet, ut in posterum in civitatibus præfatis ii solum, qui veræ, ac Sanctæ Religioni Catholicæ addicti sunt, in civium numerum admittantur; alii vero rejiciantur. Hac in re implebitur clementissima voluntas nostra. Cæterum manemus C. T. Cæsarea, ac Regia gratia semper, ac singulariter addicti. Viennæ, 24. Martii, 1624.

mia nullus in civem, qui non sit Catholicus, recipiatur.

FERDINANDVS SECVNDVS

Principi de Liechtenstein.

Illustris affinis, Princeps, fidelis dilecte, Humiliter recordabitur V. Dilectio, quemadmodum jampridem nos determinaverimus, eidem etiam non semel perscripserimus, mandantes, ut omnes, & singulos prædicantes ubicunq; locorum deprehensos amovere, & penitus è toto regno hæreditario Bohemiæ pellere, & nullum aliud præterquam Catholicæ solius salutiferæ Religionis exercitium permittere satageret. Quando ergo per adjunctas litteras ab Archiepiscopo Pragensi humiliter docemur, quosdam è subditis nostris esse qui prædicantes suos clamoribus suis insulsis aliisq; inconvenientibus attentatis, apud vulgus alia super alia mala, quantum in ipsis est causantes, hactenus detinere apud sese audeant, quinimo cum certi deputati Commissarii templa in quib. prędicantes medio hoc tempore refugium suum habuissent, & virus suum pestilens in populum sparsissent, ex dato sibi mandato, clausa obsignassent, ejusmodi templa propria auctoritate iterum reserarint, & prædicantibus ad continuandam proterviam, & poenis

Ut Princeps Liechtensteinius ad exigendos prædicantes præbeat auxilium.

pœnis omnibus dignissimam temeritatem, tradiderint, ejusmodi ausus suos, quod amplius est, in contemptum,& exauctorationem nostram omnis generis vanis,&adspectum confictis causationibus protegere minime verentur: Idcirco,& quia nobis hujusmodi insolentias, & nequitias nullatenus tolerare integrum est, sed prædictum nostrum decretum firmiter & constanter adimpletum, firmatumque volumus, denuo jam serio, & finaliter mandamus Dilectioni tuæ,ut in omnimodam exactionem sæpe memoratorum prædicantium jam finaliter,& ultimo intendat,ut sine respectu cujuscunque personę procedens,ad omnes occurrentes casus requirenti hoc Archiepiscopo Pragensi, tamquam loci Ordinario hoc in tam pio,& ad salutem totius Christiani Orbis negotio, omnem assistentiam necessariam, & præsidium præstet, prout suo in rem Christianam zelo convenienter, beneque agere sciet,& exequetur hac in re clementissima, seria item, & finalis nostra voluntas, & intentio. Viennæ,26. Novembris,anno 1614.

FERDINANDVS SECVNDVS
Cardinali Dietrichstein.

Ratione exactio in prædicantium hæreticorum ex Marchionatu Moravia.

EX literis V. Dilectionis de dato 12. currentis mensis ad nos perscriptis,& adjunctis copiis intelleximus,qua ratione,accepto mandato clementissimo nostro ad reliquos in hæreditario Marchionatu nostro Moraviæ prædicantes removendos, & exigendos, certos commissarios deputarit, addita necessaria instructione ad insinuandas superioribus,ut Principum, Baronum, & nobilium statibus nostras ad hunc finem paratas patentes. Quando ergo hæc res inprimis ad gloriam, & honorem Omnipotentis Dei,tum ad firmam, stabilemque pacem,tranquillitatem, & salutem memorati Marchionatus

chionatus nostri Moraviæ, & fidelium subditorum nostrorum pertinet, nos quoq; publicatę jam semel generali determinationi nostræ, à nemine prorsus, quisquis ille sit, qui in prædicto Marchionatu nostro Moraviæ fuerit, obstaculum fieri, remoram objici, sed firmiter, & constanter servari volumus: Idcirco jam iterum Dil. V. hujus rei admonendam, eiq; benignissime, & serio mandandum duximus, ut quod ad amotionem, & expulsionem prædicantium attinet, id negotii, quo modo cœptum; sine personæ cujuscunque respectu perurgere, & re ipsa omnino absolvere satagat; & si forte (quod minime speramus) aliquis est, qui contra se temere opponere præsumeret, & auderet; eum, eosve inobedientiæ, patriæque reos, & pro acceptis à nobis hactenus beneficiis, & gratiis ingratos peragat: in prædicantes vero declaratis in patentibus nostris pœnis animadvertat. Et quo facilius id à V. Dilectione effectum reddatur, mandatum, quod his inclusum est, ad Principem Maximilianum Liechtensteinium expediendum curavimus, benigne jubendo, ut ipse cum V. Dilectione ex composito agat, & ubi opus fuerit, & res postulaverit, copiis suis militaribus auxilio, & presidio sit, quod mandatum V est Dilect. ad ipsum perferendum curabit, & quod in cæteris expedientissimum videbitur, id aget, & sic exequutus erit in his benignissimam & finalem nostram voluntatem & intentionem. De cætero, in eam Cæsaream Regiamq; affectionem nostram eandem gerimus. Viennæ, 27. Decemb. anno 1624.

FERDINANDVS SECVNDVS

Ad Principem Carolum Liechtenstein.

Ad Principem Carolum, & in simili

ILlustris Affinis, Princeps fidelis, dilecte. Noverit absque dubio Dilectio tua quemadmodum jam ante expresso facto decreto omnes, & singulos prædicantes

ad Maximilianum Liechtensteinium, de suppetiis ferendis Cardinali in expulsione prædicantium.

dicantes hæreticos, qui in Marchionatu nostro hæreditario Moraviæ commorati sunt, amovendos, & penitus inde exigendos jusserimus, ob id, ut hoc exequeretur, Dilectioni suæ Cardinali Dietrichsteinio mandatum dedimus.

Quando igitur nunc intelligimus esse nonnullos subditorum nostrorum in præmemorato nostro Marchionatu Moraviæ, qui contra decretum nostrum, sub prætextu omnis generis vanarum, nulliusque momenti causarum, & effugiorum prædicantes quibus hactenus usi sunt, ulterius retinere præsumant, nosq; necessarium inprimis ducimus, ut hi temerarii pœna condigna reprimatur. Idcirco hisce Dil. tuæ benigne mandamus, ut in hoc negotio Dilectioni Cardinali Dietrichstainio ex composito obsecundet, & in casus omnes petenti ipsi cum copiis suis militaribus suppetias ferat, modo quem T. Dil convenientissimum, & ad explendam voluntatem, & intentionem nostram optimum judicabit. Cui de cætero, &c. Viennæ, 27. Decembris, 1624.

S. C. M. mandat præsidentibus in Bohemia, ne ulli, nisi sit Catholicus, nubere, concedant.

FERDINANDVS SECVNDVS

ILlustrissimi, Illustres, Generosi, ac Nobiles, Dilecti fideles. Ex litteris fidelissimis vestris, vigesimo tertio hujus fere finiti mensis ad nos datis, fusius, & clementissime percepimus, quid nimirum, ob Martinum Schmertosen, & alios Catholicæ Religioni non adscriptos, in nostris regni civitatibus, partim pupillos, partim viduas, nubere volentes, vestramque nostro nomine annuntiationem ambigentes, vobis faciendum sit sollicitatis.

Quamobrem, cum nobis nihil magis, quam solius Catholicæ Religionis incrementum curæ sit, vobis clementissime semel pro semper præcipimus, ut nulli (quisquis sit) Catholicæ Religioni non adscripto, & si illud per certas Religiosas personas fide di-

de dignas probare, aut monstrare non possit ullum nostro nomine consensum ad tales in civitatibus nuptias detis, multo minus promoveatis. Ita jubet, ac mandat nostra clementissima voluntas. Datæ Viennæ, 30. Iulii, anno 1624.

FERDINANDVS SECVNDVS

Dilecti, fideles, &c. Ex inclusis litteris latius percipietis, quid Martinus Schmertosen civis antiquæ urbis Pragensis humillime supplicando ad nos venire fecerit, se nimirum ante duos annos, certæ cuidam pupillæ de Leitmeritz, matrimonii votum dedisse, vehementissime flagitans, ne ad hoc (tanquam pupillorum supremus tutor) nostrum Cæsareum, & Regium consensum denegaremus, ut nuptias ordinario modo finire, & in opus dirigere valeret.

S. C. M. repetit suam determinationem contra Præsidentes in Bohemia, videlicet ne ulli absque anteacta Confessione, & Communione nubere concedant, multo minus promoveant.

Enimvero absque ullo dubio vobis notum est, cujus determinationis ante hac fuerimus, & in specie particulariter ob istum Martinum Schmertosen, & alios, sub dato vigesimi noni Iulii, anni currentis millesimi sexcentesimi vigesimi quinti, vobis clementissime scripserimus, sed nunc fusius ad nostras aures venit, prædictum Martinum Schmertosen in sua hæresi usque nunc pertinaciter hærere.

Quapropter, nos etiam suarum nuptiarum causa in nostra priori determinatione omnino hæremus, & volumus, ut nec huic Martino Schmertosen, nec ulli alii, cujuscunque conditionis unicum matrimonium copulatio, vel nuptiæ concedantur, vel admittantur, nisi manifeste, & certissimo constet, illos Catholico legitime ordinato Sacerdoti esse confessos, & Sacram Eucharistiam suscepisse, omnino ad Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam rediisse, novumque vitæ genus re ipsa sequutum esse,

Pro

Pro secundo, Erudimur à fide dignissimis, aliquos hoc in tempore, contra expressam nostram determinationem, nominatim quemdam Norimbergensem, in nostra antiqua Pragensi civitate, matrimonium contraxisse, publicasque nuptias, absque anteacta debita confessione, & communione, instituisse.

Quæ cum omnino à nobis aliena sint, clementissime mandamus, ut vos de persona hujus Norimbergensis, & aliorum, quam diligentissime inquiratis, ubi, quomodo, apud quem, cum quibus istæ nuptiæ actæ fuerint, bene indagetis, quæ omnia bene inquisita ad nostram Bohemiæ Cancellariam mittatis, siquidem benefacere, nostramque clementissimam voluntatem adimplere volueritis. Datum Viennæ, octavo Ianuarii, anno 1616.

FERDINANDVS SECVNDVS
Cardinali Dietrichstein.

Illustriss. Card. ut pupillos de suis tutoribus accipiat. & in posterũ nullos oppignorari concedat.

REverendissime, &c. Cum omni reverentia sumus ce tiores aliquos in nostro Marchionatu Moraviensi pupillos vexari, quorum tutores hæreticos existere, ac propterea in variis erroribus extrà Religionem educari, alios, ut dicti pupilli una cum bonis oppignorari, more antiquo possent, supplicare. Nos quidem, quo ad oppignorationem bonorum, id fieri pro tempore, reservato tamen clementissimo nostro judicio admittimus: sed quia ex singulari amore, & paterno studio, quo omnibus nostris pupillis sumus affecti, illorum animarum salutem in summo periculo positam non libenter videremus: ob id, ut dicti pupilli in sancta Religione melius instrui, & ad veram Catholicam Fidem reduci queant, ordinamus clementissime, ut P. S. R. similes pupillos de suis tutoribus exposcat, aut accipi

accipi faciat, & in Catholica Religione educari operam dabit, etiam nec in posterum, nec hos, nec alios Catholicæ Religioni non addictos pupillos oppignorari ulla ex parte statuat, & concedat, uti R.S R. prudentissime ordinare, & in opus dirigere, compertum habebit. Datum Viennæ, 28. Februarii, anno 1626.

FERDINANDVS SECVNDVS

Dilecti fideles, &c. Quas literas propter Martinum de Hurta, causa Reformationis in civitatibus, villis, pagis nostri hæreditarii Bohemiæ regni, in omni obedientia ad nos transmisistis, nostramque clementissimam determinationem sollicitastis; illud fuit, & secundum omnem necessitatem nobis relatum fuit.

Residentibus in Bohemia, ut cum Archiep: Pragensi consultent quomodo Reformationis opus institui possit, atque vel tum Viennam mittant.

Quamobrem non dubitamus, compertum habere, nos qualiter ex vere Christiano, & fervente animo, & paterna cura Cæsareas, & Regias nostras intentiones eo semper direxerimus, nobisque summæ curæ sumpserimus, & in omnibus nostris hæreditariis Bohemiæ regnis, & provinciis, ante omnia summi Dei honor promoveatur, vera Catholica Fides in illis partibus, & locis, ubi perversa tempora, & homines decrevit, iterum inesse erigi, & nostrorum subditorum, per varias hæreses, & errores seductæ, & conturbatæ animæ ad rectam, & veram viam salutis trahi, & reduci possint. Ad quem finem antehac etiam in nostro Archiducatu Austriæ superioris, salutiferum Reformationis opus institui, perfici, & publicata diplomata (ut ex copiis hic inclusis percipere est) ad cunctorum notitiam promulgari permisimus. Quapropter expulsis tandem aliquando hæreticorum prædicantibus, libenter, & clementissime sciemus, an salutiferum hoc opus Reformationis, auxilio, & gratia Omnipotentis

remissi, de his R. S. R. cum Præsidente nostro, certo indicto die conferre poterit; & nobis, quomodo istæ nobis specificatæ personæ, & alii similia perpetraturi sint puniēdi, prudentissimam vestram opinionem, ad nostram capellendam ultimam determinationem, in Regiam Bohemiæ Cancellariam transmittere festinet s. Cui instare, nostramque clementissimam voluntatem adimplere satagetis. Datæ Viennæ, octavo Aprilis, anno 1626.

FERDINANDVS SECVNDVS
Cardinali ab Harrach.

Reverendiss. Cardinali de Harrach, propter reformationem in Bohemia.

Dilecte fidelis, &c. R. T. R. absque ullo dubio optime delaratum habebit, Nos antehac ad majorem Dei gloriam, ad majus sanctæ Eccl. siæ, & Apostolicæ Religionis incrementum, demum ad securiorem nostrorum subditorum, miserrime, seductarum animarum salutem, in nostro hæredita rio Bohemiæ regno salutiferam Reformationem instituisse, ac præ manibus accepisse. Et quamvis de nostris, & constitutis Præsidentibus Pragæ longe ante accepimus prædictum Reformationis opus auxilio, & adjuvante Divina clementia, & nostrorum sublegatorum Commissariorum fidelissimo labore, & diligentia, notabilem progressum habere, & adeo quidem ut extra Pragenses & alios paucos, omnes fere residuæ civitates ad sanctam Catholicam, & Apostolicam Fidem sint conversæ; percipimus tamen aliquos ex nobilibus, & Principibus regni, mala accepta informatione (quam informationem per litteras replicavimus) perinde ac si hoc reformationis opus non tam magnum in sesesipso foret, ut iste hactenus observatus in imponendis militibus modus, ac jus emigrandi tam stricte observaretur, tristes fuisse, nos vero ea de causa inceptum Reformationis opus, ac Deo acce-

ptiſſimum negotium ſuſpendere,ac omittere non poſſumus.

Quare R. T. R tanquam loci Ordinario, comitante Principe Carolo de Lichtenſtein ſupradictam Reformationem committere,ac inſtructionem antehac in noſtris tam ſuperioris, quam inferioris Auſtriæ Reformationis Commiſſarios expeditam tranſmittere atque mandare nobis viſum fuit, ut dictam inſtructionem, cum nominato Principe Carolo de Liechtenſtein, bene & profunde conſideret, quo facto cum tali Reformatione. in quantum ſtatus loci permittit procedat: ante omnia vero incredulis inhabitatoribus (ante facta inſinuatione) ad converſionem duos menſes denominet, in quibus religioſos,& bene diſpoſitas perſonas,ad illorum particularem informationem mittat, ac ſic probet, an blandis tractatibus ad veram Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Religionem reduci queant,ſin minus, elapſo termino ex provincia diſcedendum annunciet, iſta tamen conditione,ut unuſquiſque non ſolum ſua debita particularia,& communia civitatis ſolvat, ſed etiam cauſa rebellionis debitam pœnam noſtro Regio Fiſco præſtet.

Cæterum,ne ſubditi in civitatibus impoſterum militum inſolentia aggraventur, ordinavimus ex noſtra bellica Cancellaria Capitaneo Breiner, ut inter ſuos milites, quibus,poſcente neceſſitate, in iſto opere uti poſſumus, bonum regimen, illoſque eo diſponat ut extra illud,quod ad illorum ſuſtentationem ordinatur, ſubditos minime moleſtent. Quod R. T. R. ad meliorem notitiam reticere noluimus: eaque confidentia ſumus,R. T. R in iſta Reformatione,cognita laudabili R. T. R. diligentia,& fervore,omnem conatum adhibituram,& ita curæ ſumpturam, ut noſtra ad majorem Dei gloriam

riam directa intentio effectum suum habere valeat, in perficiendo isto opere ea moderatione utatur, ne civitates regni aut quisquam alius conqueri causam habeat, uti bene rebus prospicere, & quod in hoc minuendum, vel melius ordinandum videbitur, referre non ignorabit. cui de reliquo cum Cæsarea, & Regia gratia manemus semper bene affecti. Datæ Viennæ, vigesimo nono Aprilis, anno 1626.

FERDINANDVS SECVNDVS.

Ab Archiep. Pragensi S. C. M. quærit quid faciendum de hæreticis illis, qui insecuti sunt Mansfeldum, tam de Bohemia, quam de Austria superiori.

Qualiter R. S R. quinto hujus propter instantem Reformationem in nostro Bohemiæ regno ad nos scripserit, præcipue, quod ob Mansfeldii tentatam deprædationem Silesiæ, in qua hæretici tam in Bohemia, quam rustici in superiori Austria acriter sunt animati, tam cito progredi non potuerit, & qualem patentem per quam Princeps Carolus de Liechtenstein illis fugitivis personis ad sua bona reverti tres menses denuncians, promulgaverit; demum propter restitutionem translatorum, de civitatibus nostri hæreditarii Bohemiæ regni, bonorum ob rebellionis delictum in memoriam reduxerit; illud omne fuse, lateque nobis relatum fuit. Quare R. S. R. clementissime respondemus, dictam Reformationem nos multo libenter ad optatum, & bonum finem perductam velle, quia vero nobis R. S. R. indicat, istum hactenus observatum modum, communi plebi aliquid odiosum, & omnino acrem videri, eapropter de blandioribus, & lenioribus remediis cum Reverendiss. Card. & Principe de Dietrichstein, conferre statuisse cum quibus demum procedi posse. Nos igitur expectamus vestram conclusionem. Quod vero attinet ad publicatam de Principe Carolo de Liechtenstein patentam propter fugitivas de Praga personas, illud

cum nostro præscitu,& mandatum factum est,non absque gravibus instantibus causis,quare etiam sic permittatur.

Ad restitutionem bonorum, nullam quidem certam determinationem proposuimus, sed nobis ad aliam occasionem reservamus; intercessionem tamen R. S. R. pro civitatibus insertam nos in Cæsarea,& Regia tenebimus memoria.

Quod R. S. R. rescribere, & ad meliorem notitiam declarare statuimus, cui cum omni Cæsarea, & Regia gratia manemus bene affecti. Viennæ,vigesimo sexto Septembris,anno 1626.

FERDINANDVS SECVNDVS

S. C. M. determinat contra pertinaces hæreticos Bohemiæ pro alia reformatione commissiones mittere.

Dilecti fideles, &c. R. S. R.& vobis satis clarum est, quod in hæreditario nostro Bohemiæ regno,ad majorem Dei gloriam, & ad solius Sanctæ Catholicæ,& Apostolicæ Religionis incrementum, diversa clementissima mandata, rectosq; ordines, tam R. S. R. quam nostris ibidem Præsidentibus transmiserimus.

Etsi certissimo speravimus talem Reformationem progressum habituram, nostrosque subditos se instruere de suis erroribus (quibus obcæcati hactenus inhæserunt) ad solam veram Catholicam, & Apostolicam Religionem (in qua ipsorum parentes,ac majores multos centenos annos felices, & bene vixerunt,etiam haud dubie cum illa feliciter de hoc mundo migrarunt) reducique se permissuros, suamque salutem non adeo negligenti modo,sed altius consideraturos.

Audimus tamen nostram ex clementissimo, & paterno affectu progressam, & boni æstimatam opinionem,apud multos obstinatos, & pertinaces, nullum fructum habuisse, sed illos nihilominus in sua hæresi obstinate hæsisse,

Quapropter

Quapropter ad omnem superfluitatem, ex sola singulari amore, & cura, qua omnibus sumus affecti, aliam reformationum commissionem instituere, illamque R. S. R & vobis in Cæsarea ac Regia Majestate committere consentaneum visum est ad quem finem, certam instructionem, quomodo nimirum in talibus Reformationis commissionibus procedendum sit, exarandam R. S R. & vobis illam quā citissime transmittendā curavimus, clemētissime mandātes, ut R. S. R. & vos illā bene revideatis, talemque commissionem, quam proxime in opus dirigatis, & cum illa, secundum cognitam v. stram diligentiam, & prudentiam, procedatis. Qua in re laborantes, nostram voluntatem adimplere non ambigatis. De cætero R. S R. & vobis cum omni Cæsarea, & Regia gratia manemus inclinati. Datæ Viennæ, quinto Febr anno 1627.

FERDINANDVS SECVNDVS

INstructio, & mandatum in Reverendissimum, & Illustres, nobiles nostros dilectos fideles, Dominum Ernestum Adalbertum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Sacerdotem Cardinalem de Harrach, Archiepiscopum Pragensem, nostrum Consiliarium, dilectum amicum, & Principem, &c. Iraslaum Borizam, Comitem de Martinitz in Schmetchna, & Hagenstorff, nostrum à secretis Consiliarium, & supremum provinciæ Camerarium nostri hæreditarii Bohemiæ regni, Fridericum de Talmbergk in March n, Domaschin, Nambshels, supremum provincialem iudicem nostri hæreditarii Bohemiæ regni, & Præsidentem super appellationes Pragenses, nostrum Camerarium, & Christophorum Vratislaum de VVittrovvitz in Bozezin, nostros Consiliarios, & provincialem supremum Scribam nostri hæreditarii Bohemiæ regni, &c.

 Quæ,

Quæ, & qualia ipsi nostri, in nostro hæreditario Bohemiæ regno, ad reformationis negotium ordinati Commissarii, omni cum sinceritate, maximo cum studio, atque clementissime volumus adhortatos, exsequi debeant.

Cum nos hactenus, etiam post ingressum Cæsareum regimen, in nihil aliud curam nostram potius intenderimus, quam ante omnia Dei honorem promovere, atque lapsam in nostris regnis, & hæreditariis provinciis sanctam solum salvificam Catholicam Religionem erigere, nostros obsequentes subditos, ab increbescentibus, & nimium invalescentibus perniciosis Fidei erroribus avertere, & ad veram viam salutis reducere, prout in hunc finem diversa clementissima mandata, & ordinationes publicari fecimus, nihilominus tamen (ut accepimus) apud plerosque nulla appareat fere obsequentia:

Idcirco nos pro Cæsareo, Regioque nostro officio, atque singulari paterna cura, & amore, quo omnibus nostris obsequentibus, & fidelibus subditis constanter favemus, demum, ad firmam manutentionem nostrorum ante hac promulgatorum, tam Cæsareorum, quam Regiorum mandatorum, & ordinationum gravissime attentatam Religionem Catholicam, pro nostro extremo posse, annuente Divina Omnipotentia adjuvare, & ad hunc finem in nostro hæreditario Bohemiæ regno præclaram commissionem instituere, consultum duximus, prout præfatos nostros commissarios ad eam deputavimus, ut virtute nostræ commissionis, illisque traditæ potestatis, suæ vero Cardinalis, & Archiepiscopi dilectiones, in rebus Ecclesiastica concernentibus ratione Episcopalis officii, sicut omnes pro sua quisque authoritate hoc commissionis negotium aggrediantur.

Postquam

Postquã vero inprimis necessitas plane deposcat, ut alia magis severa media erga seductos subditos adhibeantur, propositam reformationẽ, necessaria instructio, & informatio præcedat. Prædicta Cardinalis, & Archiepiscopi Dilectio ante omnia curabit, ut ex Religione cujuscunq; ordinis, meliora subjecta, quæ in Bohemiæ regno reperiẽda, atq; huic negotio melius adhibenda videbuntur, particulariter vero illos, qui hactenus in præfato nostro hæreditario Bohemiæ regno in convertendis Lutheranis sedulã navarunt operam, etiam concionando, docendo exercitati, & in controversiis sunt periti, accipiantur, & hinc inde in provinciis, quantum necesse erit (quod consilio, & rationi suæ dilectionis reliquimus) pro instructoribus constituant, iisdemque certam instructionem, quomodo nimirum cum instruendis sectariis inhabitatoribus nostri hæreditarii Bohemiæ regni procedere debeant, tradant: ut tandem in commissione pro uniuscujusque loci constitutione adhiberi queant.

S.C.M. mandat, ut eligantur doctissimi viri, & in provincias mittantur pro reformatione.

Ordinatis talibus instructoribus, nostri ordinati, & deputati Commissarii non negligent cum aliquo idoneo Secretario convenire, uniuscujusque provinciæ, & civitatis, vel oppidi, vel proxime adiacentis pagi superiores una cum suis subditis, sicut & Parochis, & Ecclesiasticis (non omnes tamen uno die, sed secundum distributionem in ipsorum consilio positam) unum post alterum ad se citare, litteras commissionis, atque nostrum serium, & finale mandatum, & quod Religionis reformationem certo promotam, & in omnes delatam velimus, sicut etiam civitatum Magistratibus, ubi se nostri Commissarii per sortem reperient, declarare, & patefacere, ipsisque per diversa efficacia motiva ante oculos ponere, quam magna nimirum utilitas sit proventura, si nostro obediverint man-

Pro reformatione idoneum Secretarium eligant.

 dato

dato, & è contra, quæ pœna ipsorum tergo incumbat, si neglexerint, sicut etiam, quam magno amore, & paterna cura nostris simus affecti subditis, & tandem, quo zelo instituendam curaverimus istam reformationem, omnes & singuli profunde inducant animo, quæ tandem in ista Reformatione impedimenta oriri, vel occurrere possint, uniuscujusque loci superiores audiant, vel à Parochis sciscitentur.

Tardos & duros ad conversionem admonendos esse.

Etsi forsan præfati nostri Commissarii notarent unum vel plures ad Sanctæ Catholicæ, & solum salvificæ Religionis conversionem tardum, aut omnino obstinatum se exhibere, talem, vel tales adhortando serio admoneant terminumque ad conversionem, aut ad Regni emigrationem (nostri tamen commissarii hac in parte sua utantur prudentia) & secundum rei constitutionem in uno & altero loco hujusmodi terminos constituant & præfigant.

In unaquaque Parochia duo instructores relinquantur: quod si Parochus fuerit idoneus, sufficit unus.

Porro nostris Commissariis virtute hujus hoc quoque mandatum volumus, ut impedimenta, quæ huic commissionis negotio obsistere possent, loci superioribus intimetis, ut pro posse occurrat, ac juste percuntentur ab eis, quales in unoquoque loco Parochiæ, & quales redditus Parochi habeant. (quorum omnium consignationem in scriptis petant,) ut præcipuos instructores in eisdem locis ubi convenerint, quotidie concionari permittant: quibus deinde discedentibus, unus vel duo instructores relinquantur, Parochisque insinuetur, ut una cum instructoribus, (quod si forte Parochus in uno loco foret idoneus de uno solo instructore provideri poterit) sedulam suam operam non omittant. Proinde nostri Commissarii superioribus uniuscujusque loci severe mandabunt, cum ista duntaxat Reformatio nostro nomine, nostroque clemen-

clementissimo velle sit instituta, diligentissime prospiciant instructores, omni ex parte auxilientur, subditos ad debitam obsequentiam stricte urgeant, annexa comminatione, quod si obedire recusarint severiora media fore adhibenda.

Reformatio incipienda a civitate Pragæ, & prosequenda per totum regnum

Quomodo tandem nostri Commissarii meliori modo ad consequendum propositum commissionis negotium aggredi poterint, ipsorum solito consilio pro rei circumstantia committendum penitus duximus. Totius autem operis principium in nostra civitate erit inchoandum, & nostri Commissarii in hunc modum sua in unoquoque loco executa Commissio in alium proficiscantur, ubi simili modo, donec totius Bohemiæ situm peragrarint, procedere satagent.

Singulis mensibus relationes esse faciendas de reformatione per instructores commissariis, per quos transmittatur ad Regiam Cancellariam Bohemiæ.

Vt demum potius Reformationis negotium magis promoveri, & ad optatum finem traduci queat, nostris Commissariis potestate hujus plenipotentiam concessam volumus, ut discessuri unum vel duos vel quantum loci situs postulaverit, idoneas Catholicas personas, quorum vita integra, subdelegent, ac delinquant, ipsi vero instructores ante omnia edoceantur, ut nostris Commissariis singulis mensibus sinceram relationem de uniuscujusque loci Reformationis successu transmittant, ut Commissarii talem postmodum relationem, aliasque suas expeditiones, de mense in mensem absq; mora, adjuncta ipsorum opinione, ad nostram Regiam Bohemiæ Cancellariam transcribere, nostramque ad facilitandas difficultates, ordinationem præstolari habeant.

Conditionate terminum posse prolongari.

Vbi etiam instructores advertarint, quod si in uno aliquo loco aliquid occurreret informationi obnoxium, id nostris Commissariis, particulariter, si prolongationes terminorum necessariæ vel spes nulla foret, intimen. Quo facto si Cardinalis, aliiq; adjuncti

adjuncti Commissarii consultum opinarentur, hujusmodi promulgationem, ista tamen conditione concedant, ut elapso temporis concessi termino, nisi ad conversionem se disposuerint, tales contumaces, & repugnantes, ad sistendum petantur, nec istos in suo errore morientes sepelire, vel viventes Canonum pœnis afficere statuatur.

Numerus instructorum committitur Card. & Archiepiscopo.

Quod spectat ad instructorum numerum, quando nimirum, & quot isti operi sint adhibendi, aut qui hinc inde disponendi, hoc Cardinali, & Archiepiscopo, eorundemque judicio totum committitur.

Contra reformationi resistentes milites mittantur.

Porro si nostri Commissarii adverterent, quod huic Reformationis negotio in aliquo loco vis inferretur, ad illorum intimationem nostro Generali confestim mandabitur, illos hinc inde militibus, in nostro hæreditario Bohemiæ regno jacentibus, quantum necesse habuerint, adiuvare, nostri tamen Commissarii bene advertant, ne causa auxilii novus tumultus fiat.

Quidam contra-alentes prædicantes.

Quia vero inter alia erudimur, in nostro hæreditario Bohemiæ regno adhuc Dominos nonnullos, & nobilium status à facta nuper sectariorum prædicantium expulsione, nihilominus similes, aliosque hujusmodi seductores, sub prætextu alicujus officii, sustentare, nos tales controversias, ratione quarum vulgus de uno errore in alium ductum, sæpius ad novas rebelliones, aliosque tumultus allicitur, incitaturque, in nostro hæreditario Bohemiæ regno exercitari nullo modo cogitamus, quare Commissarii nostri diligentissime inquirent, præsertim in eisdem locis, ubi usque modo morari suspicantur: cujus rei postquam certam habuerint cognitionem, unum vel alterum nobilem ejusmo di farinæ homines, vel ludimagistros alere, tales, vel talem, primo sub amissione ipsorum Ecclesiarum

clesiarum, pro secundo sub certa pœna, & privatione alicujus partis, vel omnium ipsorum bonorum, si vero adhuc nihil efficerent, talesque antedictos homines dimittere recusarent, & ultra deprehenderentur, nobis insinuetur, ad constitutam positæ pœnæ executionem ordinandam.

Publicos hæreticos illico ejiciendos

Quod deinde ad cives cujusque civitatis attinet, sequenti modo hoc in Reformatione observatum, & processum volumus, ut si antegressa sufficienti instructione, Reformationi aliquis se publice contumacem ostenderet, & ita quidem ut cæteri scandalizentur; talis e vestigio provincia emigrare jubeatur, attamen si alii, licet Religionem non susceperint, absque scandalo sese continerent, suosque liberos vel consanguineos in Catholica Religione informare permitterent, similes diutius sustineri poterint, & longior terminus eis concedi.

Hæreticis, qui ad Fidem convertentur etsi sint rebelles, indulgendum, similiter civitatibus.

Vt etiam omnes nostri obsequentes subditi nostrum paternum amorem, & curam, & quod clementissime illis velimus, videre, & cognoscere possint, erga sæpe nuncupatos nostros Reformationis Commissarios in Cæsarea, & Regia gratia nos declaramus, quod si unus vel alter se ad Catholicam converterit Religionem, & à Cardinali Archiepiscopo hac ipsa de conversione certiores facti erimus, omnium ratione rebellionum, & delictorum totali. er veniam dabimus unicuique civitati sua propria bona restituentur, non minus processus contra privatos cives, qui se ad Catholicam Fidem applicuerunt, prorsus tollentur, quod nostri commissarii in administranda commissione unicuique loco, & civitati intimare, & notificare scient.

Catholici Domini.

Deinceps, quod Catholicorum Dominorum, & nobilium subditos concernit, sive sint in civitatibus, aut pagis, tales, si post antegressam informa-

tionem adhuc pertinaces se exhiberent, per decentia media coacti ipsi & ipsorum liberi in Catholica Religione educentur.

ut cogant subditos ad educandos filios in Fide Catholica.

Commissarii præterea nostri, ante omnia, sicut & Magistratus ipsi, singulariter considerabunt, ut omnibus in locis, si non præceptores, saltem Catholici Ecclesiarum Scribæ suscipiantur, etiam de Parochis pueri in Cathechismo diligentissime instructi, parentesque suos liberos, & si non Catholici, ad instruendos mittere, vel ab aliis accipere, mandabunt.

Cum Dominis locorum sectariis quid agendum.

Quo ad sectariorum Dominorum subditos, nulla prorsus utatur differentia, sed unum, post alium loci situm aggredi, & tantum cū Lutheranis, quantum cum Catholicis procedere habebunt: præsertim cum apertissime constet, multos Catholicorum Dominorum subditos propter confines Lutheranos vicinos ad Religionem se convertere recusare.

Officiales Sectarios removendos.

Quia etiam experientia docet, per sectarios Officiales hinc inde in nobilium bonis, & territoriis degentes, plus, vel ad minimum tantum, quantum per ipsos prædicantes, subditos seduci, incrementumque Catholicæ Religionis impediri, quod nos in nostro Bohemiæ regno, connivere & ita fieri nequaquam cogitamus. Quapropter nostri Reformationis Commissarii, etiam hac in parte diligentissimam navabunt operam, & in exequenda sua Commissione hujusmodi homines demigrare quamprimum faciant, atq; ipsorum loco Catholicos imponendos sedulo curabunt, ubi quoq; constitutione termini opus erit, quæ solitæ Commissariorum prudentiæ committimus. Quod si vero aliquis debitam obsequentiam præstare recusaret, nostrumq; Commissariorum mandatum sperneret, vel omnino recalcitraret, Cōmissarii nostri nobis innuent, ut securius remedium adhiberi possimus.

Rursus

Rursus cum aliqui alii adhuc nostrum hæreditarium Bohemiæ regnum inhabitent, qui immobilia bona habent, uti rustici in provinciarum tabulis quoque participes, & alii Emphiteutæ Regis dicti, cum similibus sicuti cum civibus, observatum volumus.

Et quamvis consultum, & Reformationi, etiam incremento Catholicæ Religionis idoneum, & efficax existere videamus, si unus, aut duo Episcopatus in nostro Bohemiæ regno instituerentur, id tamen nostris Commissariis ad deliberandum commisimus, clementissime jubentes, ut quid de hac re agendum, consilium faciant, ipsorumque opinionem nobis transmittant. *Proponit S.C.M. si in Bohemia unus vel duo Episcopi debent esse.*

Quid dein ad sectariorum sepulturam, desponsatarum personarum copulationem orationes, jejunia, & libros sectarios spectat, ipse Cardinalis Archiepiscopus ratione Archiepiscopalis officii providere sciet. Quia vero illis in Religione nondum informatis copulatio per Catholicos Sacerdotes denegari, minus infantum Baptismi ratione carentium Catholicorum propatrum recusari nequeant Nostri Commissarii, specialiter Cardinalis Archiepiscopus, cum similia magis suum concernant Episcopale officium, diligenter quid hac ex parte faciendum considerabit. *Determinat S.C.M. quid agendum de sepultura, oratione, jejuniis, & de libris sectariis, copulatione sectariorum quid de baptismo.* Tandem & ultimo, cum non parum vitæ exemplaris Ecclesiasticorum intersit, ut suis à Deo, & superioribus commissis ovibus tam verbis, quam actibus interioribus, exterioribusque præluceant & ad imitandum invitent, præcipue Cardinalis Archiepiscopus quatenus loci Ordinarius providebit, & in Ecclesiasticos suam curam intendet, ut omnibus ob defectum Ecclesiasticorum lamentantibus qualificatis personis succurratur, & tandem omne id, quod servitiis divinis, huic Reformationis negotio, & *Bonum exemplu Ecclesiasticorum commendatur.*

 incremento

incremento Catholicæ Religionis obnoxium, avertatur,& tollatur. Ita facturos speramus,nostraque clementissima complebitur voluntas, & intentio. Viennæ,quinto Februarii, anno 1627. Ferdinandus. Locus Sigill. Otto Nostiz Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium. Ioan Caspar,&c.

FERDINANDVS SECVNDVS

Mandat S.C.M. ut sicut cum subditis,ita cum dominis in reformatione procedatur in Bohemia.

Dilecti fideles,&c. Scietis nos elapsis temporibus, in nostro hæreditario regno Bohemiæ, ad majorem solius Dei gloriam, ad amplificationem solius Catholicæ, & Apostolicæ Religionis, salutiferum Reformationis opus instituisse, & ad perficiendum illud certos Commissarios ordinasse, nosque nihil plus desiderare, nec quærere, quam salutem, & felicem nostrorum subditorum eventum. Etsi illius clementissimæ spei fuerimus, omnes, & singulos nostros subditos, clementissimæ nostræ voluntati,absque ulla difficultate applicaturos: Percipimus tamen summa cum displicentia, adhuc apud residuos nostri hæreditarii Bohemiæ regni hæreticos, illud perniciosum cum nostris adversariis, & hostibus versari, finem non acquisivisse. Quare facile judicare licet, quod si non cum dicta Reformatione procedamus,nullam constantem pacem, & sinceram unitatem inter nostros subditos esse expectandam.

Quapropter nos, uti antea propter civium, & subditorum statum, sic jam propter Equitum, & Dominorum statum decernimus, ut inter dictos Equites,&Dominos cum incepta Reformatione similiter procedatur. Quare ut omnibus nostra clementissima voluntas melius pateat, certas patentas expediri, illasque vobis transmitti curavimus, clementissime jubentes, ut vos more regni antiquo

illas

illas in consuetis locis publicari ordinetis, nostrisq; delegatis Reformationis Commissariis ad perficiendum hoc opus omnem assistentiam & promotionem præstetis. Vti nos nostræ in nos positæ clementissimæ confidentiæ satisfacere, & poscente necessitate prosequi compertum habebitis. Viennæ, vigesimo sexto Iulii anno 1627.

FERDINANDVS SECVNDVS

Dilecti, fideles, &c. Tuis dilectionibus, & vobis plus nimio notum est, quomodo antehac clementissime decrevimus in nostro hæreditario Bohemiæ regno, ad majorem Dei gloriam, ad incrementum solius Catholicæ & Apostolicæ Religionis, non minus etiam ad conservandam pacem, & unitatem, inter nostros fideles subditos, salutiferum Reformationis opus perficere, ad quod assequendum T. DD. & vos pro Commissariis deputasse, & ordinasse, vobisque unam instructionem, quomodo nimirum procedendum sit, tam in Cæsarea, quam Regia Majestate tradidisse.

Mandat S.C.M. Commissariis Bohemia Reformationem Dominorum, & Equitum.

Verum, consideratis considerandis omnibus, expresse videmus, nisi cum civium & subditorum statu, etiam Equitum, & Dominorum status ad solam sanctam Catholicam, & Apostolicam Fidem conformiter reducatur, ac convertatur, illique subditis exemplo præluceant, prætensum tramitem, & scopum difficillime nos assecuturos, præcipue maximo cum animi dolore percipientes perniciosum, & severe puniendum illud agere cum nostris adversariis, & hostibus inter nostros adhuc existentes hæreticorum asseclas, finem non acquisivisse.

Qua de re clementissime decidimus, inter nobiliorem, uti Dominorum, & Equitum, statum, sæpe dictum Reformationis opus, absque ulla ulteriori prolon-

-prolongatione, instituere, ac promovere, & ne ullus quasi clementissimam nostram mentem ignorasset, se excusare possit, certam patentam concipi curavimus, nostrisque Præsidentibus ad publicandum clementissime mandare jubemus. ut T. D. & vobis in ista Commissione omnem assistentiam præstare non dedignentur.

Quibus omnibus sepositis, est nostra clementissima voluntas, ut tua Dilectio, & vos inceptæ Reformationi cum summa diligentia, jubente instructione, insistatis, & ad exequendam nostram de novo publicatam, & in Dominos, ac Equites extensam Patentam eo semper consiiderent, ut in determinatis sex mensibus, pro termino Equitum, & Dominorum edictis, constituti in provinciis instructores omnes Dominorum & Equitum personas de iis, per quæ à Sancta Romana Catholica, & Apostolica Ecclesia ceciderunt, bene, à & fundamento instruant, & ad veram cognitionem veritatis deducant.

Vt vero progressum hujus salutiferi negotii, & quid in contrariam partem nobis faciendum, scire possimus, mandamus, ut T. DD. & vos de mense in mensem fuse, & plene relationem faciatis, quomodo nimirum unus, vel alter Equitum vel Dominorum status ad suscipiendam Religionem se applicet, vel si ei sit contrarius, & alias de sancta Fide sentiat, quomodo occurrere possimus, vestram opinionem transmittatis, quibus deinde respondere, ulteriusque nos declarare incumbet. Hoc volumus stricte. Datæ Viennæ, 26 Iulii anno 1627.

Diploma, quo præcipitur nobilibus

FErdinandus Secundus. Omnibus, & singulis nostris subditis, & inhabitatoribus omnium quatuor partium nostri hæreditarii Bohemiæ Regni nostram Cæsaream, ac Regiam gratiam, & omne bonum.

Dilecti,

Dilecti, fideles, &c. Omnibus, & singulis luce clarius constat, nostrum hereditarium Bohemiæ regnum, nullis temporibus, in meliori, ac prosperiori statu esse versatum, quam sub regimine nostri prędecessoris Cæsaris Caroli IV. laudabilis, ac felicis memoriæ, &c idque singulariter ea de causa, quod ex singulari cura, & amore, quo erga vestros parentes, & totam patriam fuit affectus, omnino prudentissime, & optime providerit, ne discrimen, & disceptatio in Religione, aliquo in regno esset, nec ullam constantem pacem & veram obedientiam, tam erga suos Superiores, quam inter ipsos subditos habere, nec erigere valerent.

regni Bohemiæ, ut infra sex menses Catholicā Religionem suscipiant, sin minus, è regno discedant, & eorum bona vendere teneantur.

Quare in dicto nostro hæreditario Bohemię regno certas leges, & ordinationes instituit quarum unam omnibus suis, tam Ecclesiasticis, quam secularibus Officialibus & Consiliariis tradidit, mandavitque, ut neglectis omnibus rebus, quam diligentissime attenderent; ne extra Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam (ab illo enim tempore à quo dictum regnum ab idololatriā reductum fuit, nulla alia Fides, nisi sola Catholica, & Apostolica, usque ad Imperium Regis VVenzelai Quarti, in dicto Bohemiæ regno reperire fuit) ulli errores, hæreses, falsæ doctrinæ in regnum introducerentur, nec introduci concederentur. Quare etiam sole clarius est, adhuc imperante, & existente Cęsare Carolo IV prędecessore nostro, & regnante Rege VVenzeslao (ex aliquo concurrente forsan errore) multas hæreses atque errores irrepsisse, ex quibus postea seditiones, discordiæ, non solum inter subditos, verum etiam rebelliones contra ipsos superiores exortæ, atque auditæ sunt, & tales quidem, quas omnes succedentes fere Reges passi sunt. Postremum deinde sub imperio Cæsaris Rudolphi, & Matthiæ, felicis memoriæ,

memoriæ, initium resumpserunt, at nostro tempore plane, & ita grassari cœperunt, ut etiam nostri subditi in dicto nostro hæreditario Bohemiæ regno contra nos, nostros hæredes, Reges succedentes, ac totam Austriacam domum se erigere, ac pro dicto regno, suisque provinciis certare, omnique jurisdictione (contra Auream Bullam nominati Cæsaris Caroli IV.) nos privare, & tentare fuerint ausi.

Enimvero, ut sæpe dictum nostrum hæreditarium Bohemiæ regnum, pristinum suum statum, in quo tempore prædicti nostri prædecessoris Cæsaris Caroli IV. versabatur, adipisci queat, nihil plus, nihil magis ab illo tempore, in quo Pragensem victoriam, Deo adjuvante, contra nostros adversarios sumus consequuti, vehementer optavimus, quam ut exemplar clarissimum antecessoris nostri Caroli IV. (qui suo sub Imperio pro patre patriæ existimabatur, illudque in effectu demonstrabat) in defensione, ac manutentione solius veræ Catholicæ, & Apostolicæ Religionis insequi, & imitari possimus & uti is nullas hæreses nec errores in dictum nostrum regnum inspergere, vel si subdole fieret, statim tales Catholicæ Religioni contrarias doctrinas, errores, imo & ipsos seductores, summo cum fervore funditus eradicare, & illos severe punire statuimus. Ita qua & nos maxima cum molestia percipimus apud nostros Bohemiæ incredulos, nullum prætermitti studium in prensando perniciosum aliquod nobis & nostris obsequentibus, nec finem habere velle cogimur tam pro ratione Regii Officii, quam debito curæ animarum nostrorum subditorum, (pro quibus summo Judici stricte rationem sumus reddituri) tum etiam pro incremento inter ipsos subditos amantissimæ pacis, quinimo ad securiorem manutentionem nostræ jurisdictionis, & nostrorum hæredum

redum succedentium Regum, erga sæpe dictum Bohemiæ regnum, ad hunc finem institutiones, & ordinationes facere, ac promulgare, ut sæpe dicti nostri increduli, & perniciosissimis suis erroribus hærentes subditi suas susceptas; post Cæsarem Carolum quartum, hæreses abdicant, & se ad solam veram Sanctam Catholicam, & Apostolicam Religionem convertant, maxime cum urgente nostra conscientia nullum in posterum tam ex superiori, quam ex inferiori statu utriusque sexus, in suis erroribus, ac hæresi consistere permittemus; sed magis convenientius divinisque legibus magis consentaneum existimavimus, ut omnes, & singuli nobis obsequentes subditi, antiquissimæ Romanæ Catholicæ Religioni (in qua nostri, & illorum parentes bene, & optime viventes, Divina adjuvante gratia feliciter Deo extremum vitæ spiritum reddiderunt) unanimiter nobiscum consentiant Quapropter adhuc ante tempus instituendę, ac promovendæ Reformationis, operis quamprimum necessarii ssimi, ac Deo acceptissimi, certos Commissarios constituimus, quibus in Cæsarea, & Regia potestate mandavimus, ut tam per se ipsos, quam per suos subdelegatos instructores omnem diligentiam adhibeant, ut sæpe dicti nostri obsequentes, & fideles subditi optime, & ex fundamento Catholica Fide instructi, ex manifestis suis erroribus, & hæresi in veram viam Sanctæ Romanæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ reduci possint. Insuper ipsis Commissariis præcepimus, ut Dominorum, & Equitum statum (in quos nostrum clementissimum diploma singulariter est directum) post publicationem ejusdem, intra sex menses pro termino sufficiente constituto, citari curent illos, & per se ipsos, aut per subdelegatos in sæpe dicta Romana Catholica, & Apostolica Fide informent, & e-

lapso

lapso deinde termino, quomodo unus & alter ad exhibendam Omnipotenti Deo, ejusq; Sanctæ Romanæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ obedientiam, ex nostro, atque ad illorum animarum salutem clementissimo, & omnino paterno mandato, se accommodaverit, & instrui permiserit, certam, & sinceram relationem faciant. Quapropter optime facturos nos arbitramur, si omnes, & singulos nostros subditos Dominorum, & Equitum status clementissime, & plane paterne adhortaremur. (nam quod ad Regias, nostræque amantissimæ Conjugis Romanæ Imperatricis usque ad mortem addictas urbes, atque ad subditos nostrorum propriorum Dominorum, & tandem ad omnes alios regni inhabitatores spectat, quo modo scilicet illi ad Catholicam Religionem reduci queant, relinquimus, ac in nostra ante acta, & emanata determinatione permanemus) ut omnes illi deputatos à nostris Commissariis instructores, progredientem ex corde informationem, summo cum fervore, & sincero corde benevole acceptent, se ipsos ad suam salutem, & majus commodum ferventer accommodent, & in omnibus se nobiscum Sanctæ Romanæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ assimulēt, & conforment; si vero in contrariam partem aliqui invenirentur, qui intra constitutum terminum illorum sex mensium Catholicæ, & Apostolicæ Religioni se applicare nollent, omnino statuimus, atque potestate hujus Cæsarei Diplomatis ultimo declaramus, ut elapsis sex mensibus, nulli omnino, in dicto nostro hæreditario Bohemiæ regno habitare, nec bona sua propria persona possidere concedatur, nec statuatur, sed ex nostro regno discedere, bona possidentia suis sanguine conjunctis, aut aliis Catholicæ, & Apostolicæ Religioni addictis vendere teneantur. Ad quem finem ordina-

mus.

mus,& ultra alium terminum aliorum sex mensium,ad vendenda bona. constituimus. Ne vero quisquam existimet id nos agere pecuniarum sola cupidine allectos, non honorem,nec laudem Omnipotentis , ac salutem nostrorum subditorum quærere,omnibus & singulis in potestate Cæsarea, & Regia declaramus , ut si quis nostræ clementissimæ, & finali voluntati (quod tamen non speramus) non obsecundaverit tali,vel talibus, discessus,& emigratio regni absque ullo reddendo censu,liberrime concedatur ac permittatur Quinimo ultra concedimus,ut omnis ad vendenda sua bona,ad deposcenda sua in regno debita (ad quæ consequenda,quam primum possibile nos adjuturos sciant) aliquem suorum cognatorum,vel aliorum Catholicorum possit eligere , atque potestatem tradere:quamvis quidem nihil carius,nec gratius nobis foret, quam ut illa antiquissima, & clarissima stemmata,quorum prædecessores,& parentes in nostro hæreditario Bohemiæ regno,tam longis temporibus ante exortas hæreses., unanimes in Catholica Religione bene , & laudabiliter vixerunt., etiam imposterum in tali unitate in regno retineri,ac conservari possent. Adhortamur igitur omnes,& singulos nostros obsequentes paterne, & clementissime, ut unusquisq; hæc in propriam suam salutem altius perpendat,suamq; conscientiam examinet, ne justo aliquando permissu divino., non solum temporalia , verum & æterna (quæ nulli optare debemus) tam ludicre,& negligēter amittat,sed libentius suos errores,ac hęreses per quas illi , & sui prædecessores seducti clarissimum regnum ad extremum fere exitum tulere) agnoscant, illasque abdicent, seque ad antiquam Romanam Catholicam Fidem convertant , & nobiscum tandem in sancta Religione conformare sollicitent,

sollicitent, qnibus omnibus adimpleretur nostra clementissima voluntas, & impermutabilis intentio. Datæ in nostra civitate Vienna, Sabbato S. Ignatio Sacro, Anno 1627.

Quoad proceres, & equites S. C. M. prorogat tempus pro reformatione, & instructione in fide, cum aliquibus conditionibus.

FErdinandus Secundus. Omnibus & singulis subditis nostris, & incolis omnium quatuor statuum hæreditarii nostri regni Bohemiæ gratiam nostram Cæsaream, & Regiam, & omne bonum. Fideles dilecti, Notum vobis est, quemadmodum ex singulari, ac paterno clementissimo amore, & sollicitudine, quam pro vestra salute, & utilitate gerimus, in hæreditario hoc nostro regno Bohemię generalem quandam, perquam necessariam, ac salutarem reformationem instituendam, Cęsareis, Regiisque nostris patentibus, maxime quoad Procerum, Equitumque statum concernit, sub dato festo S. Ignatii, qui ultimus fuit præteriti mensis Julii, labentis anni, ad omnium notitiam publicandam curaverimus; in universum paterne, benigneque vos omnes adhortantes, ut vos huic salutari reformationi ad propriam animarum vestrarum salutem introductæ, & conversioni ad veram Fidem aptare velitis. Ab hoc facto jam semel à nobis Christiano, finalique decreto tametsi minime recedere cogitemus, sed in votis optatisque potius habeamus omnes, & singulas obedientium, & fidelium subditorum nostrorum errantes animas, ad Deum, à quo conditæ sunt, & cui de his rationem nos reddere aliquando oportet, reduci, perducique, quamvis omnibus etiam & singulis vobis ad ulteriorem conversionem, & meliorem, rectioremque informationem capiendam terminum sufficientem præfigentes indulserimus, firma spe, ut in se quisque descenderet, & quod sibi optimum, & expedientissimum animadverteret, avidissime amplexurus esset: Nihilominus elapso jam pæne

termino,

termino, quod nollemus, intelligere cum maximo nostro animi dolore, huic nostro proposito multos subditorum nostrorum nondum obsequutos, sed vana spe ductos, præfixum terminum operiri frustra in animum duxisse, minime pensum habentes, omnibus, qui hactenus veram, sanctam Catholicamque & solam salvificam Religionem nostram amplecti neglexerint, solum vertere per nostras publicatas jam ante patentes ad nostræ benignissimæ voluntatis expletionem impositum esse. Benigne tamen considerantes, multos ex illis, non humiliter, & instanter tantum nobis, ut ulteriorem sibi terminum indulgere velimus supplicasse, sed ad informationem & instructionem capiendam in vera sancta Catholica Fide se obtulisse, quare & spem concepimus, his similiter cæteros quoque facturos, & considerata diligenter paterna, benignissimaque & ad salutem propriam suam directa instructione, Catholicæ Ecclesiæ salutarem doctrinã falsis suis, veræque Christiana Fidei (ad quam Bohemiæ regnum ipsorumq; majores à gentilitate conversi sunt) contrariis plane erroribus sincere antelaturos esse. Idcirco ex Cæsarea, Regiaque clementia faciendum nobis duximus, ut præfixum terminum, quoad Baronalem, & Equestrem statum attinet, ex abundanti, atq; solius informationis, & instructionis capiendæ ergo, aliquanto longius, idque ad finem usque mensis Maji anni 1628. proximi, ultimo, finaliter & peremptorie extenderemus hac tamen conditione, ut intra hoc tempus unusquisq; non tantum informationem prælibatam admittere, & ad Commissariorum nostrorum citationem libenter, & prompte sistere sese, verum tandem etiam sua sponte se præsentare, & præfatis se instruendos dare, & ad veram Catholicam, solamque salvificam Fidem accommodare sine re-
luctatione.

luctatione teneatur; cum hac apposita declaratione, ut si unus alterve post lapsum præstituti temporis spatium se minus accommodabunt; is, sive ab illo jam tempore in hoc hæreditario nostro regno Bohemiæ amplius tolerari minime debeant: sed secundum præallegatas publicotas patentas nostras, bona sua ibidem divendere, aut divendenda per alios curare, & solum vertere teneantur, spe omni prorsus sublata termini, post ultimum, & peremptorium hunc elapsum, ullius ulterioris impetrandi, sed in eos, si ultra statutum tempus moram in hereditario hoc regno nostro diuturniorem trahant, alia irremissibili seria demonstratione animadvertatur. Regentes tamen Capitanei, & administratores bonorum, aliique Officiales, tam in propriis nostris, quam aliorum statuum dominiis, & bonis, beneficii ex hac termini prorogatione capiendum nihil habeant, sed post expirationem præscripti in prædictis patentibus nostris temporis, intra bimestre, id est ad certum proximi mensis Martii diem, regno prorsus exire teneantur, & debeant.

Ad pupillos quod attinet, eos in regno omnes permanere, eorumque bona à tutoribus, personis aliis Catholicis, quos tutores dabimus, cum ratione reddendi onere legitime administranda tradi volumus, ipsique rationem de administrtione sua dare debeant; quod idem viduis, quæ ad Religionē converti nolunt, & in suo errore perstare, & è regno hoc nostro hæreditario Bohemiæ emigrare, & abire malūt; quo ad omnia observari jubemus, volētes, ut ab illis tam pupilli ipsi, q̃ bona eorū, quorum administrationem ipsæ habuerint, Catholicis tutoribus modo quo supra memoratum, in commodum pupillorum dentur, tradanturque. Ad quod se omnes, & singuli fideles, & obedientes

nostri

nostri subditi se dirigere, suaque propria tam temporalia, quam æterna commoda, & salutem attendere habebunt. Et in hoc explebitur benignissima, & finalis nostra voluntas, & intentio. Pragæ, 6. Decembr. anno 1627.

Ferdinandus Secundus. Omnibus, & singulis subditis nostris, & incolis omnium quatuor statuum hæreditarii nostri Marchionatus Moraviæ gratiam nostram Cæsaream, & Regiam, & omne bonum

S. C. M. præcipit, ut in Marchionatu Moravia Proceres, Equites, ac subditi non Catholici intra sex menses ad Fidem Catholicam convertantur aliter emigrent è Moravia & bona alteri vendant. Item ut prædicantes ejiciantur, & fructus juris patronatus

Fideles dilecti, ubique locorum, ac gentium notum est, in florentiore, melioreque statu, nullo unquam tempore, hæreditarium nostrum regnum Bohemiæ una cum Marchionatu Moraviæ ei adjuncto, fuisse, quam Divo antecessore nostro Carolo IV. Imperante; idque eam maxime ob causam, quod ex singulari, ac paterna erga majores vestros, & charam patriam amore & studio sapienter admodum prospiciens, in dissentione, & dissidio Religionis firmam, veram, sinceramque obedientiam, ac fiduciam tam erga superiores, quam subditorum inter se fundari, aut conservari posse, in memorato regno Bohemiæ, & Marchionatu Moraviæ certas leges, & constitutiones condidit, omnibus & singulis magistratibus, Officialibus, & Consiliariis districte præcipiendo, & mandando, ut semper, & ante omnia pervigili oculo attenderet, caverentq; ut nulla præterquam sancta Catholica, & Apostolica, solaque salvifica Christiana Romana Religio, extra quam inde à prima regni Bohemiæ, & Marchionatus Moraviæ à gentilitate ad Christianam Fidem facta conversione ad VVenceslai hujus nominis quarti tempora, nullam aliam fuisse deprehenditur, exclusis aliis seductoriis, hæreticis execrabilibus erroribus, sectis, & hæresibus, introduceretur, aut permitteretur, sicut è contra non minus

Catholicis Parochis distribuantur.

compertum clarumque est, posteaquam existente in vivis etiam tum cum memorato Carolo sub præfati etiam Regis VVenceslai regimine, ex nimia forte secura confidentia omnis generis errores, & hæreses in hæreditarium nostrum regnum Bohemiæ, & Marchionatum Moraviæ irrepserunt; mox omnis generis diffidia, simultates, factiones inter subditos ipsos, tum perniciosos quoq; tumultus, & rebelliones contra superiores oriri, & pullulare cœpisse, quæ sub omnibus fere consequentibus Regibus fotæ deinde sub Divorum antecessorum Rudolphi, & Matthiæ maxime imperio renovatæ, nostris demum temporibus eo insolentiæ, licentiæque pervenere, ut subditi quoque Marchionatus hujus nostri Moraviæ nos hæredesque & successores nostros, Reges, Marchiones Moraviæ, totamq; adeo Domum Austriacam regno Bohemiæ, & incorporatis eidem provinciis, Bullæ Aureæ præfati Cæsaris Caroli Quarti contraveniendo, & ad hunc modum hæreditario iure omnino deturbare præsumpserint, ut autem tam hæreditarium nostrum regnum Bohemiæ, quam Marchionatus Moraviæ ad pristinam illam, quo sub Divo Carolo IV. antecessore nostro fuit, incolumitatem denno pervenire possit, ideò felici de rebellibus, perduellibus, hostibus, & inimicis nostris Dei omnipotentis auspiciis obtenta victoria Pragensi, nihil magis fixum, pensumque nobis fuit, quam ut ad exemplum præclarum, omnique laude dignissimum laudatissimi Cæsaris Caroli IV, (quem patrem patriæ suo tempore, & nuncupatum esse, reque ipsa fuisse, scimus) sanctam, solam salvificam, Catholicam Religionem actualiter protegentes conservaremus, & contra eam nullas hæreses, vel erroneas opiniones in prædictum nostrum regnum hæreditarium Bohemiæ, & Marchionatum Moraviæ scien-

ter introduci pateremur, aut si id nobis clam factum esset, omnes, & singulæ Religioni contrariæ sectæ, & errores laudabili zelo abolendas, & severe puniendas statuimus, eodem modo, necnon quia haud mediocri nostra cum indignatione, & dolore intelligimus, nullum etiam nunc finem, in perniciem nostram, & omnium fidelium, ac obedientium subditorum nostrorum vergentibus machinationibus, residuis Catholicis Marchionatus nostri Moraviæ incolis imponi; Idcirco pro Regii, ac principalis officii ratione tenemur, tum etiam propter subditorum nostrorum incolumitatem, & animarum salutem (de qua nos Omnipotenti Deo rationem reddere aliquando oportebit) demum etiam fundandæ, & propagandæ firmæ pacis, amoris, & concordiæ, nec non ad severe conservandam nostram & hæredum nostrûm futurorum Regum Bohemiæ, & March. Moraviæ, ad sæpe dictum March. Moraviç hęreditariam successionem, coacti sumus legibus, & constitutionibus nostris efficere, ut præmemorati nostri à diversis hæresibus distracti subditi ab iis erroribus, qui post laudabilis memoriæ Caroli IV antecessoris nostri mortem irrepserunt, revocati ad sanctam solamque salvificam Catholicam Apostolicam Romanam Ecclesiam, & Religionem convertantur; quem ad finem jam ante Reverendissimo in Christo Patri, nec non Illustrissimo Principi Domino Francisco Cardinali à Dietrichstain Episcopo Olomucensi, Regiæ Bohemiæ Capellæ Comiti; nostro Consiliario arcano, & dilecto affini, committentes tanquam loci Ordinario injunximus, eumque benigne adhortati sumus, uti non prædicantes solum, à quibus omne malum suam originem, ipsaque adeo perniciosissima, & execrabilis rebellio, maxima ex parte causam habuit, prorsus amovendos & exigendos curaret;

ret; verum Reformationem, tam superiorum, quam inferiorum statuum aggrederetur, clementer eidem permittentes, ut omnes, quibus jus patronatus in collaturis competiit, ii post denunciatam ipsis prædicantium exactionem, suæ Dilectioni, tanquam loci Ordinario idoneos Catholicos animarum curatores sub pœna amissionis juris sui intra certum terminum offerre; vel eosdem ab ipso loci Ordinario petere teneantur. Ad quam clementissimam nostram admonitionẽ cum singulari solatio nostro, & lætitia libenter sane percepimus, omnes tam mares, quam fœminas præfati nostri Marchionatus civitatum incolas (quod DEO laus) jam tum ad solam salvificam nostram Fidem nomina dedisse, eandem zelotes modo profiteri, necnon alia quoque complura loca Catholicorum, superiorum ditioni parentia, eodem itidem producta; sicut è contra cum summo dolore, & conturbatione nostra experiri debuimus, paternam hanc nostram curam, & sollicitudinem apud superiores duos status politicos (contra quam speraveramus) parum profecisse, parvique factam esse, & non ipsos tantum, quoad suas personas huic voluntati nostræ minime paruisse, subditos suos à cognitione veræ Fidei, quantum in ipsis fuit avertendo, metu quoque & observantia objecta specie pronos jam ad accommodandum sese revocando, nullos item Parochos Catholicos præsentando, nec acceptando, verum etiam amotis, & expulsis prædicantibus, expresso nostro mandato directe contravenientes (contra quos transgressores hisce peculiarem nostram animadversionem reservatam volumus) refugium, & latebras præbuisse, eorumq; una exercitia admittentes permisisse. Quando igitur, tum prædictas ob causas, cum conscientiæ ergo, neminem cujuscunque tam superioris,

perioris, quam inferioris status, mas ille, sive fœmina fuerit, in prædicto Marchionatu nostro Moraviæ in invectis illis hæreticis erroribus, & sectis diutius tolerare possumus; sed æquum magis, & justum, Deique voluntati, & præceptis convenientius arbitramur, ut nobiscum omnes & singuli fideles nostri subditi in antiquissima Romana Catholica Religione, in qua nostri, ipsorumque majores recte, & bene viventes per Dei misericordiam pie ex hoc seculo migrarunt, unanimiter conveniant: Idcirco ad ulteriorem promotionem ejus tam necessariæ, saluberrimæ, Deoque gratissimæ reformationis, inter alia ante nominatæ Dilectioni suæ Domino Cardinali, & Principi Dietrichstainio denuo id quoque clementer, & serio mandantes commisimus, ut judicio proximo provinciali (quod in hebdomadam post Dominicam Reminiscere incipit) in civitate Brunensi indici solet, pro sua parte adhibitis tum spiritualibus, tum temporalibus motivis, & rationibus, tam Baronalem quam Equestrem Ordinem (quos hoc edictum nostrum maxime spectat, quique præsentes futuri sunt) non permovere tantum niteretur; sed & obeundo personaliter Circulos singulos ad se evocare, & instruere vellet, cui suæ Dilectioni, eo quod ipsa ob alia gravissima negotia nostra huic operi diutius ibidem vacare, sed ad paucnlos solum dies in Circulis morari poterat, alios reformatores, & Commissarios ex Ecclesiastico, & sæculari statu delectos; experientiaque & doctrina instructos viros nostro nomine substituimus omnes, & singulos obedientes, & fideles nostros subditos fundamentaliter in Catholica Fide informare, & ab imbibitis hæreticis erroribus vendicare, ac in rectam viam veræ, soliusque salvificæ Religionis, & sic ad obedientiam Sanctæ Romanæ Apostolicæ; Catholicæque

 Ecclesiæ

Ecclesiæ reducere, ac restituere, idque intra proximum semestre à dato hujus edicti nostri publicati computando quodque pro termino sufficienti hisce præfigimus, dicimusque, quocirca omnes & singulos, obedientes, & fideles nostros subditos Baronalis, ac Equestris Ordinis in Marchionatu nostro hæreditario Moraviæ hince benigne, & paterne admonendos duximus, ut pro se quisque Consiliario nostro arcano dilectoque affini & Principi, Dilectioni suæ Cardinali Dietrichsteinio, eique succesfuris subdelegatis instructoribus, & Commissariis aurem adhibentes, eorum benevolam instructionem ardenti desiderio, ac animo propenso accipiant, suaque sponte ad suam propriam salutem, commodum, & utilitatem inflectentres sese, tandem nobiscum, & cum universali Christiana Apostolica Romana Ecclesia sensum recipiant: si autem intra præfixum semestre nobiscum in sancta Catholica Fide convenire quispiam negligeret, jam tum fixum, ratumque habemus, nec non Cæsarei, Regiique nostri edicti tenore virtuteque decernimus, ut elapso præstituto semestri termino nemini prorsus in sæpenominato Marchionatu nostro hæreditario Moraviæ ulterius habitare, suave bona ibidem personaliter possidere liceat, verum ex illo tempore è memorato Marchionatu nostro Moravię ipsi exire, sua vero bona consanguineis suis, aliisve Catholicis incolis vendere teneantur, & debeant: quam ad rem ut distractio hæc bonorum peragi possit, iisdem terminum alium peremptorium sex mensium præfixum, datumque volumus. Ac ut ne quis forte suspicari possit, pecuniam, bonave temporalia, non vero Dei Omnipotentis honorem, & laudem suum, tum etiam præfatorum nostrorum subditorum salutem sub hac specie intendi; hisce nos, & harum virtute erga eosdem pro Cæsarea nostra,

nostra, Regiaque benignitate, & clementia declaramus, quod si aliquis esset (quod minime speramus) qui huic benignissimæ, & finali voluntati nostræ obsequi detrectaret, huic, vel his liberum sine exactione omnis posleuræ (ut vocant) discessum, & emigrationem permissum iri, quemadmodum hisce itē permittimus, ut unusquisq; ad divēdenda bona sua, necnon ad æs alienum recuperandum, & fidejussionum dissolutionem (quam ad rem ipsis intra præstitutum sex mensium tempus, quoad ejus fieri poterit, implorantibus judicis auxilium promptum erit) è consanguineis suis, aliamve Catholicam personam plenipotentiariam nominare, & constituere possit, ac debeat.

At quoniam nihil nobis optatius, magisque in votis est, quam antiquas illas, nobilesque familias, quarum majores tandiu, antequam in Marchionatum Moraviæ errores, & diversæ sectæ inducerentur, ibidem in unitate Catholicæ Religionis bene, beateque vixerunt, floruerantque, porro in simili Religionis concordia conservari, ac teneri. Idcirco obedientes, & fideles nostros subditos Baronalis, & Equestris Ordinis hisce paterne, plane, benignissimeque admonitos, & adhortatos volumus, ut unusquisque propria salute, commodisque & emolumentis suis hac in re diligenter consideratis, secum ipse agat, videatque ne prętertemporalia hæc, æterna quoque bona, quod nollemus, ex justa punitione, & permissione divina amittat, sed desertis potius erroribus, & hæresibus suis, per quos ipsi, patresque ipsorum seducti, & in extremum omnium malorum conjecti sunt, ad antiquam sanctam Catholicam Fidem redeant, & nobiscum in Religione convenire satagant, & in his omnibus clementissima nostra finalisque & invariabilis voluntas, & intentio exequetur.

Lutheranos tam nobiles, & Equites, quam cives, & rusticos per Commissarios citandos, & admonendos pro reformatione.

Dilecti fideles,&c.cum summa necessitas requirat, ut ad meliorem progressum, & promotionem nostri regni hæreditarii Bohemiæ ob opus inceptum Reformationis quamprimum salutaris, in cunctas Regiones, certi subdelegati, & informatores à nobis delegentur, qui non solum plebem & populum civilem, verum etiam duos status superiores, veluti Dominos, & equites in nostra sancta Romana, atque Catholica sola vera Fide, quam diligentissime instruant, simul & nos pro majori, atq; meliori efficacia, & respectu, æqui, bonique duxerimus, nostros certos, atque gravitate insignes Commissarios ad incrementum operis istiusq; jam salutiferi, præcipue vero vestras personas in provincias ablegare: Qua de causa nostra Cæsarea, atque Regia potestate, vobis mandamus, ut vestra negotia ita dirigatis, & ordinetis, ut vosmetipsi ad dictas provincias quamprimum in persona proficiscamini postmodum tam rusticos quam cives pro tempore adhuc in Lutheranismo versantes, præsertim ex nobilium, ac Equitum stemmate, utriusque sexus, aut ad provinciarum urbes, aut ad commodiorem magis locum, uti videbitur, ad vos citare, illis nostram Cæsaream, & ultimam voluntatem indicere, illosque omnibus, & efficacibus verbis, & causis eo disponere curetis (ut nullo excepto) omnes se à subdelegatis & informatoribus, virtute hujus instructionis benevole, & ad necessitatem informare, atque dirigere permittant: & ad hoc se ad dictam nostram solam sanctam Romanam Catholicam Religionem plene profiteantur, & ita in debita obligatione, & obedientia divinæ Majestatis, & nostræ, illis ad illorum majus commodum existimatam Cæsaream, & ultimam nostram voluntatem

luntatem adimpleant. Quibus omnibus, habita Cæsarea in vos confidentia, atque bona discretione vestra optime facturos, nostramque ultimam, & Cæsaream voluntatem, & beneplacitum adimpleturos non dubitamus. Pragæ, decimoquarto mensis Decembr. anno Domini 1627.

Commissar y etiam in provinciis destinantur pro reformatione, & illa auxilium præbeimum.

FErdinandus Secundus. Omnibus, & singulis nostris subditis, & inhabitatoribus quatuor partium nostri regni hæreditarii in Bohemia, nostram Cæsaream, & Regiam gratiam, & salutem, &c.

Dilecti fideles, &c. facta ante Pragam, in monte Albo, felici contra nostros adversarios, & hostes victoria, semper summo studio, & affectione omnino paterna, hoc consideravimus, ut in dicto nostro regno hæreditario Bohemiæ, omnes sectæ, & hæreses, veluti vera zizania plane eradicentur, & è contra; sola sancta, & vera Romana Catholica Fides plantetur, amplificetur, & apud omnium provinciarum inhabitatores, unaq; apud illorum subditos; vera hujus cognitio, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ædificetur attamen major pars illorum nostrã benevolam, & paternam Cæsaream admonitionem spernens, in suis erroribus obstinato animo perseverat. Quapropter nequaquam intermittere potuimus, quin majori auctoritate illos ad beatitudinem, sa utifere tamen impellere permittamus, eaq; de causa, aliquos præclaros Reformationis Commissarios ablegavimus, qui obtenta à nobis Cæsarea potestate & accepto mandato, non solum in civitatibus Pragæ, isto cum salutifero Reformationis opere sedulo laborent; verum etiam, ut in provinciis quoq; fructus fiat, Reverendum nostrum Consiliarum dilectum, & fidelem, Ioannem Ernestum Plaitesen de Plattenstein, in Husmandorff, Canonicum Olomucensem, & Breslaviensem pro Commissario constituimus, illumque

que cum aliis Reverendis, & secularibus personis, in Pilsnensiũ, Pragensiũ, Pognensiũ, Theslẽsium, & Chrudnensium provincias ord navimus, ut (jubeate sic nostra Cæsarea voluntate) omnes ibi inhabitatores cujuscunque status, aut dignitatis sint, utriusque sexus, imo & illorum subditos, de hæresi ad veram sanctam, & solam amplectendam Catholicam Romanam Fidem, veraci, & bona doctrina trahant. Insuper omne illud, quod necessarium, & efficax ad salutiferum Reformationis istius opus videbitur, accepta, & data certa instructione à dicto principali Commissario instruere, ordinare atque perficere debeant. Vt vero prædicta omnia fructuosius profectum habeant, Mandamus omnibus & singulis Provinciarum Præfectis; ut supradictis Commissariis, debitam reverentiam, & respectum exhibeant, ut Fidei erroribus ad veram Fidem eo citius se subditi retrahant, & isto modo, nostræ Cæsareæ voluntati & mandato, quam obedientissime se accommodent. In omni vero alio eventu, ubicubi tandem aliquid necesse, vel de hoc, vel de alio, præsertim vero de provinciarum Capitaneis habuerint, bonam assistentiam & auxilium præstent, quo facto nostra Cæsarea voluntas, & mandatum adimplebitur. Datum Pragæ, decimo octavo mensis Octobris, anno Domini 1627.

Libros damnatos ab Ecclesia Catholicis tellendos sub pœna, & juramento.

IN Nomine, ac pro parte Sacræ Romanæ Cæsareæ, etiam Vngariæ, & Bohemiæ Regiæ Majestatis, &c. Domini nostri clementissimi, ad Reformationem quam bene ordinatis Commissariis in gratia denuntiandum.

Cum ad seductionem personarum; non solum majoris, & humilioris status, verum præcipue subditorum, & plebis etiam; libri hæreticorum non minima causa sint, in quibus contra sanctam, solam veram Catholicam, & Apostolicam Religionem,

nem, & illorum addictos, multæ falsitátes, & mala innumerabilia reperiuntur, docenturque: Hinc est quod cum dictæ S.C.M. urgente conscientia, malo huic occurrere in omni parte incumbat, voluerit prædictis Dominis Commissariis, potestate hujus hoc adjungere, & mandare, ut ad executionem voluntatis Cæs. Majest. atque ad instructionem illis ante hac traditam, tam Pragæ, & in omnibus aliis civitatibus, in Bohemiæ regno, quam etiam in aliis provinciis, & terris, omnes, & singulas conciones, postillas, orationes, & alios de Romana Catholica Ecclesia damnatos libros, & tractatus, per certas subdelegatas personas, de omnibus inhabitatoribus, & subditis deposcant, & ad domum consilii, aut ad alios certos locos deportari curent, adhuc tales, & hujusmodi libros habere, aut legere, sub gravi, & inevitabili pœna prohibeant, hac conditione, ut omnes, & singuli sub juramento, & obligatione, omnes tractatus similes, de Catholica Ecclesia prohibitos, promere, & benevole tradere, teneantur, & omnino bona habita dexteritate, & discretione dictæ Cæsareæ Majestatis, clementissimam, propriam, & ultimam voluntatem facere, & complere sciant. Pragæ, 10. Maji, 1628.

FERDINANDVS SECVNDVS

Mandat S.C.M. novum diploma publicare pro reformatione in provinciis Bohemiæ.

Dilecti fideles, &c. In memoria habebitis, quam vehementer, & sedulo laboremus, permissu Divinæ omnipotentiæ, ob nostrorum parentum peccata in nostro regno hæreditario Bohemiæ lapsam partim Religionem pro posse multiplicare, & si quidem omnino speraveramus, nostram prævhabitam, & boni existimatam intentionem per adhibita remedia suum omnino optatum effectum habituram, seque omnes obedientes, & fideles subditos, omnipotentis Dei, & nostræ clementissimæ

voluntati, accommodaturos: Audimus tamen, majorem horum partem, nostram paternam curam, & amorem, (quo sumus erga illos affecti) atque ad hunc finem publicatas Reformationis patentas, omnino ludicre, & indebite negligere, ventoque tradere, & se nec in Religione informare, neque ad suam conversionem, certam & constantem spem mõstrare. Imo ꝙ plus est publicatas nostras Reformationis patentas in dicto nostro regno hæreditario Bohemiæ usque nunc transgredi, quare ex sola innata nobis Cæsarea, & Regia affectione movemur, novas patentas ultra insuper publicare, juxta etiam nostros ante ordinatos principalis Reformationis Commissarios, in omnes & singulas prædicti nostri regni hæreditarii Bohemiæ provincias certos Commissarios deputare, illisque per expeditionem unius instructionis quo modo nostra clementissima, & ultima voluntas sit facienda, imperare. Quapropter expeditas istas patentas juxta conceptas litteras ad deputatos Commissarios (quia vero illæ personæ, quæ ex nobilium, & Equitum stemmate meliori modo, locum Commissarii administrare possint non pateant) vobis, absque subscriptione tamen, secure hic transmittere voluimus: clementissime mandantes, ut prædictas nostras patentas more solito publicare velitis, etiam eo semper consideretis, ut in omni provincia duæ personæ una delegentur, & quantum possibile, altera ex Dominorum, altera ex Equitum statu accipiatur, præcipue cum idcirco in ingressu istarum litterarum, prædictorum Dominorum, & Equitum titulum intermiserimus, & solum dilectos fideles scribere mandaverimus, vos igitur litteras istas intitulatas scribere., illisque quamprimum transmittere curabitis, & quia Chatorachizazanschi de Equitum stemmate benevole se obtulerit,

tulerit, huic operi sedulam operam navare, cum illo tractare poteritis, ut in duabus saltem, aut tribus provinciis nostram clementissimam voluntatem perficiat, quare litteræ illi ad tales provincias pertinentes tradantur. Comiti Choleven Libstainschi de Cholovart vero in Hautmetizensium provinciam Commissio indici poterit, uti vos exequi, & bene ordinare bona deliberatione vestra, non ignorabitis. Zenoimæ, die vigesimo quarto mensis Iunii, anno Domini 1628.

FERDINANDVS SECVNDVS.

INstructio, & mandatum in Reverendissimum in Christo patrem, etiam Illustrissimos, & generosos nostros dilectos fideles, Dominum Albertum Sacræ Romanę Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem de Harrach, Archiepiscopum Pragensem, Iaroslaum Bozitam Comitem de Martiniz, nostrum à secretis Consiliarium, &c. Fridericum de Talmberg, & Christophorum Vratislaum de Mitrovvitz, nostros Consiliarios, & Cubicularios, publicatis quamprimum hisce patentis, omnes istos (qui aliis patentis usque in istum diem aurem non præbuerunt, & se Pragæ vel in confinibus proximis, scilicet Chavernavensium, & Sclavensium provinciis detinent) ad se venire faciant, & petitionem talem in nostra clementissima, severa, & ultima voluntate fundent, ad illos, qui valetudinis, vel paupertatis causa ad locos determinatos venire non possunt, Commissarii nostri ceriores prius de c tatis facti, aut delegare, aut ut venire possint, auxilio adesse debent. Illis vero qui apparere noluerint, & si certo cōstet apparere nolle, Commissarii nomine nostro mandent, ut spatio sex dierum, quorum primi tres pro primo, alteri duo pro secundo, & ultimus pro ultimo, & peremptorio termino denuncietur, sub

arrestatione suarum personarum, & aliis severioribus pœnis, quæ judicio nostrorum Commissariorum, & nostri hæreditarii Bohemiæ regni, urbium ordinatorum Præfectorum stabunt, ex regno & ex eisdem incorporatis provinciis discedant. Quapropter ordinavimus, ut in omni casu nostri Capitanei, qui in dicto regno nostro hæreditario Bohemiæ militibus præsunt, Commissariis auxilio adesse, & ad petitionem illorum succurrere debeant, cum illis autem peditioni nostrorum Commissariorum satisfacientibus discrete procedatur. ita tamen, ut advertant nostram severam, & constantem determinationem, ut auxilio unius, & alterius, ad informationem commoveri possint, opereque ipso monstrent, se ad conversionem esse inclinatos, ad quem finem, si benevolos, & promptos ad informandum se declaraverint, aptus illis informator, qualem ipsi affectant) certo præscripto ad informationem termino, qui mensem non excedat (infra tamen esse poterit) eligatur, si vero ad informationem se accommodare non vellent, & multo minus commoneri possint, idem processus, qui supra de illis, qui apparere nollent, habeatur.

Informatores autem singulis hebdomadis, vel etiam singulis tribus diebus prædictis nostris Reformationis Commissariis relationem sinceram faciant, in quo modo se res reperiant, aut quomodo se informandi accommodent.

Ad viduas quod attinet, ita in nostris patentis illis est prospectum ut quamdiu non fiant Catholicæ, tandiu educatio liberorum, regimen subditorum, administratio bonorum, illis subtrahatur: cui rei nostri Reformationis Commissarii diligenter providebunt consilio, & judicio illorum apud urbium Præfectos eo rem dirigant, ut bona interim per certos, & tales homines, quibus fidendum (& qui

qui sciant illis planam rationem esse reddendam) administrentur, liberi etiam in Catholica Religione educari, singuli pro illorum poscente ætate tractentur, & habeantur.

Sic etiam reperirentur viduæ, quæ non solum pertinaces in sua hæresi manerent, sed ultra etiam familiam, & alios voluntario modo à Religione detinerent, tales ante elapsum terminum ex provincia, aut si visum fuerit, aliis pœnis, quoties peccaverint, vel nostro mandato contradixerint, afficiantur.

Quoad alias viduas, quæ se tacitæ, & absque ullo scandalo continent, illæ solummodo propter hoc, quod intra determinatum tempus Religionem acceptare noluerint, ex provincia ante lapsum tempus discedere non jubeantur, sed elapso termino, de uno, & de altero decretum accipiant. Quibus omnibus, habito vestro consilio, satisfacere, & clementissimam nostram voluntatem, atque intentionem adimplere non nescietis. Zenoimæ, vigesimo Iunii, anno Domini 1628.

FERDINANDVS SECVNDVS

Dilecti fideles, Notum habebitis, absque amplificatione rei, quam clementissime, & quam paterno hactenus affectu institerimus, nostri hæreditarii Bohemiæ regni, illiusque inhabitatorum salutem, & commodum, mediante in primis salutiferæ & summæ necessariæ Reformationis opere, promovere, illudque ad antiquissimam sanctam Catholicam Fidem, in qua prædictum regnum aliquot centum annos omnino laudabiliter, & optime versabatur, unanimiter reducere, quare non intermisimus nostram clementissimam, & paternam voluntatem, atque intentionem, tam per vos, quam per nostros Reformationis Commissarios, non solum *Determinat S. C. M. denuo monendos esse pertinaces ad conversionem.*

oretenus,

otetenus, sed & per publicas patentas singulis, & omnibus declarare, ac demonstrare.

Et licet per Ordinationes nostras clementissimas, ac per media salutifera, auxilio omnipotentis (cui grates immortales) multæ seductæ animæ lucratæ, in viam veritatis reductæ, & ab æterna perdione fuerint defensæ; percipimus tamen, quod pars inhabitatorum nostri hæreditarii Bohemiæ regni inveniatur, quæ in sua hæresi obstinata permaneat, publicatis patentis nullam autem præbeat contra quales, etsi severiora media arripere, sufficientem causam haberemus, eo tamen ex innata nobis Cæsarea & Reg a bonitate nos deliberamus nostram determinationem ultra & altera vice per novas publicas patentas publicandam curare, beneque nos facturos, si instructionem aliquam; quomodo nimirum cum illis, qui nostris hactenus clementissimis publicatis mandatis aurem non dederunt, & se ad nostram solam veram Catholicam Religionem non converterunt, sit procedendum, promulgaremus, unum dein exemplar, in omnes provincias, Commissariis inibi deputatis transmitteremus; quorum unum quoque vobis quantum ad Kaverschinensium, & Schlaternensium provincias attinet, includeremus, clementissime mandantes, ut vos cum nostro urbis Præfecto Pragæ relicto, (cui nominatas patentas, simul & dictas supra instructiones publicandas transmisimus) simili modo communicetis, & in uno, & altero, uti prædictæ, nostræ clementissimæ instructiones docebunt, debite procedatis. uti vos hisce omnibus boni consulere, nostramque clementissimam voluntatem, & beneplacitum supplere compertum habebitis. Zenoimæ, vigesimo tertio Iunii, anno 1628.

FER-

FERDINANDVS SECVNDVS

OMnibus,& singulis nostris subditis, ex quatuor partibus nostri regni hæreditarii in Bohemia nostram Cæsaream, & Regiam gratiam, & salutem. Cum nobis hactenus nil magis incubuerit, quam ut nostrum hæreditarium Bohemiæ regnum ad Catholicam solam veram Religionem, ac pristinum statum, in quo reperiebatur ante ortam in Romana Catholica Ecclesia sub Cæsare, & Rege Carolo Quarto felicis recordationis prædecessore nostro, seditionem, & discordiam, reducere possimus, & ideo ex clementissima nostra sollicitudine, quam erga nostrum hæreditarium regnum habemus, singulis, & omnibus, sub dato S Ignatii festo, (quod erat ultimo Iulii) & dein sub dato sexto Decembris proximi elapsi millesimi sexcentesimi vigesimi septimi anni, nostram clementissimam intentionem, quomodo videlicet cum dicta Reformatione sit procedendum præsertim, quo ad Barones, & Equites, nos insuper nil aliud, quam salutem, & commodum nostrorum subditorum desiderare, per publicas patentas dedimus promulgandum. *Pertinaces esse extendendos, & ultimo mittendos.*

Quamvis quidem, per gratiam Omnipotentis nostri adhibitis remediis tantum effecerimus, ut major pars Baronum, una cum suis subditis veram sanctam Catholicam Ecclesiam profiteatur, illam amplectatur, & tandem, quam clementissime, & quam paterno semper animo fuerimus illis affecti, & quod in suis erroribus, ad illorũ maximam perditionem hæsissent, si non clementissime. & omnino paterne providissemus. Quod insuper discordię, & seditiones in isto regno grassatæ finem optatum nunquã habuisset, plusquã aperte illis pateat; quotidie tamẽ percipimus, aliquos adhuc nostram clementissimam voluntatẽ, affectum & amorem quibus

bus ad nostros subditos nostri regni hæreditarii sumus inclinari, non agnovisse, nullamque penitus nostris publicatis mandatis exequutionem præstitisse, immo aliquos ultra ex sæpe dicto nostro hæreditario regno in alias regno nostro incorporatas, nobisque proprias provincias se immiscuisse, multos præterea pupillos, & innocentes secum abduxisse, quinimo à diversis viduis sumus humillime rogati, quia se nec domi, nec alibi ullos scandalizare, suos illis inservientes, & illarum societate utentes, de Catholica Religione non detinere, jejunia quoque de Romana Catholica, & Apostolica Ecclesia imposita non violare, cibos de sancta Ecclesia prohibitos non manducare, suos ad Catholicam Ecclesiam ad Sacrum audiendum, & concionem mittere, illas ipsas hoc facturas, si clementissimum terminum illis prolongaremus, qua de causa, ut nostra clementissima voluntas, & *intentio* (ad acquirendum supra, & in aliis patentis *propositum* finem) tandem omnibus pateat & omnes se disponere sciant, ita nostris Commissariis mandavimus, ut istos qui nostris hactenus publicatis mandatis non sunt obsequuti, & adhuc nostras provincias inhabitant, ad se venire & quomodo ex parte illorum simus deliberati, & habere velimus, annuncient, & declarent.

Mandamus igitur omnibus, & singulis nostris subditis clementissime, & severe cujuscunque tandem dignitatis, status, aut officii sint, qui nostro regno hæreditario Bohemiæ, & sanctæ Catholicæ Religioni, usque in istum diem non sunt adscripti, ut quamprimum ad citationem nostrorum Commissariorum se sistant, nostram clementissimam determinationem, & intentionem percipiant, talique obedientissime obsequantur.

Vt autem nullus excusationem haurire possit, perinde

perind, ac si nostras elapsas, & antegressas patentas in omnibus punctis non intellexisset, quid nimirum nostra clementissima voluntas propter emigrationem regni in illis dicere vellet, talibus manifestius, & clarius pronunciamus, ut illi, qui propria sua pertinacia, ad ostendendam suam expressam inobedientiam sæpe dictis patentis non obediverunt, sed ex regno discedentes, alias nostro regno incorporatas provincias, ubi, quod recenter audimus, nostram bonam intentionem pessime interpretati, animos obedientium obstinatos reddere conantur) contra nostram intentionem, & voluntatem inhabitant.

Antedictarum viduarum autem petitionem humillimam, propter existentes rationes in gratia acceptantes, clementissime nos deliberamus, & potestate, ac auctoritate kujus nostræ Regiæ patentæ manifestamus prædictis viduis, terminum in sex menses esse prolongatum; ita tamen, ut conditionibus jam narratis satisfaciant, & si se Catholicæ Religioni non accommodaverint, administratio bonorum, regimen subditorum, educatio liberorum in nulla patte esse concedendum.

Quod spectat ad aliôs, qui ex nostro hæreditario Bohemiæ regno discesserunt, & pupillos (quorum tutor nos supremus) secum abduxerunt, illi sub amissione omnium eorum bonorum, quæ in RegnoBohemiæ prætendunt, sub perditione omnium suarum actionum, & litium, tales remittant. Ita vult, & jubet nostra clementissima, & ultima voluntas, cui rei singuli se scient accommodare, & se secundum nostram voluntatem gubernare. Datæ Zenoimę, vigesimo primoIunii, ann. Domini 1628.

FERDINANDVS SECVNDVS.

OMnibus, & singulis nostris subditis, & inhabitatoribus quatuor statuum nostri hæreditarii

Mar-

Marchionatus Moravienſis, noſtram tam Cæſaream, quam Regiam gratiam, & omne bonam, &c.

Per hoc diploma declarat S. C. M. quid agendum pro reformatione in Moravia.

Dilecti fideles, &c. non ignorabitis, nos clementiſſimo & paterno amore, & ſtudio (quo veſtræ ſaluti, & commodo fuimus ſemper affecti) tam etiam ad conſervandam inter vos noſtros fideles, & obſequentes ſubditos pacem, & unitatem (quæ alioquin in tantis fidei differentiis libenter, & plerumque claudicat) impulſos in noſtro hæreditario Marchionatu Moraviæ, ſalutiferum, & neceſſariiſſimũ Reformationis opus inſtituiſſe, ac per noſtras, tam Cæſareas quam Regias patentas, (ſingulariter quod ad duos nobiliores ſtatus) ſub dato diei Iovis, ipſo feſto ſanctorum Confeſſorum, atq; primorum Epiſcoporum Olmutienſium, ſupremorumq; Apoſtolorum noſtri Marchionatus Moraviæ, Sancti Cyrilli, & Methudii, illius milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi octavi anni, ad omnium, & ſingulorum cognitionem publicari feciſſe: vos inſuper omnino clementiſſime, ac paterne fuiſſe adhortatos, ut ſalutiferum hoc opus (ſalutem animarum veſtrarum continens) benevole ac omnino lubentes ſuſcipiatis. Etſi talem noſtram publicatam voluntatem ulla in parte mutare non cogitemus, ſed maximo cum fervore, & animo avidiſſimo petamus, & optemus, ut omnes ſeductæ noſtrorum ſubditorum animæ Omnipotenti Deo, à quo vitã habent, & cui ſtrictiſſime rationes nobis ſunt reddendæ, reducantur & convertantur. Quamobrem omnibus, & ſingulis ad converſionem (ad informandum ſe melius, & cum majori fundamento) ſufficiẽti termino præſcripto, & promulgato, omnino ea certiſſima ſpe fuimus, unumquemque, propriam ſuam conſcientiam altius examinaturum, & illud, quod illi utile, & bonum, capturum & electurum

ctarum. Verum termino constituto jamjam fini appropinquante, maximo cum dolore audire debemus, partem nostrorum subditorũ in nostro Marchionatu Moraviensi se non applicasse, ad finẽ præscripti termini, cum vana spe, & absque ullo fructu expectare, licet merito considerare deberent omnes potestate suprad ctarum nostrarum patentarum, singulos Sanctæ Romanæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ contrarios ex provincia discedere, nostramq; clementissimam intentionẽ adimplere debere, attamen omnib. hisce sepositis, si perpendamus, plurimos quoque humillime supplicando ad nos venisse, nõ solum pro termino protrahendo obedientissime deprecatos; verum etiam se informare, & in Catholica, & Apostolica Fide se instruere permissuros obtulisse; eam spem habemus, alios secuturos, & nostram, ad illorum salutem existimatam, clementissimam intentionem altius in corde sumpturos, documenta Apostolicæ Ecclesiæ suis erroribus, Catholicæ Religioni (ad quam Marchionatus Moraviæ, & eorum prædecessores ab Idololatria sunt cõversi) expresse contrari s antepositu ros. Quapropter, tam in Cæsarea, quam in Regia potestate benefacturos nos opinati, si constitutum terminum (quoad duos nobiliores status) ob informationem, & instructionem melius capessandum, aliquid prolongaremus, & usque ad finem Martii, hujus millesimi sexcentesimi vigesimi noni anni, ubi terminus vendendorũ bonorum similiter terminatur, finaliter, & peremptorie daremus: ita tamen, ut omnes hoc in tempore, non sõlũ informationem suscipiant, & se ad citationẽ Reverendissimi in Christo Patris, ac illustrissimi Domini Cardinalis, & Principis de Dierrichstain Episcopi Olomutiensis, Regiæ Capellæ in Bohemia Comitis nostri, Marchionatus Moraviæ Capitanei Generalis, Consi-

Consiliarii nostri à Secretis, & nobis dilecti, &c. parati, & prompti appareant, sed etiam dictum Reverendissimum Cardinalem ipsi visitatum adeant, ab illo se informare, ac Catholicæ, & Apostolicæ Religioni applicare permittant. De cætero, qui Ecclesias suas, aut possidentes patronatus hactenus occlusos tenuerunt, claves tradant, Catholicos Sacerdotes, quos Illustrissimus, & Reverendissimus Cardinalis, & Princeps de Dietrichstain, ut loci Ordinarius illis per modum provisionis procuret, & provideat (salvis tamen illorum, si se ad Catholicam Religionem verterint, juribus patronatus) absque ulla contradictione suscipiant. Et quia prolongationem termini solummodo ex Cæsarea & Regia, ac nobis innata Austriaca bonitate, ut omnes eo melius se Catholicæ, & Apostolicæ Fidei conformare queant; concessimus ea propter, iterum, & ultimo nos declaramus, si forte unus, aut alter in determinato hoc tempore, ad veram Catholicam, & Apostolicam Religionem se non convertisset, illum in nostro Marchionatu Moraviæ diutius non esse patiendum, sed virtute prædictarum nostrarum patentarum; bona possidentia vendere, aut per alios curare id faciendum, postremum ex provincia absque ullo longiori expectando termino esse discedendum.

Si autem aliquis cujuscunque dignitatis, aut conditionis foret, qui se in isto tempore indecenter gereret, & vel verbis, vel opere scandalum monstraret, aut suos subditos, aut alios à Catholica, & Apostolica Religione averteret, tali nonsolum determinatus terminus denegetur, sed contra illum, cognito facto, uti etiam contra alios, qui ultra edictum terminum in nostro hæreditario Marchionatu Moraviæ se continerent, cum severa pœna procedatur, prædictus insuper terminus nequaquam

quaquam in Regentes, Capitaneos, Præfectos, & Officiales Dominorum est directus, quare cum illi se nulla in parte excusare possunt, elapso in prioribus patentis præscripto termino, & duobus mensibus, hoc est, ut ad finem proximi Novembris à provincia abeant, & emigrent.

Ad pupillos quod spectat, mandamus, ut omnes tam masculini, quam fœminini generis in provincia maneant, & illorum tutores bona quæ habent, aliis Catholicæ Fidei personis (cum præscitu Reverendissimi & illustrissimi Cardinalis, & Principis de Dietrichstain, tamquam ordinati nostri Capitanei Generalis, consignent, & quos pro tutoribus edixerint, accepta, & audita prius à discedentibus ratione, libēter tutelam suscipiant, ante omnia vero attendant, ut pupilli in sancta Catholica, & Apostolica Religione educentur, qua ratione nos etiam, virtute; & potestate istius nostræ Patentæ, omnibus, & singulis subditis totius Marchionatus Moraviæ significatum, & mandatum volumus, ut omnes libros in quibus de Fidei Articulis tractatur, & qui sanctæ Romanæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ adversantur, Illustrissimo Cardinali, & Principi de Dietrichstain, vel Commissariis ab eodem ordinatis, promant, ac tradant Nec ulli, cujuscunque dignitatis, aut conditionis sit, ex Marchionatu Moraviæ extra provinciam ad audiendas aliis in locis hæreticorum conciones, atque ad cohabitanda, & administranda illorum exercitia, sub quo tandem prætextu, aut quali specie contingere possit, proficisci liceat, sub gravi, & certissima pœna; & summæ indignationis apud nos Quare omnes, & singuli nostri fideles subditi animum inducant, & suam tam temporalem, quam æternam salutem perpendere, & inquirere sciant, hisce completur nostrá clementissima, & ultima volūtas, & intentio, Data secundo Septemb. An. 1628. FER.

Diploma donationis statui ecclesiastico Bohemiæ 15. Cruciferorum super gabella salis factæ ab Imperatore.

ATtestamur hisce litteris, nostro, hæredumque ac posterorum nostrorum Regum nomine, postquam ad Dei ter Optimi Maximi honorem promovendum, nec minus propagandam solam salutiferam, Catholicamque Religionem, & Ecclesiam, potissimum vero ut Clericalis status, & ut res Catholica in hoc nostro hæreditario regno Bohemiæ rursus efflorescere incipiat, ac tandem omnino in integrum, ut antea erat, restituatur: inprimis necessarium esse, rati sumus, ut Ecclesiastico statui de competentibus proventibus pro ejus sustentatione prospicitur, in hunc ergo finem nonnullas fundationes fecimus, & fieri curavimus; quæ tamen, ut res in comperto est, adhuc non sufficiunt, quamobrem zelo Christianæ Religionis, & sacræ Catholicæ Fidei solidissime erigendæ, propagandæque, compulsi sumus huic Ecclesiastico statui de pinguioribus proventibus prospicere, nos autem hoc facturos esse virtute præsentium facimus palam omnibus, tali vero modo: postquam constitutum negotium salis in hoc regno suum feliciter sortitum fuerit effectum, idemtitemque Serenissimus Dux Bavariæ Romani Imperii Elector pro Gmundtmarico salis negotio sufficienter satisfactus, idemque pro pecuniarum summa, quę ipsi debetur. contentatus fuerit: tum nos ultra taxam in sale factam ad Cruciferos quadraginta quinque protensam, pro quolibet magno modio Gmundtmaricis salis in hoc regno invehendi, imo etiam aliunde allati, addemus adhuc Cruciferos quindecim: quantum tamen id fieri poterit sine violatione. & diminutione privilegiorum, compactionumque vicinorum Electorum, & Principum, qui etiam jura sua in hoc salis negotio habent, eamq;

accre-

accretionem annuorum proventuum in utilitatem Cleri, totiusque Ecclesiastici status convertendam in manus Reverendissimi in Christo Patris, qui à secretis consiliis est, amici & Principis nostri perdilecti Domini Ernesti, S. R. E. Presbyteri Cardinalis ab Harrach, hoc tempore Archiepiscopi Pragensis, ejusque successorum, tamdiu consignabimus annuatim, donec bonis stabilibus, aut alia commodiori ratione æquivalenti ipsis providere possimus quam tamen etiam cessante negotio salis, ut dictum est: ad debita loca consignabimus, juribus omnibus abdicando nos actum in Regia nostra Arce Pragæ, decima tertia Iunii, anno 1628. Romani Regni nostri nono, Vngarici undecimo, Bohemici duodecimo, &c.

FERDINANDVS SECVNDVS

Reverendissime Princeps, amice perdilecte, posteaquam ab ingressu regiminis nostri usque in præsens cordi nostro magis nihil insederit, quam in hæreditario nostro regno Bohemiæ divini cultus promotio, ac publicæ justitiæ administratio, itidemque ut tandem aliquando omnia hujus hæreditarii nostri regni in eum redigerentur statum, in quo fuere, antequam pestifera hæc lues hæresis regnum invaserit: Quamobrem media debita, quibus intentum nostrum consequi possemus, excogitavimus, eaque omnia haud sine maturo consilio iterum, iterumque ac denuo trutinata, ponderataque in nostro hæreditario regno publicari fecimus.

Itaque quemadmodum hisce in præscriptionibus, ac statutis Ecclesiastici status, magnifice memores illius dignitatis fuimus, non solum regni nostri hæreditarii statibus conferendo, sed & cæteris omnibus præferendo, necnon in reliquis, quæ ad majorem unius solius salutiferæ, Catholicæque

Religionis propagationem apprime facere videbantur ipse prospiciendo.

Ita ne prædicto statui, quod ipsi officere posset, aliquid accidat ex dispari intelligētia, cum C.T. de punctis nonnullis ad Ecclesiasticum statum spectantibus, regni nostri statuta simul approbando, gratiosæ menti nostræ consona dilucidationem meliorem expetierit.

Ideo hæc sub sequenti tenore gratiose nos resolvere volumus.

Ad primum, Quod posthac bona Ecclesiastica etiam absque nostra, & posterorum nostrorum tamquam Regum Bohemiæ, relationi Tabulæ Statuum sæpe nominati regni nostri inscribi possint C.T. postulat. Quod nos tali modo explicamus tametsi in novis nostris ejusdem regni statutis nihil reperiatur, quod contra hoc pugnet, nihilominus gratiose assentimur, quod bona Ecclesiastic inposterum, aut ab Ecclesiasticis empta, aut ab ei alio quovis justo titulo obtenta, aut denique etiar (præcedentibus tamen canonicis requisitis) ab psis alienata fuerint, Statuum Tabulæ inscribi po sint: ea tamen lege, nempe, quod ea omnia, quæ i novis nostri regni statutis circa hoc ordinata sun locum habeant.

Ad alterum, Ex singulari cura, quam erga Eccl siasticum statum pollicemur, & in testimoniun quod quæramus aliud nil, nisi eius protectionen hanc provisionem fecimus in regni nostri statut gratiosam. Quod ubi in monasterio Abbas deesse aut nullus Regularis conventus reperiretur, co nobia illa, ne desolata consistant, per procurat rem Cameræ nostræ perspiciatur, porro ne qui piam suspicetur de nobis, quod bona illa Came nostræ consignemus, & attribuamus; volumu quod persona ab Archiepiscopo, tamquam lo

Ordinar

Ordinario procuratori huic addatur. Deinde cum arbitraretur C. T. satius esse, quod talis personæ adjunctio à visitatoribus, ac Provincialibus cujusque Ordinis fiat, neutiquam hoc nobis displicet, adjungatur, hæc persona, quæ una cum procuratore Cameræ nostræ ipsos protegat, & in eorum necessitatibus suppetias ferat à cujuslibet Religionis Visitatoribus, Provincialibusve.

Tertium, quod C. T. elucidari pervellet, concernit judiciale forum Ecclesiasticorum, id ita intelligi volumus, etiam si in nostris statutis Bohemicis subinde plura verba, quam in Moravicis sint: sensum tamen Bohemici regni statutorum talem esse nos volumus, qualis Moravicis subest, & quemadmodum conformitas semper grata nobis fuit, ita etiam quoad hoc punctum gratiose concedimus, quod verba inserta statutis Bohemicis, quæ alioqui perplexa videntur, aliter non intelligantur, quam ut sonant in Moravicis.

Quarto, denique æquissimum fore arbitramur, neq; alia unquam apud nos intentio viguit, quam quod Religiosis, sicut & cæteris statibus, si fortasse testimonia à regni nostri civitatibus peterent; ea minime ipsis denegari debeant. Hæc C. T. ad puncta nobis distincte proposita responsi loco damus, ut tandem C. T. imo totus Ecclesiasticus status juxta ea sese dirigere, & in omnibus emergentibus occasionibus pro necessitate sua, sibique consulere possit & C. T. Cæsareis, regalibusque gratiis ad dies vitæ devincti permanemus. Actum in civitate nostra Vienna, 19. Iunii, anno 1628. regni nostri Romano nono, Vngarici decimo primo Bohemici 12.

EX CANCELLARIA ARCHID. AVSTRIÆ DVC. STIRIÆ. CAR. ET CRAN.

& aliarum Provinciarum, quæ sunt hæreditariæ Domus Austriacæ,

FERDINANDVS SECVNDVS

Patenta in Carinthiam. In simili, mutatis mutandis in Cran.

OMnibus & singulis in nostro Principatu Carinthiæ habitantibus subditis, vasallis, provinciæ incolis, cæterisque cujusvis dignitatis, nostrum generale mandatum lecturis, vel legi audituris, nostram Cæsaream gratiam, ac omne bonum

Vobis probe notum est, ac manifestum, quales, & quantos ad extirpandos, expellendosque sectariorum ludimagistros, ac eorum errores, & è contra ad exaltandam nostram solam salutarem, ac avitam Catholicam Religionem, antehac, & usque in hodiernum diem, labores, curas, & diversa remedia adhibuerimus, quæ in aliquibus nostræ superioris Austriæ provinciis, ad nostram singularem consolationem, Divina mediante clementia successere, quoniam vero accepimus, ob non continuatam inceptam Religionis Reformationem, in dicto nostro Principatu Carinthiæ varia inconvenientia ratione Religionis fuisse exorta, & ideo aliquos prædicantes, ac ludimagistros, vel loco ipsorum sectarios Præceptores, aut provisores concionatorum officio fungi in omnibus privatis attentasse: ab hæreticis Dominis, ac Provincialibus susceptos insuper, & defensos quorum subditi ad similes conciones invitati, allecti, ducti, & nobis à Deo concessæ, ac commissæ creaturæ à Catholica, & avita nostra Religione fuerunt seductæ. Et quia nostris subditis

ditis in communi sincera, ac paterna affecti sumus charitate, quo minus temporalem, ac perpetuam ipsorum felicitatem promovendo negligere, ac supersedere ex conscientia scimus, ac agnoscimus, solum ex corde optantes, ut eo minus nostram affectionē spernant, quo minus mala nostra voluntas existit: Ideo, ut supradictis plus nimio invalescentibus dissentionibus obveniatur, conformitas rerum observetur, ac debita Deo obedientia plantetur; matura habita deliberatione, novam Generalem Reformationem in nostro Principatu Carinthię instituendam consultū duximus, ac pro nostris Commissariis, Reverendum Principem nostrum à secretis Consiliarium, dilectum, devotum, & superioris Austriæ Regiminis Præsidentem, Leonardum Episcopum Lavantensem, tanquam directorem, & nobilem, ac generosum nostrum dilectum fidelem Christophorum Davidem Vrsenbock Baronem, &c. nostrum Consiliarium Cubicularium, & provinciæ totius Capitaneum, &c. Ioann. Baptistam Piscatorem nostrum etiam Consiliarium delegimus, ac ordinavimus, quibus inter alia, peculiarem hujus potestatis, ac mandati tradidimus instructionem, ut expellentes præsertim illos, qui in suis erroribus pertinaces fuerint, aut huic reformationis negotio se opposuerint, in omnibus occurrentibus Religionis punctis, sine licentia quorumcumque superiorum locorum, & nullo habito discrimine, aut conniventia, in facto ipso procedere queant, ac debeant, considerando nos, nostro Ducali officio, & à Deo accepto Magistratus munere teneri, talem Reformationem erga nostros à Divina potentia commissos, ac concessos subditos, pro extremo posse debere instituere, ut illi & ab erroribus suis revocentur, & ad veram viam salutis traducantur, & ideo omnia huic negotio adversantia removere

procurabimus, & majorem quietem, securitatem, ac obedientiam procurare.

Quare hujusmodi nostræ Reformationi plane, ac totaliter erunt subjecti omnes illi, qui à nostra inchoata præfata Reformatione, & in fine ejusdem pro provincialibus suscepti, quamvis antiquæ stemmatis, multo magis nostri Consiliarii, Officiales, qui effectu ipso extant, vel extiterunt: item nobiles, vel ignobiles, & omnes apud alios Barones seu Dominos officiis fungentes, cujuscunque dignitatis, aut conditionis, excepto si aliquis nostro præscitu Provincialis munus adeptus, singulari nostro consensu esset munitus, præterea nostri Commissarii habeant potestatem, ut hujusmodi repertis sectariis personis, juxta antehac factæ ordinationis certos terminos, ad conversionem, vel è provincia emigrationem assignare, & continuantes in pertinacia, & inobedientia omnino provinciæ emigrationem, solutionemque decimi nummi præscribere possint, ac debeant, nec sibi supplicatione excusatione, minus muneribus, aut promissionibus corrumpendo, persuadere permittant, aut ullo modo conniveant. Et quamvis hactenus inter nostros antiquos Provinciales, nostræque Catholicæ & avitæ Religioni non adscriptos Barones, seu Dominos, & inter vulgus in nostræ Religionis Reformatione discrimine aliquo usi, dictos Provinciales ac Dominos immolestatos permisimus, nunquam tamen nostra voluntas, vel scienter à nobis concessum fuit, ut in suis domibus, arcibus, vel habitaculis cum sectariis exercitiis essent exempti, vel liberi pronunciati: multo minus, ut privatim, vel publicè ludimagistros, & sectariæ Fidei protectores, aut alios concionatorum munere fungentes Officiales Præceptores alere, suos Fideicommissos, ac subjectos subditos, vel servos, ad audiendas similes pri-

vata

vatas conciones, legendas postillas, aliaque nobis, nostræque Catholicæ fidei adversantia, nec blandis, nec severis verbis allicere, persuadere, vel cogere possent, vel valerent. Immo nobis relatum est, ob nostram istam tolerantiam, ac ducalem mansuetudinem, multis in locis, plerisque abusibus introductis, nostræ Reformationis Ordinationes multipliciter violatas, & observatas non fuisse. Ideo nostris Commissariis mandamus, ut in supradicta privata sectaria exercitia diligenter attendere, extirpare, & efficacia media sine respectu, aut personarum æstimatione, juxta nostram instructionem, adhibere studeant, quare omnes nostros antiquos Dominos, & Provinciales clementissime adhortamur, ne se nostris in exequendo Reformationem Commissariis opponant, nostra erga ipsos mansuetudine non abutantur, nec ad impediendum Reformationis hujus opus in minimo conentur, attententque, si severiora remedia effugere, & evitare voluerint. Et sic clementissimæ erga illos in communi confidentiæ sumus, unumquemque utriusque status se applicaturum, & illa sibi magis profutura electurum. In quo exequetur nostra clementissima voluntas, & finalis resolutio. Datum in nostra civitate Viennæ, 26. Aprilis, 1625. Imperii Romani 6. Hungarici septimo, & Bohemici octavo anno.

Crane Neostadii 19. Augusti, anno 1625 in monasterio Ligenfeldt, 15. Iunii anno 1627.

FERDINANDVS SECVNDVS

Licet, aliquibus abhinc annis, diversas præclaras Commissiones ad reformandam Religionem, ac Fidei negotium, in nostro principatu Carinthiæ instituerimus, de repertis inibi sectariis prædicantibus, ac ludimagistris, illorumque asseclis, ad nostram summã consolationem purgaverimus, bonã partem post diuturnas admonitiones, ad Catholi-

In simili mutandis mutatis, in Cran.

Instructio Commissariorum pro reformatione religionis in Principatu Carinthiæ.

cam, & avitam nostram Religionem se convertere renuentes ex provincia expulerimus, aliasque ad consequendam universalem Religionis Reformationem, quam maxime necessarias ordinationes attentantes, ea clementissima spe fuerimus, inhabitatores prædicti Principatus Carinthiæ, ab eo tempore magis magisque ad veræ Fidei agnitionem se disposuisse: Nos tamen, quanquam probatis, attentatisque ad prosequendum, ac insistendum huic operi salutiferis mediis, sentimus, ac erudimur, nihilominus perniciosas Fidei discordias denuo increbescere, non solum multos expulsos subdole se immittere; verum etiam tam superiores, quam inferiores personas privatim sectarias audiendo conciones, aliaq; exercendo prohibita, absq; ullo horrore se fatigare, quinimo illicitas, memorataq; reformationi omnino contrarias disordinationes, ac inobedientias fere publice in usu habere. Quæ cũ ratione incumbentis officii ulterius fieri statuere, nec queamus, nec possimus; conclusimus ad majorem Dei gloriam, veręCatholicę & Apostolicæ Fidei incrementum, manutentionem, ac tutelam nostrarum ante hac publicatarum Ordinationum, ac mãdatorum, Reformationi inceptę, quantum possibile, divina auxiliante clementia, majori cũ efficacia insistere, ac urgere, ad cujus rei progressum, commissionem novam ablegare, ac Reverendo Principi nostro Consiliario à secretis, superioris Austriæ Regiminis Præfecto, ac dilecto devoto Leonardo Episcopo Lavantensi, &c tamquam Directori, &c. Nobili nostro dilecto fideli Christophoro Davidi Urschenbeck Baroni in Potschahk, VVarten: & Liechtenstain &c. nostro cubiculario, ac Capitaneo Provinciali in Carinthia, & Ioanni Baptistæ Piscatori, de, & in Moasback, nostro quoque Consiliario, ac in Carinthia Provinciali, &c. committere, illius cle-

Anno 1627. 25. Iunii Ista instructio iterum fuit expedita, & loco Baronis Wolfgangus Baro in Aversbergens in Scomberg.

clementissimæ & certissimæ confidentiæ, illos, cognito optimo illorum Christiano zelo, non solum istum laborem benevole accepturos, sed etiam omne illud, quod de puncto in punctū mandabitur summa cum diligentia, maximo cū fervore, notabili ac sincerissimo affectu aggressuros, ac effecturos.

Et primo, cum non parum vitæ exemplaris ecclesiasticorum intersit, ut in administrandis suis à Deo, & superioribus commissis ovibus, tam Dei timore, quam externis signis, modestia, virtutibus, prælucentes, ad insequendum alliciant: loci ordinariis scribi curavimus, ut Reformationis initium apud Ecclesiasticos caperent, clerum in bonam disciplinam, & ordinem dirigerent, quamobrem Commissariorum nostrorum officium erit, si in administranda commissione, minimas querelas, accusationes, difficultates contra Ecclesiasticos, Parochos animarum curatores, audiant, vel videant, loci Ordinarios singulis vicibus certiores facere, ut provideant, illis ratione commissionis, ac nomine nostro possibile auxilium offerre, etiam præsente necessitate præstare, ac exhibere: prout etiam uniuscujusque loci Archisacerdoti, Decano vel aliis Ecclesiasticis Officialibus, per ordinarium serio mandetur, quod si in Religione errantes forent, blando modo adhortentur, admoneantur, ac instruantur, illos, qui se fruitione sacramentorum participes non facerent; libros prohibitos haberent, ac legerent, aliaque Sanctæ Fidei, ac Romanæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ, nostrisque hactenus publicatis mandatis adversantia excitarent, absque mora prohibeantur, & ordinariis ad providendum insinuetur. *Ratione Ecclesiasticorum.*

Secundo, nostris Commissariis mandatur, ut in omnibus civitatibus, ac locis, ubi reformandum erit, Magistratum ad se venire curent, de Religio- *Ratione magistratuum in civitatibus.*

ne examinent, ubi si aliquem nostræ Catholicæ Religioni non adscriptum adverterent, suo officio subito deponant, ejusque curæ accuratissimæ sint, ut semper Magistratus, Iudex, Notarius civitatis, Catholici existant: præcipue tamen, ut civitatis Notarius juramentum præstet, se nulla in parte sectariis consiliis, aut tractationibus, nobis tamquam istarum provinciarum Principi obstantibus, sive in prophanis, sive ecclesiasticis rebus, non solum non consensurum, sed etiam, si tale quid occurreret, vel de civibus attentaretur, Commissariis vel nobis ipsis mature notificaturum, ac declaraturum.

Ratione illorũ, qui sub prætextu officialium provinciæ calamo male utuntur.

Tertio, Commissarii ante omnia contra illos suum zelum, ac fervorem serio monstrent, qui apertas, seu occultas, sub specie, quod sint provinciæ Officiales, practicas exercent, & hujusmodi repertos præscripto termino; absque ulteriori habito respectu, provincia discedere faciant. Quare Commissariorum discretioni, ac judicio committimus, ut cognitis rebus, vel dicta vel alia media, ad talem finem necessaria accipere, illisque uti possint, singulariter istud in nostra civitate Labaci necessitas requirit, quoniam (uti habemus) ibi tam inter cives, quam inter magistratum multæ hæreticorum, ac sectariorum professiones vagantur.

Qui una vice sunt expulsi.

Quarto, si forte tales personæ, quæ ad primam jussionem provincia non discederent, vel rursus sine licentia eandem ingressæ, veram Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam cum veritate non profiterentur, illos nostri Commissarii nulla prorsus habita conniventia denuo ejiciant, ac in nostris territoriis nullo modo versari sinant, verum prius ob inobedientiam, ad aliorum exemplum, si consultum duxerint, castigent & nos quoque providebimus, ut omnes terminorum prolongationes abbrevientur,

brevientur, & absque consilio, ac voto nostrorum Commissariorum imposterum novæ non concedantur. Insuper, ut omnium eorum, qui se Catholicam Religionem assumptuos declarant, magis securi simus, nostri Commissarii illas personas benigne adhortentur, & concionibus, privatis admonitionibus, de suis erroribus, possibili cum diligentia, maximo cum fervore, ut desistant, conentur, quare certum tempus, ac terminum assignent, quo elapso, si instructionem conversionemque suam, parum cordi sumant, aut nulla fervoris, aut sollicitudinis signa monstraverint, absque mora contra illos procedant.

Abdicatio provinciæ Officialium.

Quinto, nostris præterea Commissariis mandatur, ut in reformandis quoque provinciarum Officialibus, qui non sunt Provinciales, nullatenus cessent, aut desistant, licet, (ut factum in aliis, præsertim in Generali Reformatione) varias excusationes prætendant, præsertim per discessum, ac emigrationem Officialium, provincias maximum damnum passuras, & ideo nullo modo esse dimittendos. Quas frivolas excusationes nostri Commissarii rejicient, considerando provincias inter talem terminum, sufficiens alteros sibi æque tam aptos providendi spatium habere, cum jam non careant viris Catholicæ Religioni adscriptis, qui talium Officialium locos, ac munera administrare possunt, quod si vero contra nostram spem accideret, ut defectus notaretur, poterint constitutum terminum prolongare; hac tamen conditione, ut Provinciales Carinthiæ de aliis sibi aptis personis circumspiciant, ne hoc neglecto alios providere nostra Majestas cogatur.

Schola.

Sexto, Nostra seria voluntas est, ut nostri Commissarii sedulam scholarum curam habeant, in quibus si præceptores, vel hæreticos, vel ambiguos

in Fide hinc inde fluctuantes reperiant, subito illis dimissis, Magistratum , vel alios, quibus intererit, pro remedio admoneant , doctosque pro scholis homines inquirant. Cum vero aliquibus in locis ludimagistris modice, aut nihil studuerint , ac ad profitendum in scholis parum qualitatis habeant, nostri Commissarii procurabunt , ut in omnibus urbibus , ac pagis qualitates praeceptorum in scriptis declarentur; ubi si aptos, aut idoneos judicaverint, confirmare, sin minus, abdicare licebit taliis dein ratione scholarum apud Magistratum factis, statutis omnes obedire sint obstricti.

Quod ad Praeceptores suscipiendos attinet, volumus ac jubemus, ut (exceptis illis qui in nostra civitate Labacensi suscepti, examini Patrum Societatis Iesu submittendos se sciunt (semper eo in loco Archisacerdoti, aut Parocho ibidem degenti sistantur, qui tamen nullum absque praescitu, ac consensu Ordinarii suscipere potestatem habeant. Quare insuper ordinamus, ut praeceptores omnium locorum , tam Germanicam , quam Latinam linguam proficiscentes , certo die in hebdomade parvum Catechismum doceant, suosq; illorum fidei commissos in eodem quam diligentissime instruant, ita ut juventus à primis statim annis in Catholica, & Apostolica Fide imbuta excrescat , quamvis autem Parochis in Ecclesia Catechismum docere mandatum sciamus, tamen illud, vel parum observatur, vel ruri degentes festis, ac Dominicis diebus ad eum audiendum parum conveniunt.

Pupillorum tutores.

Septimo , mandamus, ut nostri Commissarii in omnibus urbibus, ac pagis stricte attendant, ut pupillis Catholici tutores constituantur , atque in Sancta Catholica Fide educatis fidelissimam curam omnemque necessitatem praebeant, hoc insuper addito, ut omnes tutores, ubi ipsorum pupilli

reperian-

reperiantur, quid agant, qua vita vivant, superioribus denuncient.

Octavo, Cum perceperimus, mulieres artificum in oppidis, & pagis occulta conventicula agere, societates inire, suis demum sociabus, ex una postilla aliquot annorum retro parietem forte latitata prælegere, vel aliis instructionibus invicem occurrere, & absque timore attentare; nostris Commissariis serio mandamus, ut sectarias istas mulieres de similibus desistere admoneant, & si hoc in negotio pertinaciter se gerere, taliaq: factitare nihilominus notaverint, quamprimũ provincia expelli jubebunt. quoad illas, quæ matrimonio sunt junctæ, illarum maritis indicare poterunt (cum difficillime separandæ sint) & postea sub inevitabili certa pœna tales professiones mulierum interdicant, & in specie postillas legere, invicem disputare omnino prohibeant. *Sectariæ mulieres.*

Nono, Nostri Commissarii diligentiam adhibeant, ut in quadragesima, & aliis a Sancta Ecclesia institutis jejuniis, omnes, & singuli venditione, & comestione carnium abstineant, præsertim hac in re exercitatos abusus interdicant, ac inobedientias cum omni severitate castigent, in hospitiis particulariter attendant, & inspiciant, ut in eisdem, prohibitis jejuniorum, & abstinentiarum diebus, nemo sive nobilis, sive ignobilis externus, sive incola, cujuscunque tandem Religionis, carnibus vescatur, exceptis illis, qui à suis superioribus, qui præstare possunt, licentiam habent. *Comestio carnium.*

Iuxta mandent Dominicos, ac festos dies, plus quam hactenus factum, observare, Sacrum, Cõciones audire, Vesperis devote interesse aliisq; Sanctæ Romanæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ legibus fidelissime obedire. In Ecclesia Senatores, ad aliorum bonũ exemplum, mature, in cõsuetis suis *Observatio festorum.*

loci-

in Fide hinc inde fluctuantes reperiant, subito illis dimissis, Magistratum, vel alios, quibus interierit, pro remedio admoneant, doctosque pro scholis homines inquirant. Cum vero aliquibus in locis ludimagistris modice, aut nihil studuerint, ac ad profitendum in scholis parum qualitatis habeant, nostri Commissarii procurabunt, ut in omnibus urbibus, ac pagis qualitates præceptorum in scriptis declarentur; ubi si aptos, aut idoneos judicaverint, confirmare, sin minus, abdicare licebit aliis dein ratione scholarum apud Magistratum factis, statutis omnes obedire sint obstricti.

Quod ad Præceptores suscipiendos attinet, volumus ac jubemus, ut (exceptis illis qui in nostra civitate Labacensi suscepti, examini Patrum Societatis Iesu submittendos se sciunt (semper eo in loco Archisacerdoti, aut Parocho ibidem degenti sistantur, qui tamen nullum absque præscitu, ac consensu Ordinarii suscipere potestatem habeant. Quare insuper ordinamus, ut præceptores omnium locorum, tam Germanicam, quam Latinam linguam proficiscentes, certo die in hebdomade parvum Catechismum doceant, suosq; illorum fidei commissos in eodem quam diligentissime instruant, ita ut juventus à primis statim annis in Catholica, & Apostolica Fide imbuta excrescat, quamvis autem Parochis in Ecclesia Catechismum docere mandatum sciamus, tamen illud, vel parum observatur, vel ruri degentes festis, ac Dominicis diebus ad eum audiendum parum conveniunt.

Pupillorum tutores. Septimo, mandamus, ut nostri Commissarii in omnibus urbibus, ac pagis stricte attendant, ut pupillis Catholici tutores constituantur, atque in Sancta Catholica Fide educatis fidelissimam curam omnemque necessitatem præbeant, hoc insuper addito, ut omnes tutores, ubi ipsorum pupilli

reperian-

reperiantur, quid agant, qua vita vivant, superioribus denuncient.

Octavo, Cum perceperimus, mulieres artificum in oppidis, & pagis occulta conventicula agere, societates inire, suis demum sociabus, ex una postilla aliquot annorum retro parietem forte latitata prælegere, vel aliis instructionibus invicem occurrere, & absque timore attentare; nostris Commissariis serio mandamus, ut sectarias istas mulieres de similibus desistere admoneant, & si hoc in negotio pertinaciter se gerere, taliaq; factitare nihilominus notaverint, quamprimũ provincia expelli jubebunt. quoad illas, quæ matrimonio sunt junctæ, illarum maritis indicare poterunt (cum difficillime separandæ sint) & postea sub inevitabili certa pœna tales professiones mulierum interdicant, & in specie postillas legere, invicem disputare omnino prohibeant. *Sectariæ mulieres.*

Nono, Nostri Commissarii diligentiam adhibeant, ut in quadragesima, & aliis a Sancta Ecclesia institutis jejuniis, omnes, & singuli venditione, & comestione carnium abstineant, præsertim hac in re exercitatos abusus interdicant, ac inobedientias cum omni severitate castigent, in hospitiis particulariter attendant, & inspiciant, ut in eisdem, prohibitis jejuniorum, & abstinentiarum diebus, nemo sive nobilis, sive ignobilis externus, sive incola, cujuscunque tandem Religionis, carnibus vescatur, exceptis illis, qui à suis superioribus, qui præstare possunt, licentiam habent. *Comestio carnium.*

Iuxta mandent Dominicos, ac festos dies, plus quam hactenus factum, observare, Sacrum, Cōciones audire, Vesperis devote interesse aliisq; Sanctæ Romanæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ legibus fidelissime obedire. In Ecclesia Senatores, ad aliorum bonũ exemplum, mature, in cōsuetis suis *Observatio festorum.*

locis

locis se præsentent, harum rerum diligentem curam Parochi, vel alii Ecclesiastici habebunt.

Nundinas festivis diebus non agere.

Cæterum cum insuper accipiamus, tam in Principatu Carinthiæ, quam alibi perniciosum hunc abusum increbuisse, quod in urbibus, & pagis, qui magnis gaudent privilegiis, nundinas semper fere prohibitis festis diebus, ac Dominicis instituant, durante adhuc officio divino merces exponant, vendantque, quibus, & similibus, non minima pars plebis in hospitiis, commedendo, bibendo, citharœdis, lusoribus, aliisque indecentibus rebus tempus inutiliter terit: Ideo nostri Commissarii sub severissima pœna prohibeant, ut festis ac Dominicis diebus celebrandarum nundinarum res ante finem divini officii non solum non exponantur, aut vendantur, sed etiam omnia alia exercitia, & actiones, divino officio adversantes, & impedientes sub hoc tempore prorsus inhibeantur, & interdicantur, ut nos per generales patentas in omnibus nostris hæreditariis provinciis promulgari curabimus.

Libros sectarios non concedere.

Decimo, Cum notorium sit, sub istis hactenus exercitatis inobedientiis multos prohibitos sectarumque scatentes libros latere, damus nostris Cōmissariis potestatem, ac simul volumus, ut sub expressa gravi pœna (quam judicio, ac discretioni nostrorum Commissariorum relinquimus) hujus farinæ libros deposcant: quos si forsitan aliquis promere benevole denegaret, potestate suæ commissionis, ac nostri injuncti, ac traditi mandati, abreptos publice igne comburi faciant. Quia vero libri historici à sectariis scriptoribus compositi, permultas sæpenumero excogitatas narrationes contra nostram Catholicam, & Apostolicam Religionem, illique addictos Theologos, ac superiores, in lucem depromunt, ac ea de causa legendos suprema

prema Ecclesiastica authoritas interdicit: nostri Commissarii tales libros in Concilio Tridentino ejusdemque Catalogo annotatos, prohibitos sectarios, vel alios pessimos contra bonos mores, nullo modo permittant: sed contra illos, qui vel ipsi habent, vel ab aliis haberi sciunt nec patefaciunt, severius tamen contra illos, qui similes in provincias portare, vendere, vel aliter negotiari cum illis contumaci modo conarentur, severissimis pœnis omnino procedant. Cæterum in combustione librorum animadvertent, ne ante transmissum ad Clangefurtense Patrum Societatis Iesu Collegium illorum catalogum, comburantur.

Artificũ tribus

Vndecimo, Nostris Commissariis injunctum volumus, ut in tribus artificum suam habeant singularem attentionem, ac curent, ut illæ à nobis confirmatæ ordinationes, in observandis divinis officiis, extruendis Ecclesiæ picturis, ac vexillis, iterum instituantur, ut in festo venerabilissimi Sacramenti, ad majorem Dei omnipotentis gloriam, illis ipsis ad feliciorem rerum successum, omnis tribus cum suo vexillo compareat, & se præsentet.

Ædificia ecclesiarum.

Duodecimo, quamvis bonum, & forsitan necessarium ob potentiam hæreticorum esset, ut nostri Commissarii in omnia Ecclesiarum ædificia suam haberent quoque singularem curam, quomodo, hinc & inde constituta, an renovatione meliorationeve indigerent, quales ornatus, vel Ecclesiastica suppellex reperiretur, & si in uno, aut alio defectum notarent, percunctarentur, cujus interesit, vel quis reficere deberet, percunctatis dein admonendo injungere, ut omnibus necessariis provisis, ac cœptis refectionem, meliorationemque absque ulteriori dilatione in opus dirigerent, curarent insuper, quomodo in uno, vel alio loco cum Ecclesiarum urbario, earumque redditibus, ac decimis

se

se res haberent, an videlicet secundum necessitatē forēt provisa, sin minus, quo modo, vel ubi succurrendum, atque auxiliandum esset: quia vero ad ista particularia omnibus in locis attendere nostris delegatis Commissariis, tam publicis quam privatis negotiis occupatis, difficillimum esset, & cum alioquin hujusmodi res loci ordinariis, eorundemque Visitatoribus, Ecclesiastico jure incumbat, ac conveniat: admonere fecimus, ut omnes loci Ordinarii apud suos commissos clericos, aut Beneficiatos curent, ut quisq; illorum significet, quomodo cum urbario, redditibus, vel bonis ad Parochiatum suū pertinentibus se res habeat, quid, qualia, aut quanta sint alienata, quis alienator, quis impediat recuperationem, & similia significavimus quoq; ut dicti ordinarii similes de suis fideicommissis annotationes declarationesq; nostris Religionis Commissariis benevole communicent, ut una cum ipsis loci ordinariis, remotis impedimentis omnibus, illatis damnis, quantum possibile, mederi procurēt. Si vero in aliquibus occurrentiis magis difficilibus majori potestate opus haberent, nobis, vel superioris Austriæ Regimini indicent, ut eo facilius, magisq; efficacius res succedat, cum aliqui provinciales adeo sint avidi, ut sub specie suæ Præfecturæ: (ut à fide dignis habemus) in Ecclesiastica bona se immiscentes suæ ditionis faciant.

Hospitalia. Rursus Commissarii nostri commendata habeant hospitalia, Lazaretha, ut simili modo in bonum directa ordinem, tam ecclesiastica, quam secularia bona, & redditus diligenter habeant. ubi sedulo attendant, num pauperes, conformiter fundationi, suam accipiant sustentationem, aut redditus alio modo inutiliter impendantur, aut commodo Magistratus, civiumque adhibeantur.

Decimotertio, Cum hactenus mos tulerit, ut omni

mni anno, quando Clangifurti novus electus consul, tam ille, quam omnes inter annum suscepti cives, particulare juramentum, vel homagium præstent imperanti Domino, ac provinciæ Principi se submittendos agnoscant, quod cum aliquibus jam annis sit omissum, nostri Commissarii summo studio, ac serio provideant, ut denuo introductum nunquam imposterum intermittatur.

Cren Labaci. Iuramentum consulis.

Decimoquarto, Et quia percepimus, quod subordinati officiales in Carinthia, ante hac Magistratui inhibuerint, interdixerintque, ut à nobis vel à nostris Reformationis Commissariis, litteras vel mandata in rebus religionis ipsi magistratui transmissa non aperirent, sed occlusa ipsis subordinatis Officialibus transportarent; quod cum nostra voluntas nunquam extiterit, ideo mandamus nostris Commissariis, ut dictos subordinatos de facta antehac Magistratui Clangefurtensi inhibitione nostro nomine oretenus reprehendant, tale imposterum prohibentes sub comminatione severissimæ pœnæ: Clangefurtensibus vero significent, quod aperire litteras possunt ad nutum, tamen absque ulla oppositione obsecundare mandatis nostris debeant, sub comminatione ejusdem pœnæ.

Litera Magistratui trāsmissa.

Decimoquinto, Præterea nostrorum Commissariorum munus erit, sciscitari, quales & quanti redditus, vel decimæ Parochiæ Labacensis sint alienati, quis hoc tempore possideat, & quando alienatio facta fuit, item quales, ratione istarum, lites inter Parochum & Magistratum Labacensem exortę sint, in quibus terminis reperiantur, & ultimo, quæ sit dispositio fundationis Parochiæ, & quo modo observetur.

Alienata bona Ecclesiastica.

Decimosexto, Quoniā à Fide dignissimis habuimus, multis abhinc annis quendam VVelzerum fundationem decem millium florenorū, ad sustentandos

Welzeromum stipendium.

tandos aliquos studiosos, reliquisse, eamque pecuniarum summam deinde existentes VVelzeros in suis manibus retinuisse, ac singulis annis ad provinciæ Cameram sexcentos florenos pro interesse solvere solitos esse, de quibus non studiosi, sed alii non nostræ Religionis Dominorum, & Provincialium famuli venatores, & ipsi stabularii pro eorum salario persolvebantur: immo de novo habuimus, præsentes VVelzeros istam capitalem pecuniarum summam consensu sectariorum subordinatorum, ad præfatam fundationem determinatam, ad se omnino traxisse, & decem millia florenos in longa moneta ad provinciæ cameram persolvisse, pro quibus ex provinciali Carinthiæ Cassa deinceps in bono semper valore sexcentos florenos singulis annis impendendos fore; quæ omnia non solum voluntati, ac intentioni fundatoris adversantur, sed etiam in longa moneta pro re capitali (præsertim cum stipendium in bona moneta institutum sit) magnum damnum patiatur, nec Catholici harum pecuniarum, sed nostræ Religionis adversarii participes existant.

Ideo jubemus, ut nostri Commissarii litteras fundatoris exquirant in originali, aut earundem fide dignissimam copiam, & cum omnibus circumstantiis, qualiter, quomodo, quare fuerint detractæ istæ pecuniæ una cum eorum voto, ad nostrum superioris Austriæ regimen transmittant.

Civium liberi ac pupilli hinc & inde trãsmittendi.

Decimoseptimo, Nostri Commissarii statim mandent, ut à Magistratu Clangefurtensi omnium liberorum, seu pupillorum Catalogus, ubi sint, quid agant, qua vita vivant, exaretur, & si aliquos in sectariis locis viventes reperirent, subito revocatos ad Catholicos locos, scholasque transmittant. Similis ordinatio poterit etiam in aliis Carinthiæ urbibus institui, ubi non minus quoque, sive civis,

sive

sive nobilis, sive ignobilis sectarium pro instruendis ipsorum liberis præceptorem in sua domo, vel alibi teneret, statim mandetur, ut expellatur.

Decimooctavo, Nostri Commissarii in urbibus percunctabuntur, an stipendia, vel aliquę fundationes ad sustentandos pauperes studiosos, & si reperierint fide dignas de fundatorum litteris copias, accipiant, diligenterque considerent, an ad nutum exequantur, & si minimum defectum notarint, serio remedium adhibeant, præsertim videant, ut semper in Catholicos talia stipendia erogentur. *Stipendia in urbibus.*

Vltimo, nostris Commissariis dicimus, ut ab omnibus Parochis, singulis annis, annotationem illorum, qui legibus Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ, ad festum Paschatis non obediverunt, ac se Communione, & Confessione participes non fecerunt, exposcant, ac in similes inobedientes, quandoque hæretici de superioribus Ecclesiasticis non curarent, severe animadvertant. *Communiones. Confessiones.*

Et cum non omnia particularia, ac in ista Reformatione durante occurrentes casus, provideri queant, opusque ipsum, quid fieri debeat, in specie sit declaraturum, volumus omnia ad hunc finem fructuosa, & efficacia, nostrorum Commissariorum, ac Reformationis directorum, prudentissimo arbitrio, ac judicio, diligenti studio, cognito fervori, & sedulæ providentiæ commissa relinquere, sin vero contra spem nostram in uno, & altero aliquid occurret, ex quo rei amplificatio oriri possit, vel ratione qualitatis negotii ad nos tanquam provinciæ Principem pervenire necesse videretur, nostri Commissarii, cum omni circumstantia, annexaque sua diligenti, deliberataque opinione, absque mora transmittere festinabunt. *Generalis potestas ad Commissarios*

Cæterum licet clementissime non dubitandum quoq; teneamus, istud de novo inceptum, ac reassumptum,

sumptum, salutiferæ Reformationis opus, nihil rigoris, vel severitatis necesse habiturum, sed omnia tranquillo plane modo successura, cum tamen dubitãdum sit, ne ratione diversarum jurisdictionum, difficultates surrecturæ sint, eaque de causa brachium sęculare ordinarium in casu necessitatis sufficiens non erit, nostrisque Commissariis debitam assistentiam præstare non poterit: nos ad evitanda similia, ac facilitandam hanc commissionem, singularia quædã generalia expediri curavimus, quarum potestate nostri Commissarii in omnibus occurrentibus punctis plenariam habentes facultatem, absque omni superiorum scitu procedere, servatis tamen servandis, possint, ac valeant.

Vt vero nostri Commissarii, totumque opus majorem habeat auctoritatem, in illorum arbitrio erit, pro rei nutu, & loci, ac personarum qualitate, hisce generalibus (quas præsentes hic habent) poscente necessitate, uti, vel omittere. nostra semel pro semper clementissima voluntas, & omnino serium mandatum est, ut istud negotium bona cum deliberatione, & authoritate statim, quantum possibile erit, incipiatur, & non cessanter, vel somnolenter cum illo procedatur.

De illis qui huic reformationi sunt subjecti. Huic demum ita constitutæ Reformationis Cõmissioni, omnes (exceptis senioribus principalibus, qui à nostra Generali Religionis Reformatione, pro Provincialibus sunt suscepti; prout sunt nobiles) cujuscunque dignitatis, plenarie sint subjecti, nisi forte unus, vel alter cum aliquo nostro clementissimo mandato in contrarium se muniret.

Nostri præterea Commissarii talibus Reformationi subjectis personis, conformiter factæ antehac ordinationi, certum terminum præscribant, ante cujus lapsum, adhuc reperta ipsorum pertinacia, emigra-

emigrationem provinciæ, solutionemque decimi nummi infallibiliter indicent, nec sibi ullâ supplicatione, excusatione, minus muneribus, promissionibus, persuadere permittant, nec conniveant, nisi sincerissimum, absque ullo dolo, fervorem, ac voluntatem ad Catholicam Fidem monstrarent. in quo etiam diligentissime attendent. nos de cætero determinati sumus, quod si forte aliquis dilationē termini, aut gratiam sollicitare apud nos conaretur, nostrorum Commissariorum, ad securiorem nostram determinationem, votum audire: quod illi statim transmittent, nihil aliud nisi solius Dei omnipotentis gloriam, ac incrementum Catholicæ Religionis promovere curantes.

De antiquis Dominis, & provincialibus.

Et pro rei conclusione, cum, uti superius mādavimus, certis quibusdam de causis concluserimus, ut huic Reformationi seniores Domini, ac Provinciales non sint subjecti, sed cum illis, in hactenus usitata connivencia, ac tolerantia (absque certo tamen concesso privilegio) continuetur; volumus tamen, ut ista tolerantia si de die in diem hæreticorū more, in abusum, & majorē licentiā traheretur; tollatur, & istius Reformationis processus cum istis Dominis, ac Provincialibus per nostros Commissarios instituatur. & ita quidem, ut neq; privatas, neque apertas in propriis domibus conciones, copulationes, sumptiones suorum æstimatorum Sacramentorum, comestiones carnium, ac in itinere, prohibitis jejuniorum diebus, hospites ad eas coquendas invitent, nec urgeant, cogātve. omnes insuper prohibitiones nobis, nostræq; Catholicæ, & avitæ Religioni cōtrarias, in nostris supra expeditis Generalibus fusius declaratas, observent. Qui vero inter nominatos Provinciales opinaretur suæ conscientiæ difficillimum futurum, suis superioribus hoc in negotio accommodandi; talis sciat, sibi,

uti reliquis, concedentibus Imperii constitutionibus, ac pace Religionis, emigrationem è provinciis liberrime patre. Quapropter si imposterum in sæpe dicto nostro Principatu Carinthiæ ullus cujuscunque dignitatis, Nobilis, vel Provincialis, nostris legibus, bonique existimatis opinionibus, præsumptuose se opponeret, hinc & inde scandalizaret, debitamque obedientiam præstare nollet; talis jure merito nostra in hoc conniventia frui non poterit, sed contra illum, tanquam violatorem, & turbatorem quietis publicæ, constitutis pœnis, & emigratione è provincia procedatur. Quibus omnibus ita ordinatis, de nostris delegatis, ac constitutis Reformationis Commissariis, clementissime confidimus, illos in cunctis nostræ finali intentioni, Sanctæque Catholicæ, & Apostolicæ Religionis incremento servientibus, in minimo non defuturos: sed cognito ipsorum laudabili fervore, adhibitam, ac in isto negotio inceptam ferventem diligentiam continuaturos, poscente negotii gravitate, communi consilio, una cum Ordinariis, aliisque Catholicis, & Ecclesiasticis theologis officia mutuo habituros, & alterum alteri efficacem assistentiam præstituros. Cæterum si casus singulares multi momenti occurrerent, nostrisque Reformationis Commissariis difficillimum videretur, in tales se immiscere, ad illorum factam declarationem, nostram Cæsaream assistentiam, una cum bona rei instructione, ac ordinatione expectabunt, de quibus omnibus nos de uno, & altero, obsequentissimæ executionis felix initium, felicius medium, felicissimum finem, juxta fusam cum omni circumstantia relationem clementissime præstolabimur, in quo Omnipotenti Deo gratissimum exhibebunt opus, & nos in Cæsarea Majestate, ac gratia, qua bene inclinati sumus, agnoscemus. Datæ in nostra civitate

Neostadii 19. Augusti, an. 1625. In Cran. In monasterio Lingenfeldt, 15. Iunii, 1627. Nostrorũ regnorum, &c.

civitate Viennæ, vigesimo sexto Aprilis, à Christi nostri redemptoris Nativitate, millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Imperii Romani sexto, Hungarici septimo, & Bohemici octavo anno.

Domino Episcopo de Gurgg tanquam ordinario In simili mutato stylo. Omnibus Archisacerditibus & Ecclesiasticis superioribus in Carinthia. Horum sexaginta expedian-tur.

NOs Ferdinandus, &c. Omnibus, & singulis, nostris fidelibus subditis Provincialibus, vasallis, aliisque provinciæ inhabitatoribus, cunctisque Gubernatoribus, & Rectoribus, istarum nostrarum hæreditariarum, ac Principatuum, Styriæ, Carinthiæ, Cranæ ad quos nostrum Generale peruenerit mandatum, nostram Cæsaream gratiam, & omnia bona. Clementissime vobis significamus, longo admodum ab hinc tempore, & hactenus quasi quotidie relatum esse, juventutem ex nostris ipsis provinciis ad locos sectarios, externasq; universitatis cumulatim transmitti; cum tamen quotidiana doceamur experientia, juventutem in aliquibus sectariis locis, nec in litteris proficere, nec moribus aliud discere, quam quæ ad vitia serviunt, & ad pejora inuitant. Quare nos tamquam loci supremus Princeps talia indecentia fieri prohibere, illisque mederi omni ex parte determinavimus. Omnibus itaque potestate nostri Generalis mandati, tantum clementissime, quantum serio mandamus ac stricte volumus, ne in posterum, nec Provincialium, nec nobilium, seu ignobilium liberi, minus pupilli, ex provincia, ad alios hæreticorum locos, aut provincias, sive uniuersitate, absque singulari, & speciali nostro consensu, ullo modo transmittantur, verum pupillorum provisis Catholicis tutoribus serio injungatur, absque nostra clementissima licentia, & præscitu nullos ad alios hæreticorum locos prorsus ablegare, sed à nostris Vice-Gubernatoribus, hac de re edoctis, nostram clementissimam ordinationem, ulterioremque expectare resolutionem. quare si quis contra egerit,

nostro-

nostroque generali mandato se opposuerit; talis se non evasurum severam punitionem sciat. Ideo omnes se disponere, cavere, suoque providere commodo procurent. Hoc volumus, jubemus, & stricte mandamus. Viennæ, vigesimo sexto Aprilis, anno 1625

Generale mãdatum ne durãte officio divino aliquid vendatur.

NOs Ferdinandus, &c. Omnibus, & singulis nostris urbibus, oppidis, & aliis nobis fidelibus subditis, nostrorum hæreditariorum Principatuum, cujusvis dignitatis, status, vel conditionis, nostram Cæsaream gratiam, & omnia bona. Vobis clementissime significamus, nos cum maximo nostro dolore audire, in nostris hæreditariis provinciis pessimum hunc abusum increbuisse, ut in civitatibus, & oppidis, Cæsareis privilegiis provisis, nundinæ statutis semper Dominicis diebus, ac festis instituantur, ac mane sub officio divino res expositæ vendantur, & iis plebem occurrentem de Ecclesia, ac auditione sacræ Missæ detineri, non minimam partem in hospitiis potando, ludendo, saltando, tempus inutiliter transigendo. Quod cum minime sit tolerandum, mandamus vobis nostris Viceregentibus, quatenus curare velitis, ut in posterum Dominicis, ac festis diebus non solum Nundinæ, sed etiam omnes aliæ actiones divinum officium impedientes, contrariantes, vel alio modo scandalum præbentes, ante finem Divini officii prorsus cohibeantur, interdicanturque, contra facientes, nostrumque generale mandatum temerarie transgredientes, in corpore, vel bonis, secundum qualitatem personæ, vel delicti, puniantur. Quod si vero nostri subordinati Viceregentes in hoc conniverint, suumque non administraverint officium, non statim ut sciverimus, æquali pœna contra illos certissime procedi ordinabimus, prout modo

modo clementissime, ac stricte jubemus & mandamus Datum Viennę, 26. Aprilis, anno 1625.

Mandatum Generale Praefecturas concernens

Nos Ferdinandus, &c. Omnibus N.N. Nostris subditis sub nostris Principatibus, & provinciis jura patronatus, & beneficia habentibus, cujuscunque dignitatis, status conditionis, ad quos hoc generale Mandatum pervenerit, nemine excepto, nostram gratiam & omnia bona. Quamvis nos sciamus ann[illegible]4. & postea 1598, & 1599, nostrum venerandum [illegible]trem Archiducem Carolum felicissimae memoriae, publica generalia ratione concedendarum vacantium de jurepatronatus Parochiarum, & beneficiorum imprimi, illaque observari mandasse, ejusque tenoris fuisse, ut quoties Parochus, aut animarum curam habens, in alterius Domini, aut Provincialis, Ecclesiastici, seu secularis dominio, vel jurisdictione moreretur, loci Dominus nec bona mortui relicta invadere, nec parum, aut multum demere, suaeque ditionis facere deberet, sed defuncto Parocho, vicario, aut quolibet altero beneficiato, inventarium instituere, beneque id conservare teneretur, isto modo, ut omnibus, & singulis ad ea justas, & aequivalentes causas habentibus usque ad illorum plenariam contentationem, integra, & intacta manerent, quibus solutis demum veri haeredes, si forent, aut alii per testamentum nominati suas dividere, & accipere partes jus haberent: insuper talium Parochiarum, ac beneficiorum domini, vel patroni, recognita Parochi morte, intra duos menses, alium aptum, & idoneum Parochum nominarent, repertumque ac provisum loci Ordinario ad confirmandum, ac instituendum praesentarent ac denominarent: interea vero vacantium beneficiorum bona, subditos, redditus bonaque mobilia ad ipsorum quasi propria, & de jure pertinentia manus trahe-

150. Exemplaria.

re, sibique vindicare prorsus intermitterent.

Tamen quia certiores facti sumus, ob decursum longi temporis has bonas ordinationes, ac leges oblitas in abusum venisse, immo multipliciter violatas, ac parum fuisse observatas, ad summum Ecclesiarum Parochiarum, ac beneficiorum damnum; ideo nos incumbente officio, nostroque ex debito bene facturos existim[illegible], si ad avertendos indecentes, & erga Divi[illegible] omnipotentiam non defendendos abusus, novas ordinationes, antiquis haud dissimiles expediri, & ad cunctorum notitiam, melioremque observantiam imprimi curaremus: quare omnibus stricte mandamus, ut in futurum nullus in ecclesias, beneficia, Parochias, quarum juspatronatus sive ex hęreditate, aut emptione cum universitate bonorum, aut aliis concessis modis, ac bono titulo acquisivit, defuncto Parocho, animarum curatore, aut Beneficiato, ejusdem relicta mobilia & immobilia, aut redditus occupet, nec ab aliis occupari mandet: sed succedente vacatione beneficii, loci Dominus patronus subito cum præscitu, subsidio, ac præsentia ordinarii, vel ejus Vicarii, sub cujus diœcesi beneficium erit, inventarium instituat, inventata, seu pauca, sive multa, secure servari mandet, videatque ut defuncti Parochi familia quamprimum debite & absque ulla querela soluta dimittatur. Dimissa familia, usque ad ulterius Parochi adventum, omnes non necessarii sumptus caveantur, bonaque defuncti relicta intacta prorsus relinquantur, nisi adforent, qui justas ad ea petenda causas haberent.

Quia etiam nobis relatum fuit, aliquos Præfectos suis coemptis, vel ex hæreditate obtentis Præfecturis nimium abuti, ita, ut sibi ipsis jura patronatus,

natus, bona ecclesiastica, imo Parochias, & beneficia approprient, suo placito disponant, insuper rationes ecclesiarum suo arbitrio, absque scitu loci Ordinarii, aut ejusdem potestate fungentis, suscipiant, residuum ad suas manus accipientes, suis subditis pro nimio censu mutuum concedant. & è contra quando aliquid ob summam necessitatem in ecclesiarum ornatus, fenestras, altaria expendendum foret, se excusando differant, aut omnino negligant, vel saltem suo placito id facere, ac mandare non erubescant: Ideo cum hæc, & illa ornandis, decorandisque ecclesiis obstantia, administrationem sacramentorum impedientia, ipsisque ecclesiis ac beneficiis damnum inferentia tollenda interdicendaque judicemus; volumus, ut nullus superior, vel Præfectus plus sibi attribuat, quam quod de jure bona conscientia sibi attribuendum sciat & cognoscat, etiam nos ipsos tamquam supremum Præfectum in locis, & finibus, in quantum jus nostrum se extendit, non aliter facturos esse compertum habeat.

Si etiam Parochia, aut beneficium ob mortem Parochi, aut Beneficiati, vacaret: Dominus, ad quem juspatronatus de jure spectat, intra constitutum de Ecclesiastico jure tempus, loci Ordinario alium denominans præsentet; nisi serio cavebit, ne munera, aut corruptiones admittat, aut crimine Simoniæ conscientiam suam oneret. Si vero talis præsentatio ad constitutum tempus non fiet, nostrumque mandatum transgredietur, jurispatronatus dominus á suo cadet jure, quod devolvetur ad loci Ordinarium; ita ut impositio Parochi, una cum confirmatione, ac institutione in suo erit arbitrio. Quare omnes ecclesiasticos Ordinarios, qui in hujusmodi beneficiis jus confirmandi habent, admonemus, ac petimus, ut ad nostri mandati ob-

 servatio-

servationem diligentissime attendant, & si apud quosdam nullam apparere obsequentiam notarint, nobis absque ulla personarum æstimatione mature insinuent, quia ulterius severum remedium adhibebimus. Cæterum renovatione horum mandatorum antiqua in reliquis suis punctis huc non pertinentibus, maneant incorrecta, ac valida, quorum omnium de singulis futura satisfactionem, nostræque clementissimæ intentionis speramus executionem.

Generale Contra alienationes Ecclesiasticorum bonorum 1504. Exemplaria.

NOs Ferdinandus, &c. Omnibus, & singulis nostris Viceregentibus, subditis fidelibus, cujuscunque dignitatis, aut conditionis, in cunctis nostris hæreditariis provinciis, ad quos hoc nostrum pervenerit mandatum, nostram gratiam, & omnia bona. Vobis in memoriam reducendum, quam summe necessarium judicamus, quod etsi noster Venerandus Dominus, & proavus, Cæsar Ferdinandus Primus, suo sub Imperio, diversis vicibus, & peculiariter anno 1563. sicut etiam noster Venerabilis Pater Archidux Carolus amborum felicissimæ memoriæ, 1574. anno seria generalia publicari curarint, prohibendo quam maxime, ne ulla Ecclesiastica bona: absque peculiari habito consensu, alienari, aut alio quovis modo transmutari deberent, & nos credidimus, cunctos nobis dilectos Provinciales, Dominos, & subditos talibus constitutionibus, ac mandatis debito modo debitam præstitisse obedientiam: tamen qui percepimus contra nostra generalia, multa ad ecclesias monasteria, pertinentes subditos, & bona immobilia ad aliorum pervenisse manus: & cum nos nostro incumbente officio, tanquam ecclesiarum, ac monasteriorum supremum defensorem, obligatos agnoscamus, omnes hac in re illicitos exercitatos actus plane interdicere, ac dicta monasteria, & ecclesias

da

ad suum jus, & statum restituere: Ideo pro aliorum meliori notitia, & pro singulari necessitate, antiquas leges, & statuta renovanda, ac fusioribus isto tempore occurrentibus casibus amplificare existimavimus quare clementissime, & pro primo volumus, ut omnes in nostris hæreditariis provinciis Episcopi, Prælati, Abbates, Abbatissæ, Præpositi, Priores, Priorissæ, Decani, Conventus, Capitula, Parochi, Beneficiati, sive sint regulares, sive seculares, de suis diœcesibus, Monasteriis, Prælaturis, aut aliis bonis Ecclesiasticis nulla immobilia bona, subditos, redditus, alienent, minas duplicibus censibus aggravent, aut longius tempus, quam jura Ecclesiastica concedunt, possidenda aliis committant, nisi fieret cum uniuscujusque supremi Ecclesiastici superioris, etiam nostro tamquam provinciæ Principis, expresso præscitu, & consensu, etiam requisitis, ac statutis in sacris Canonibus præscriptis. Cæterum si aliqui ob Ecclesiastica bona contractus per ullum (quisquis esset) instituerentur, tales hic invalidos declaramus, ac edicimus isto ultro annexo mandato, in nullo judicio, seu jure, nec petitorie, nec possessorie procedi, vel judicari, aut cognosci posse, & bona illa contra jus vendita, vel dicto modo alienata quamprimum absque ullo judiciali processu suæ Prælaturæ, ecclesiæ, monasterio, Parochiæ, vel beneficio cum omnibus appertinentiis ex omni causa restitui debere, & imposterum intacta relinqui: venditori vero incumbere acceptas fore ob mutuata bona pecunias iterum reddere, & absque ullo Ecclesiæ, vel loci damno restituere.

Et quia contra dicta generalia plura Ecclesiastica bona sunt alienata, atque in alias manus venerunt; omnibus præsentibus, & futuris Prælatis, Præsidentibus, Parochis, ac Beneficiatis, virtute, ac *Monasterii, 19. Augusti, 1625.*

 potestate

Monasterii, Lillingfeldt, 15. Iunii, 1627. Decretum S. C. M. ut in Archiducatu Austria supra Onasum omnes ex statibus Dominorum, & equitum Augustanæ confessioni addicti intra tres menses, vel ad conversionem ad veram fidem, vel ad emigrationem à provincia se disponant venditis bonis vel

potestate istius novi mandati, talia abalienata bona Ecclesiastica, de inhabitatoribus possessoribusque absque censu persolvendo repetere, & illis tradere, ac reddere nobis præservamus, ipsis suisq; successoribus serio mandantes, ut ad tales prohibitas alienationes diligenter intendant, & de successa alienatione cognitionem, & recuperationem amice vel per jus sollicitent apud nostræ Cameræ Consilium.

Omnibus igitur, & singulis præfatis nostris fidelibus subditis clementissime mandamus, ut istam hujus mandati renovationem firmiter observent, nec contrarium agant, nec ab aliis sibi subjectis contra agere mandent. in quo exequemini nostram clementissimam & simul severam voluntatem Datum in nostra civitate Viennæ, 25. Aprilis, Anno 1625.

SVA Sacra Cæsarea, etiam Hungariæ, & Bohemiæ Regia Majestas, Dominus Ferdinandus Secundus, Archidux Austriæ, &c. Noster Imperator clementissimus, Rex, Dominus hæreditarius, & loci Princeps, &c Omnibus, & singulis Prælatis, Dominis, Equitibus, & civitatibus quatuor statuum omnia optando bona, suam Cæsaream adjungit gratiam.

Reverendi in Christo, Illustres Domini, Domini Nobiles, strenui Domini Magnifici, prudentes.

Sua Cæsarea Majestas pro paterna, & plane Ducali cura, & alte perpensa intentione, qua conservationem, & prosperitatem suorum hæreditariorum regnorum, provinciarum, subditorumque quammaxime desiderat, & extremis viribus promovere conatur, ante oculos habens miserabilem & prorsus devastatum tam bellis, quam aliis variis modis sui Archiducatus Austriæ supra Onasum statum, in quem incidit sub moderna hominum adhuc

adhuc memoria, diversis vicibus hostium externorum vi,) quod ferendum adhuc fuisset, nisi perniciosæ seditiones, totique provinciæ obnoxiæ rebelliones moventibus ipsis, & ultra urgentibus inhabitatoribus sese associassent, per quos etiam tumultus, non solum loci Principi debitus respectus, & obedientia, contra jura divina, & humana, & leges sublata, sed etiam fideles, & obsequentes status, ac inhabitatores, absque ulla habita causa, ad injustas & non ferendas contributiones coacti, suis privati, & spoliati bonis, incendiis, devastationibus ad extremum redacti sunt imo suæ Majestati fideles Electores, & Principes, ad gravissimas bellorum expensas inducti, venerabilis patria in tale nunquam recompensandum, ac restaurandum damnum præcipitata est, ut extra ulteriorem providentiam, aliud nihil, quam totalis hujus ruina, interitus, devastatio, ac omnium rerum extrema desolatio, oculis videnda, ac ore pronuncianda, attestandaque se objiciat. *tutoribus Catholicis rebellio.*

Consideravit proinde (Deo tam pro bono, quam pro malo statu omnium provinciarum rationem reddituræ) tantarum exortarum rebellionum, solam, & unicam extitisse causam, disparitatem Religionum, uti ipsa præterita exempla, imo ipsorum auctorum confessiones manifeste satis approbarunt, ex ista enim disparitate tanquam ex quadam origine, omnes diffidentiæ, seditiones, ac reliquæ rebelliones, provenerunt, & confluxerunt, ita ut extra unicam uniformitatem Religionis, nulla vera, pacifica, & constans animorum sinceritas, & sincera fides inter status, & inhabitatores unquam erit speranda, minus promittenda.

Idcirco, ut in posterum iste tam fertilis Austriæ Archiducatus una cum incolis in vera & constanti pace, ac bona fide permaneat, & econtra pernicio-

læ diffidentiæ funditus evulsæ posthac præcaveri possint; Sua Majestas, quatenus Dominus hæreditarius, clementissime eo se determinat, & jubet, ut illi, ex ambobus dominorum, & Equitum statibus Augustanæ confessioni addictis, sive sint intra, vel extra provinciæ partes, spatio trium mensium, aut ad Catholicam Religionem aut ad provinciæ emigrationem se disponant, suaque domicilia alibi ponere prospiciant.

Et quia suæ Sacræ Cæsareæ Majestati nihil carius, optatiusque accidere posset, nisi tam antiqua nobilissima Provincialium stemmata, quorum majores sub pacifico Austriæ regimine, & protectione, in unitate Religionis tot annis vixerunt, in provincia conservare, cum illis davastatum, destructum fere Austriæ Archiducatum erigere, & sub paterna tutela, unanimique religionis conformitate conservare; ideo omnes ex ambobus statibus, Augustanæ confessioni adscriptis clementissime vult admonitos, ut rem serio perpendant, omnem humanum respectum seponant, ne ob assumptam malam fidei opinionem tam æterna, quam temporalia amittendo, sero nimis postea sapiant.

Quod si vero, contra spem, aliqui se non accommodaverint, sed potius emigrare cogitaverint, talibus Sua Majestas (ut omnibus pateat illam non amore pecuniarum, sed solo amore conservandæ unionis in Austriæ Archiducatu, reformationem Religionis instituere) omnem persolvendum censum ex sola Cæsarea gratia donat, atque etiam clementissime concedit, ut illi provinciales, qui bona in inferiori Austria possident, ibidem omni cum respectu erga superiores, absque ullo tamen ipsorum exercitio, habitare possint; ita etiam, ne ullus juste conqueri queat: Sua Majestas emigraturis, ad vendenda bona, tempus, hac tamen conditione,

clementissime concedit, ut talia bona Catholicis tutoribus comendata, ab iisdem administrentur.

Hæc juxta traditas credentiales Sua Cæsarea Majestas statibus denuncianda clementissime nobis commisit, ea clementissima spe, & confidentia, omnes Augustanæ confessioni adscriptos, ex ambobus statibus talem deliberationem capturos, ad summam Suæ Maiestatis consolationem, ipsorumque tam temporalem, quam æternam, qualem sua Majestas unice, & ex corde desiderat, & intendit, prosperitatem. De cætero Sua Majestas ambobus statibus bene manet affecta. Nos vero ad exhibenda obsequia illos adhortamur.

FERDINANDVS SECVNDVS

INstructio, & mandatum, quid Reverend. etiam illustres nobis dilecti fideles, Antonius Abbas in Cremsmunster Sacrosanctæ Theologiæ Doctor, noster à secretis Consiliarius, &c. & Georgius Teuffel Baro in Gunderstorff, noster Camerarius, vel urbis Vicepræfectus, &c. Nostro nomine provincialibus. Dominorum, & Equitum Status, Augustanæ confessionis, in nostro Archiducatu Austriæ supra Onasum oretenus intimare, & declarare debeant. *Instructio pro Reformatione in Archiducatu Austria supra Onasum.*

Cum hactenus manifesta experientia nimium probaverit, multas & magnas in præfato nostro Archiducatu Austriæ supra Onasum, diversis vicibus toti provinciæ perniciosissimas seditiones, ac rebelliones fuisse auditas, per quas nobis, tanquam vero Domino hæreditario, & loci Principi debita obedientia, per fas, & nefas ablata, nostra Ducalis, & summa jurisdictio corrupta, status fideles, & obsequentes inhabitatores ad gravissimas, & minime durabiles contributiones coacti, à rebellibus, suis privati, & spoliati bonis: sicut etiam

non minus nostri Electores, & Principes per similes tumultus, in maximos sumptus, & belli expensas inducti, totaque provincia in tantam rerum ruinam, lamentantibus, & gementibus subditis, præcipitata fuit. Quorum omnium, prout notavimus, non minima causa fuit differentia, & disparitas Religionis in provincia, ex qua juxta supra narrata gravamina, magnæ, & perniciosæ diffidentiæ sunt exortæ, quare ut in posterum hujusmodi rebelliones, & controversiæ caveantur, & versa vice, vera, & pacifica unio, etiam sincera invicem fides replantetur, & noster Archiducatus, una cum ipsius incolis, in constanti pace permanere, ac perseverare possit: nobis ex sola paterna, & clementissima intentione, qua semper nostris à Deo nobis commissis subditis favemus, optimum factu visum fuit, in præfatis Augustanæ Confessionis adscriptis statibus, in Archiducatu Austriæ supra Onasum, gravissimis urgentibus motivis, Reformationis religionis opus quamprimum incepere, & promovere.

Ideo cum istud opus totam concernat provinciam, & commodissime supra Onasum tractandum, Abbas à secretis Consiliarius, & Vicepræfectus urbis, nostri ad hoc deputati Commissarii, absque temporis dilatione Lyncium proficiscantur, omnes sectarios provinciales ad certum determinatum diem per litteras in domo provinciali citent, præsentibus bona forma, & blando sermone nostram clementissimam intentionem, & deliberationem oretenus insinuent, juxta quoque notificando, ut sub dato factæ intimationis inter sex menses, Catholicæ Romanæ solum salutari Religioni, uti optamus, & ad eam omnes una clementissime admonitos volumus, præsertim antiquiores, sub nostra protectione conservare tantum paterne, quantum

tum

tum clementissime optaremus; certo, & infallibiliter se concordent, vel si contra spem nostram id facere recusarent, è provincia elapso termino emigrent, venditis omnibus bonis, absque ullo censu, ex mera gratia donato, alibi domicilia sua figere quærant, & solis illis provincialibus, in Austriæ Archiducatum infra Onasum migrantibus, inibi habitare, (absque ullo tamen exercitio sectatio) concedendum erit, qui bona provincialia ibi possident; aliis vero omnibus nulla inibi bona habentibus, licet sint provinciales, nullum prorsus domicilium permittendum mandamus, ut autem sua bona supra Onasum commode vendere valeant, illis assignamus annum, & diem pro termino: hac tamen conditione, ut jam statim bona Catholicis hominibus provisa, ab iisdem administrent, prout in uno, & altero, ad exequendam nostram clementissimam voluntatem, uterque status obsequentem se monstrabit, nostrique Commissarii executa commissione ad nos absque mora, uniuscujusque provincialis, aut ad emigrationem, aut ad conversionem inclinatum animum relaturi, conferant. quibus de cætero omni tam Cæsarea, quam Regia gratia innixe favemus. Datum in nostra civitate Viennæ, 29. Martii, anno 1627. nostrorum regnorum, Romani octavo, Hungarici nono, Bohemici decimo.

Generale mandatũ in Cranã, Stiriã, Carinthiam, pupillos, excursiones, & pupillorum tutores cõcernens.

NOs Ferdinandus, &c. Cunctis, & singulis nostris fidelibus subditis provincialibus, vasallis, aliisque provinciæ inhabitatoribus, sicut universaliter omnibus quoque superioribus interioris Austriæ hæreditariorum Principatuum, & provinciarum Stiriæ, & Carinthiæ, & Cranæ, ad quos hoc nostrum pervenerit mandatum, nostram Cæsaream gratiam, omniaque optando bona, clementissime vobis denunciamus, nobis maximo cum nostro

 dolore,

dolore, & displicentia satis certo relatum esse, quod aliqui, licet sub dato vigesimo sexto Aprilis, anni millesimi sexcentesimi vigesimi quinti, hac ipsa de causa edita, & ad universalem cunctorum notitiam, generalia mandata publicata, ac promulgata fuerint, nihilominus contra facere, suosque liberos, sicut & ipsorum fidei commissos pupillos ex istis nostris interioris Austriæ hæreditariis Principatibus, ac provinciis, uti antehac exercitatum, ad externas non nostræ religionis universitates, atque provincias transmittere audent, quibus tamen in locis nihil, nisi sectaria dogmata, totique patriæ periculosissima; atque ad damnosos excessus incitantia facta discunt, atque inbibunt. Pariter quoque accepimus, & ipsi advertimus, ex istis hactenus actis excursionibus ad alias confines sectarias terras, pro Baptismo infantum, copulatione desponsatarum personarum, tam nobilium, quam ipsorum provincialium, aliisque sectariis exercitiis de die in diem in pejus ire, nostrisque in mandatis nullam prorsus obsequentiam apparere: quinimo tam per hæc, quam per prædictas transmissiones pupillorum, salutiferam ad nostram solum salutarem sanctam Catholicam, & Apostolicam religionem, conversionem notabiliter impediri, & econtra nostros subditos in fidei, aliisque rebus, ad ipsorum animarum perditionem quotidie seduci, tam in rebus Ecclesiasticis, quam secularibus, prout quotidiana hactenus, proh dolor, experientia in nostris hæreditariis regnis, ac provinciis satis manifeste docuit, ostenditque istas perversissimas rebelliones, & alia nostris provinciis summa, & gravissima inferre damna.

Nos ex clementissima, & plane paterna cura, & amore erga nostros subditos universaliter, non minus pro Ducali officio, & à Divina clementia ac-

cepto magistratus munere, hujusmodi perversas, ac toti patriæ periculosas actiones, opera, & exercitia avertere, & è contra illud, quod ad animarum salutem, & ad omnium provinciarum meliorem constantioremque pacem, ac unionem profuturum inserere, sufficientem causam habemus. Quare in hunc finem, non solum antedictum mandatum volumus renovari, sed etiam insuper ultra expresse addere, ac statuere tantum clementissime quantum severe, ne in posterum, nec Provincialium, neque aliorum nobilium liberi, & pupilli, & innocens juventus ex nostris interioris Austrię hęreditariis Principatibus, atque provinciis, ad sectarias externas non nostræ religionis provincias, vel universitates sine nostro præscitu, & speciali consensu transmittantur, verum liberi, pupilli, ac juventus, quantum possibile, à Catholicis tutoribus provisi, tales habeant, qui sine nostro, vel nostrorum Viceregentum, habito speciali consensu, nullum pupillum in externas regiones mittant, sed vel nos, aut nostros Viceregentes debito modo anteace. tiores faciant, nostramque ulteriorem determinationem, & ordinationem habeant expectandam, ad hoc constituimus, ponimus, ac ordinamus similiter clementissime, & stricte, ut omnes, & singuli Provinciales, universaliter omnes nostri fideles subditi, & provinciarum inhabitatores in nostris interioris Austriæ terris hæreditariis utriusq; sexus, juvenes, & senes, Comites, domini, Equites, vel inferioris status, magnæ, sive parvæ dignitatis officii, quomodocunque tandem nominari, sive nuncupari poterint, nemine prorsus excepto, omnibus imposterum infantum baptismis, desponsationibus, copulationibus, aliisque exercitiis sectariis in locis prorsus abstineant, nec sectarios prædicantes ad Catholicos locos eos ad ea perfi-

ciendum conscribant, vel venire faciant, & sic omnia Ecclesiastica exercitia in nullo alio, nisi Catholico loco, & Ecclesiis administrentur, & perficiantur. Præsertim tamen, quod attinet ad infantum baptismum, desponsatarum personarum copulationes unusquisque in sua convenienti Parochia, cui est adscriptus, vel cum licentia Parochi, vel aliorum Ecclesiasticorum Superiorum licentia illorumque consensu, in aliis Catholicis locis, per Catholicos Parochus, vel Sacerdotes more Ecclesiæ Catholico exequi curabit.

Si quis contra aget, nostroque generali mandato non obsecundabit, talis nostræ majestatis læsionem, quam nobis pro constitutione personæ, & delicti circumstantia præservatam tenemus, se incidisse sciat, quatenus contra talem subito ipsa cum effectuali demonstratione, ac severo impetu, ita procedemus, ut alii majus certo exemplum habere, atque accipere, sibique cavere queant.

Hinc mandamus Illustrissimo, & dilecto fideli Ioanni Vldarico, Duci in Cromavv, & Principi in Egeberg nostro Consiliario à secretis, Camerario, & tamquam plenipotentiario nostrorum interioris Austriæ Principatuum, & provinciarum, uti in ejusdem absentia, nostris Grecii relictis Consiliariis à secretis, simili modo interioris Austriæ nostro regimini, & omnibus aliis nostris Officialibus, ut hujus nostri generalis mandati observantiam omni serio studio, & fervore urgeant, & utrum eidem omnibus in partibus obtemperatum erit, diligenter attendant, & si unus, vel alter, nobilis, sive ignobilis, summi, vel infimi status id negliget, tales inobedientes, & reluctantes personas statim absque ullo habito respectu, in effectu severe puniant, ut quid faciendum omnes noverint, & sibi ante propria damna præcavere possint, & sic in hoc

exeque-

exequetur nostra clementissima voluntas, & finalis determinatio Datum in nostra civitate Viennæ, ultimo Aprilis, anno millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, Nostrorum Regnorum, Romani nono, Hungarici decimo, Bohemici undecimo.

NOs Ferdinandus Secundus. &c. Declaramus omnibus, & singulis in nostris Austriæ interioris hæreditariis Principatibus, & provinciis degentibus secularibus provincialibus, aliisque incolis, cujusvis dignitatis, status, vel conditionis: Clementissime nobis relatum esse, qualiter subditi à suis superioribus ea de causa particulariter à Divinis officiis removentur, quia ipsi superiores provinciales Dominicis, ac festis diebus venationes, piscationes aliasque recreationes instituere solent: & licet sæpius à prandio primum agitentur, tamen subditi eo die ecclesias, vel conciones visitare non possunt, cum ut plurimum longe à locis, in quibus similia sunt exercenda, distent; eaque de causa mane ante diem viam arripere debeant, ut locum destinatum attingere, pœnamque evitare queant. Secundo, pariter aliquos Barones, & provinciales, Dominicis, & festis diebus varias actiones incipere, quibus subditi, ad hujusmodi citati, necessaria divina officia relinquere, atque negligere cogantur. Tertio, Dominicis, ac festis diebus subditos ad transportanda hinc & inde bona mandari, & ablegari. Quare cum necessitas ad promovendam Catholicam religionem exposcat, talibus mederi; considerantes nos ista omnia, non solum Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ statutis, & legibus adversari; verum etiam cæteris Catholicæ religioni adscriptis maximum scandalum inde provenire; pro his evitandis ad universalem notitiam per publica mandata sub gravi pœna prorsus prohibere voluimus, ideo mandamus, ne Dominicis, ac festis

Mandatũ generale ob non impediẽdos de Divino officio subditos.

diebus

diebus aliquid simile imposterum, quod subditos de eorum devotione, & Ecclesia detinere valeat, à supradictis Baronibus, & provincialibus mandetur, sed iisdem diebus in futurum visitando Ecclesias, audire Missas, & similia colere permittantur. Quarè omnibus mandamus, ut, ad majorem Dei gloriam quotidie magis promovendam, omnes huic nostro decreto parere sine aliqua repugnantia conentur, & vos superioris, vel inferioris status diligenter attendere velitis, ut contra illos cum debita pœna secundum unicujusque delictum procedere valeamus. Ista est nostra clementissima voluntas. Datum in nostra civitate Viennensi, 10. Iulii, anno millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, &c. Nostrorum regnorum, Romani octavo, Hungarici nono, & Bohemici decimo.

FERDINANDVS SECVNDVS.

Mandatū contra prædicante, & illorum fautores in Archiducatu Austriæ infra Onasum.

SAtis clarum, & manifestum est, sectarios illos prædicantes, qui se in nostro Austriæ Archiducatu, infra Onasum Augustanæ confessioni addictos nuncupant, sub specie, & prætextu Augustanæ confessionis exercitii, (quod à nobis, duobus superioribus politicis statibus Augustanæ confessionis tempore rebellionis, & fervente bello, ad illorum humillimam, & ferventissimam sollicitationem concessum fuit) in suis concionibus, adhortionibus, etiam cæremoniis, damnosum Calvini dogma adeo spargere, sibique de populo in communi tantum concursum ciere; ut illi, qui ingenue se Calvinos profitentur, libentissime ad illorum prædicantium conciones vadant, aperte absque horrore auscultent, ipsorum putativa sacramenta, vel quasi, ab illis sumant, seque illis maxime contentos declarent, per quæ subditi, ex tantis fidei controversiis, quas sectarii prædicantes sub prætextu

textu Augustanæ confessionis introducunt, adhuc in majores errores allecti, ipsam Divinam Majestatem, ac suos superiores, atque præpositos Magistratus negent, perjurent, atque in perpetuam suæ animæ perditionem ducti pereant; prout ipsi supranominati prædicantes in præfatis suis concionibus, adhortationibus, scriptis, & aperte in typis editis libris, & tractatibus contra nostram solum salutarem Catholicam religionem, & nos ipsos, aliosque tam Ecclesiasticos, quam seculares, summi, & inferioris status, audacissime, nullo prorsus habito respectu, pessimis calumniis, pejoribus adhuc illusionibus utentes, nostros à Deo subjectos, & commissos subditos, ad nullam nostris mandatis, & legibus obedientiam obligatos esse adhortantur, perniciosisque toti patriæ confœderationibus, prohibitis conventiculis, malis correspondionibus, & rebellionibus, causam præbentes, illas ipsas pro illorum posse urgeant, & promoveant, insuper tam aperte, quam occulte, omni hostili vi, nobis exitium minantur, suos fidei asseclas, ad invocandum à nostris hostibus auxilium, impellant, nobis debitam obedientiam, & respectum demere [illegible]onantur; idololatriam nos exercere, & idolola[illegible] nuncupare absque ullo terrore etiam publice non erubescunt, subditos illorum Parochiis non adscriptos, tam in urbibus, quam ruri, nulla prorsus habita licentia, sed contra nostram, nostrorumque antecessorum expressissimam prohibitionem, & ad Ordinariorum maximum gravamen, & præjudicium, ad ipsorum exercitia alliciunt, invitant, ipsosque nullum sacramentum facere posse, nec velle, continuo clamitant, concionantur, publiceque orant, vulgum adhortantes, ut Sua Divina Majestas nostris hostibus victoriam impertiri velit, imagines SS, Petri, & Pauli per ipsorum ludimagistrum

magistrum comburere fecerunt; denique de Augustana confessione nihil aliud observant, quam quod ipsorum vagabundo spiritui placet, & acceptabile existit, maximas animorum pertinacias contra nos tamquam Dominum,&Ducalem Principem causantes, Catholicosque omnibus in locis pessime,& injuriose persequentes.

Quare nos clementissima & paterna providentia, præsertim pro Ducali nostro officio, & accepto à Deo Magistratus munere, nostrum à Deo nobis commissum hæreditarium Austriæ Archiducatum in tranquilla unione, vera, & sincera confidentia servare clementissime cupientes, ex supra narratis, & al is de causis, clementissime decrevimus, ut omnibus,&singulis in nostro Austriæ Archiducatu, infra Onasum degentibus sectariis prædicantibus, illisque addictis ludimagistris, à dato hujus nostri publici mandati, ne in arcibus, oppidis, pagis, villis, molendinis, aliisve in locis ubicunque consitis, sua putativa sacramenta administrent, juventutem instruant, vel alia suæ sectæ exercitia faciant, quamprimum serio sub severissima pœna interdicatur, pro[illegible]eaturque: pariterque ut supradicti omnes prædicantes à dicto dato nostri Generalis mandati usque ad 24. Septembris ex memorato nostro Archiducatu infallibiliter sub severissimis pœnis arbitrio nostro infligendis discedere debeant,&ubicunque illis placuerit (exceptis omnibus nostris regnis,& hæreditariis provinciis,) domicilia sua figere imposterum.& ideo, ut securi emigrare valeant, ex singulari clementissima & Ducali justa gratia concessum volumus, ut illis sectariis prædicantibus,& ludimagistris, qui in partibus sylvæ Viennensis inferioribus degunt à N. Magistratu & judice nostræ civitatis Neostadii, qui in superioribus sylvæ Viennensis partibus, à Magistratu

ſtratu,& judice noſtræ civitatis S. Poldten,aliis vero, qui in inferioribus montis Mainhartenſis partibus à civitate noſtra Cornenburgo, & qui in partibus Mainhartenſis montis, à Senatu noſtrarum civitatum Krembs, & Stain legitimæ litteræ noſtro nomine dentur, & conſignentur, prout jam omnibus dictis Magiſtratibus mandavimus. Quare omnibus, & ſingulis noſtris provincialibus, & unicuique in ſpecie, apud quos hactenus hujuſmodi prædicantes ſe continent, tantum ſeriò, quantum clementiſſime, ſtricte jubemus, ut ipſi, vel quilibet alius tam maſculini, vel fœminini ſexus ſub noſtra gratiæ amiſſione, & ſeveriſſimis pœnis præfatis prædicantibus nullum prorſus exercitium ſuæ ſectæ exercere, & adminiſtrare concedant, nec ultra conſtitutum tempus, ſive aperte, ſive occulte, nec unica quidem nocte manere conſentiant. quod ſi aliquis deprehendetur, qui ultra poſitum terminum aliquem ejuſdem conditionis hominem prædicantem, vel ludimagiſtrum publice, vel privatim detinuerit, aut aliquid ob expulſionem ſectariorum prædicantium attentaverit, poſt cauſæ cognitionem mobili, & immobili bono, ad aliorum exemplum, privandus erit.

Et quia nobis peculiariter quoque relatum eſt, in ipſa noſtra Viennenſi civitate, & in aliis limitaneis locis periculoſa noſtris hæreditariis ſubditis, omnino non decentia conventicula, ſub prætextu, & ſpecie alicujus actionis ſupradictæ ſectæ inſtituta, ac celebrata fuiſſe, quæ non ſolum nobis tanquam ipſorum Duci, & Principi adverſantur, ſed etiam totius Germanicæ nationis extremum periculum, ruinam, & damnum infallibiliter gignere poſſunt: Ideo ſimilia ſumme noxia conventicula, & confœderationes, ſub quovis prætextu inſtituenda, totaliter volumus prohibita, omnibusque

busque cujusvis dignitatis, & conditionis in nostro Austriæ Archiducatu infra Onasum degentibus insinuamus, & serio mandamus, ut in posterum sub pœna amittendorum omnium bonorum, aliarumque pœnarum à talibus abstineant. Datum in nostra civitate Viennensi, 14. Septembris, anno 1627. Nostrorum Regnorum, Romani nono, Hungarici decimo, Bohemici undecimo anno.

Mandatũ ut in Parochiis, ejectis prædicãtibus, Sacerdotes fideles instituantur.

NOs Ferdinandus Secundus, Omnibus & singulis Augustanæ Confessioni adscriptis, & incunctis quatuor partibus nostri Archiducatus Austriæ, infra Onasum existentibus provincialibus, qui iuspatronatus ecclesiarum filialium, & beneficiorum proxime suis bonis adjacentium habent, nostram gratiam, & omnia bona.

Non dubitandum tenemus, vobis constare, qualiter gravissimis de causis sub dato decimo quarto hujus, per publica nostra Cæsarea, & Ducalia generalia mandata clementissime ordinaverimus, mandaverimusque, ut omnes, & singuli sectarii prædicantes, atque ludimagistri ad vigesimum octavum hujus (quem terminum ob tantas pluviarum inundationes usque ad sextum proxime instantem Octobris distulimus) ex præfato nostro Archiducatu Austriæ infra Onasum discedant, & ubicunque illis placuerit (exceptis omnibus nostris regnis, & hæreditariis provinciis) domicilia sua figere possint.

Cum igitur necessitas requirat, ut apud omnes Parochias, & earum filiales Ecclesias, in quibus prædicti prædicantes erant, ipsorum loco alii bonæ conditionis Ecclesiastici, & Catholici Sacerdotes, qui vulgus in vera doctrina instruere, & docere possunt, imponantur, & sic ad animarum salutem, & bonum, vera sacrosancta Dei officia debito modo iterum introducantur, atque instituantur.

Vobis

Vobis supramemoratis, & unicuique in specie clementissime, & serio mandamus, ut in omnibus Parochiis, & earum Ecclesias filialibus, aliisque Ecclesiasticis beneficiis, in quibuscunque provinciæ locis sitis, nullo excepto, post elapsum sexti proxime venturi mensis Octobris, prædicantibus, & ludimagistris ad emigrandum positum terminum, intra sex sequentes hebdomadas, loci ordinariis idoneos Catholicos Sacerdotes, antiquo Archiducatus Austriæ more debite præsentetis, vel si plane in tanto brevi temporis spatio Catholicos Sacerdotes habere non poteritis, pro assistentia, & auxilio intra dictum tempus insinuetis. & si in constituto termino non præsentaveritis, aut supramemorato modo insinuaveritis, nos tamquam cunctarum Ecclesiasticarum fundationum supremus patronus, & defensor ex nostro officio Ordinariis locorum Catholicos Sacerdotes præsentare non omittemus. Datum in nostra civitate Viennensi, 14. Septembris anno 1627. Nostrorum Regnorum, Romani nono, Hungarici decimo, & Bohemici undecimo.

FERDINANDVS SECVNDVS.

Rackersburgensibus, ne sectarios Prædicantes ita irrepere sinant.

Fideles dilecti, &c Notum vobis est, nos sub dato primo Martii elapso 1610. per publica edicta, omnes sectarios prædicantes ex nostro interioris Austriæ Principatu, & provinciis ita expulisse, ut si ultra istam expulsionem rursus in nostris Principatibus, & provinciis deprehenderentur, non solum ad carceres ducti, verum etiam in corpore, & amissione bonorum absque ullo habito respectu acerrime punirentur, quod vobis similiter, & singulariter de dato 28. Ianuarii 1613. anno, quando prædicantes ex Hungaria, visitando hebdomodarias nundinas sub prætextu aliquid emendi, subdole se immiserunt, scriptum, atque mandatum fuit.

Quando-

Quandoquidem vero à fide dignis nobis relatum est, tales iterum isto tempore toti provinciæ perniciosas sectarias personas, de circumjacentibus Hungaricis locis, utpote Olmitz St. Martino, & de Battianis cumulatim ad vos Rackerspurgenses se conferre, & suo non solum placito inibi vendere, emere, sed etiam apud Hungaros hinc inde disputare, sanctæque Catholicæ Religioni illudere.

Cui rei indulgere ob exoriunda hinc non minima pericula, & connivere minime volumus, præsertim cum vobis quammaxime, tam ratione transmissi mandati, quam vestro ex debito, ad hoc attendere decuisset: Ideo vobis stricte mandamus, ut ad exequendum præfatum jam transmissum, & nunc repetitum mandatum in tales irrepentes sectarios prædicantes, omni summo studio, & cura intendatis, illosque forsan repertos absque ullo habito respectu, quamvis cuicunque Hungarico Provinciali inservirent, quamprimum apprehendi, incarcerari, & nobis sine ulla mora, ad ulteriorem clementissimam determinationem significare velitis; ad quem effectum nos per nostrum Hungariæ Palatinum apud circumjacentes Hungariæ Provinciales ordinari fecimus, ut sectariis prædicantibus eorum sectæ exercitia, tam apud vos, quam apud alia interioris Austriæ loca serio interdicantur: & si aliquis illorum imposterum deprehendetur, ut se verissime castigetur. Datum in Regia nostra arce Pragensi, decimo octavo Ianuarii, à Christi nostri Redemptoris nativitate anno millesimo sexcentesimo vigesimo octavo, nostrorum Regnorum, Romani octavo, Hungarici nono, & Bohemici decimo anno.

Cōsiliariis à secretis Grecii, ob expellēdos è Carinthia certos Lutheranos.

FERDINANDVS SECVNDVS.

Reverende Princeps, illustres, dilecti, devoti, & fideles, &c. Ex litteris duodecimo hujus ad nos

datis,

datis, Clangefurtensis Parochi redditus, ac annuas decimas, sicut etiam sectariorum in nostro Ducatu Carinthiæ, particulariter vero in præfata Clangefurtensi civitate, nimium invalescentem reluctantiam, atque inobedientiam, probe accepimus, perspectamque habuimus.

Ideo mandamus stricte, & vestræ prudentissimæ opinioni, & nostræ institutæ reformationi conformiter, ut tam denominatum sectarium ludimagistrum, & Hospitalis Præfectum Clangefurti, quam etiam provinciæ Officiales, & advocatos una cum omnibus illis civibus ibidem, qui Catholicæ Religioni non sunt adscripti (nisi inter sex hebdomadas, & tres dies ad Catholicam Religionem se converterint) provinciam relinquere, & decimo pro censu nummo soluto discedere faciatis. In quo exequemini nostram Cæsaream voluntatem, & intentionem. Datum Viennæ, 24. Aprilis, 1622, nostrorum regnorum Romani tertio, Vugarici quarto, Bohemici quinto anno.

Mandatũ de obseruantia dierũ festorũ, & aliorũ, & de aliis ad reformationem religionis spectantibus.

NOs Ferdinandus Secundus, &c. Omnibus & singulis nost is fidelibus provincialibus, vassallis, subditis, & aliis provinciæ inhabitatoribus nostri Archiducatus Austriæ infra Onasum Augustanæ Confessioni addictis, nostrum hoc generale mandatum lecturis, vel legi audituris, nostram Cæsaream gratiam, & omnia bona. vobis denunciandum duximus, nobis à fide dignissimis relatum esse, quod aliqui post nostram decimoquarto Septembris proxime elapsi 1627. anni, ordinatam sectariorum prædicantium, & ludimagistrorum ex nostro Austriæ Archiducatu infra Onasum expulsionem, partim præfatæ Augustanæ Confessioni adscripti provinciales, atque ipsorum Officiales, & famuli, sectarios prohibitos libros lectitare attentent, suos subditos, ad eos audiendum convocent, & nos

& non minus ipsi provinciales, atque ipsorum subditi ad alios confines sectarios locos se conferentes Baptismo infantum, copulatione desponsatarum personarum, aliisque exercitiis, sectario more uti non erubescant: immo ipsi provinciales suos subditos, ad hujusmodi impietates cogant, ex quibus miserrimi subditi à sancta Catholica, & Apostolica religione non solum notabiliter removentur, verum etiam in rebus fidei ad ipsorum animarum certissimam perditionem pessime seducuntur, quin ultra tam ecclesiasticis quam secularibus rebus (uti proh dolor manifesta plus nimio, tantarum nuper in nostris hæreditariis regnis, & provinciis gementibus, & lamentantibus piis, & innocentibus, exortarum rebellionum devastationum, ipsi aspectui miserabilium, ad summum nostrarum ditionum damnum experientia docuit) damna, & calamitates omnes toti patriæ perniciosissimæ hac de causa introductæ sunt. Ideo cum ex clementissima paterna cura, qua omnibus nostris subditis affecti sumus, & ex accepto à Deo Magistratus munere, & Ducali officio, similes damnosas, & periculosas actiones, & exercitia extirpare, & è contra ea omnia, quæ tam ad animæ salutem, quam ad constantiorem altioremque patriæ unionem, pacem, & prosperitatem promovere, & urgere possunt, inducere debeamus; omnibus præfatis provincialibus, vassallis, subditis, & inhabitatoribus, memorati nostri Austriæ Archiducatus infra Onasum utriusque sexus, senibus, juvenibus, sive Comitibus, Equitibus, vel minoris status, in quibuscunque officiis, dignitatibus, conditionibus existant, nemine prorsus excepto, mandamus, & strictè jubemus, ut in futurum à legendis sectariis libris, & concionibus, in arcibus, domibus, molendinis, villis, cunctisque aliis locis omnino abstineant, Baptismis infantum,

fantum, ſponſionibus,copulationibus, aliorumq; more ſectario exercitiorum cæremoniis , non ſolum intra,verum etiam extra Provinciam ſectariis in locis,vel ſectariorum Prædicantium,aliarumque hujuſmodi perſonarum Parochia non amplius utantur,ſed omnia Eccleſiaſtica exercitia Catholicis in locis, & Eccleſiis faciant, provinciales ſuos ſubditos ad Catholicas Eccleſias ad audiendas conciones mittant , & quilibet Baptiſmata infantum, ſponſiones,copulationes deſponſatarum perſonarum in ſua convenienti Parochia quærat , & accipiat,vel ad minus cum licentia Parochorum, vel aliorum ſuperiorum conſenſu, & antegreſſa ſalutatione , aliis in Catholicis locis per Sacerdotes ritu Romano legitime ordinatos debito Catholico more id faciat. Pariter Dominicos, & feſtos dies, ut decet,omnes celebrent,&venerentur,in diebus à Catholica Romana Eccleſia prohibitis carnes non comedant, nec coquant, ſimiliter Dominicis, & feſtis diebus venditionibus ante divinum officium in hebdomadariis , ſive annuis nundinis prorſus abſtineant , ſuoſque ſubditos Domini, & Provinciales illis præfatis diebus , ad venationes, piſcationes,aliaſque hujuſmodi actiones,&recreationes cogere,vel aſtringere omittant , ſub noſtræ gratiæ amiſſione,& aliis pœnis,quas pro unicujuſque qualitate, & conditione, aut delicti culpa nobis reſervamus.) & quia ad vulgus pertinaciam ſectarii libri non minima exiſtunt cauſa, cum contra noſtram Catholicam,& Apoſtolicam Religionem, illique addictos,multa mala, & falſiſſima in illis iſis proferantur ; ideo omnes ſectarias conciones, poſtillas,alioſque à ſancta Catholica,& Apoſtolica Eccleſia proſcriptos libros,& tractatus,in dicto noſtro Auſtriæ Archiducatu , ſub ſeveriſſimis pœnis omnino volumus eſſe interdictos ; omneſque ſe-

rio admonemus, ne ullus impósterum similibus libris utatur, immo quilibet statim tradat ad petitionem illius, quem loci Ordinarius ad hoc elegerit, & constituerit. Quare omnes cavere, suumque damnum evitare studebunt. Datum in nostra Regia arce Pragensi, 10. Aprilis, 1628, nostrorum regnorum, Romani nono, Hungarici decimo, & Bohemici undecimo anno.

Mandatū de dimittēdis quoq; provincialibus. NOs Ferdinandus Secundus, &c. Omnibus, & singulis provincialibus Equitum, & Dominorum status, in nostris interioris Austriæ hæreditariis provinciis, Stiriæ, Cranæ, nostrum hoc generale mandatum percepturis, nostram Cæsaream gratiam, & omnia bona. Notum, & manifestum est vobis omnibus fere, & singulis, quali debito Christiano zelo, & pro ducali officio, etiam à Deo accepto Magistratus munere, post acceptum nostrarum interioris Austriæ hæreditariarum provinciarum regimen, in nihil aliud curam nostram potius intenderimus, quam ut increbescentibus, & invalescentibus nimium perniciosis Fidei discordiis, & seditionibus mederemur, & omnes nobis à Divina Omnipotentia subjectos, & commissos subditos ab errore averteremus, & ad veram viam salutis reduceremus, prout in hunc finem in nostris hinc inde civitatibus expulsionem sectariorum prædicantium, & ludimagistrorum, per quos vulgus notabiliter seductum, & in errorem immersum fuit, & paulo post tam inter nobiles personas, quam inter cives salutiferum reformationis opus instituí, & paulatim salutifera generalia, ac specialia diversa mandata, ne aliquis ad sectarias vel quasi, confessiones, Communiones, baptizandi causa infantes, copulandarum desponsatarum personarum gratia, rus se conferret, & denique nostris provincialibus, vel aliarum personarum pupillis Catholici tu-

ci tutores constituerentur, nec juventus ad locos sectarios, vel ejusmodi universitates hac, & illac transmitteretur, publicarimo recenter renovari, augerique fecimus omnia, cum summa erga nostros provinciales Equitum, & Dominorum status solita mansuetudine, & tali quidem. ut præfatam Reformationem inter ipsos instituendam clementissime intermiserimus, hac sola certissima, ac clementissima spe freti, illos, & ex supra narratis, & ex aliis nostram ex corde bene existimatam intentionem altius apprehensuros, suam tam temporalem, quam perpetuam fœlicitatem omni studio, maximoque cum fervore sedulos perpensuros, suorumque majorum, ac præcessorum antiquissimorum vestigia secuturos, ut in nostris interioris Austriæ hæreditariis provinciis, unio Fidei animorumque concordia, iterum introduceretur, & omni in parte melior confidentia, ac sinceritas plantari, conservarique posset. Iam vero, quanquam hæc nostra ad majorem Dei gloriam, nostrorumq; provincialium commodum, & ad felicitatem, tam temporalem, quam perpetuam clementissima intentio, & plane paterna providentia ita successerit, ut ad nostrum singulare solamen magna pars nostrarum civitatum, & oppidorum, civium, & incolarum ad avitam, veram. & solam salvificam Romanam, Catholicam, & Apostolicam Religionem se converterit: tamen cum aliquorum adhuc numerus remaneat, apud quos huic nostræ clementissimæ, illisque optime existimatæ sollicitudini nulla prorsus appareat obsequentia, nec se ad conversionem, minus ad veram Fidei cognitionem, post tantam tamen, ac tam longam habitam tolerantiam, ac conniventiam, disponant; & cum tam pro Ducali à Deo accepto officio, quam pro nostro debito, ac nostra conscientia (tam pro ipsis, quam pro aliis à

Deo nobis concessis, & commissis subditis) rationem reddere, nos teneri agnoscamus, ut omnes ex nostris hæreditariis provinciis sectarias fides abdicemus, & expellamus, nostramque è contra antiquissimam solum salvificam Catholicam Religionem promoveamus; præsertim etiam, cum ex clementissima, & plane paterna charitate, qua semper, & peculiariter istis provinciis, in quibus, volente Divino numine, nati, majorem quoque vitæ partem transegimus, affecti exstitimus; non libenter videremus, ut illa nobilissima stemmata, quæ pro patria, majoribusque nostris, tantis præclaris cum maximo sui corporis discrimine, multiplicibusque memoriæ inculcandis factis, plus nimis stupenda, ac eximia se probarunt, quin imo singulariter in istis præteritis aliorum nostrorum regnorum, ac provinciarum exortis rebellionibus, excitatis inobedientiis, rebusque extreme hinc inde fluctuantibus, (quantum nobis constat) ubique se fideli ac sincera constantia exhibuerint, in isto periculosissimo, sub nostro moderno Imperio, & post etiam, statu, ad suæ certissimam animæ perditionem perseverare permitterentur: verum illis præter temporalem in hoc mundo laudem, etiam in illo æternam mercedem ante omnia clementissime non invideremus. Quare ad hoc melius assequendum, tam ex his, quam ex diversis magnis causis, jure cogimur nostros sectarios provinciales Equitum, & Dominorum status, masculini, & fœminini generis, qui adhuc sectariæ Religioni sunt adscripti, potestate nostri generalis in specie in illos directi mandati, ante aliquod jam tempus institutæ, ac publicatæ Reformationi simili modo submittere, prout omnes in communi, tali Reformationi Religionis totaliter subjectos, clementissime volumus, siquidem nos toti patriæ, & singulariter hi

his nobilissimis stemmatibus, ratione dictorum præclarissimorum gestorum, nullum majus, utilius memoriæ signum, testimoniumque antedictæ paternæ erga illos affectionis, ac gratitudinis tradere, ac relinquere possumus, quam ut eis securam suæ æternæ salutis demonstremus viam. Quapropter nos, nihil libentius, nihil charius cerneremus, optaremusque, quam ut se suis majoribus in istis nostris interioris Austriæ hæreditariis Principatibus, ac provinciis longo admodum tempore, antequam isti errores sunt auditi, in unione Catholicæ Religionis, inprimis optime versatis, ac constitutis, æquales gererent, & ad suam tam temporalem, & perpetuam felicitatem, quam etiam in provincia ulteriorem permansionem, se intra unius anni spatium (quod illis ab hoc dato ad sufficientem satis longum, & peremptorium terminum ponimus, ac declaramus) ferventi corde, magna animi cupiditate, suæ quærendæ saluti se accommodarent, ac in sancta solum salutari Catholica Fide nobiscum, & cum sancta Apostolica Romana Ecclesia conformes præsentarent, seque hac ipsa de causa nostro Consiliario, intimo Camerario, ac Plenipotentiario dictorum nostrorum interioris Austriæ Principatuum, ac provinciarum Gubernatori, Duci in Cromavv, & Principi in Eggenberg DD. & in ejusdem absentia nostris Grecii delectis intimis Consiliariis sisterent, ipsamque conversionem declararent: ne si aliquis ad determinatum, & præscriptum terminum contra nostram clementissimam spem, se nobis, sanctæque Catholicæ, & Apostolicæ Religioni conformare renueret; alia, & severiora media attentare cogeremur: Ideo declaramus hujusmodi homines contumaces elapso unius anni spatio in nostris interioris Austriæ hæreditariis principatibus, ac provinciis habitare, bona

ſua poſſidere, nos paſſuros non eſſe, nec conceſſuros; eorumque bona ibidem exiſtentia pro poſſibili, ac convenienti pretio coacturos vendere, quæ ſi tanto, ac conſtituto in tempore vendere non poterunt, talium alienationem, poſt elapſos inſuper ſex menſes ſuis in provincia manentibus amicis, vel aliis Catholicis provinciæ inhabitatoribus (arbitrio ſuo) derelinquerent, iſta conditione, quod ſi bona etiam in conceſſis iſtis ſex menſibus, poſt diſceſſum per ſuos in provincia permanentes conſanguineos, vel alios ibidem conſiſtentes Catholicos non erunt vendita, talium venditio per noſtros Viceregentes ex officio ordinari debeat, inter quæ tamen fideicommiſſa nullo modo erunt vendenda, ſed volumus, ac ordinamus clementiſſime, ut ea in ſuo eſſe permaneant, illiſque ex provincia migrantibus uſusfructus concedatur.

Etſi vero ab emigraturis plenariam haberemus poteſtatem decimum ſuorum bonorum nummum exigendi, tamen in clementiſſimam traximus conſiderationem, omnes in ſæpius dictis interioris Auſtriæ hæreditariis noſtris provinciis, erga nos, noſtramque Auſtriacam Domum fideles, ac fervidos ſe monſtraſſe, nec quicquam contra nos (quod conſtat) vel præfatam Domum Auſtriacam unquam attentaſſe. Ideo ob tantam nobis probatam ſatis fidelitatem, & ex ſingulari gratia, clementiſſime inſuper nos declaramus, noſtros prædictos ſectarios provinciales, non ſolum abſque perſolvendo decimo nummo poſſe emigrare, ſed etiam ac conſequenda ſua in provinciis debita, ſicut etiam adminiſtrationem fidei commiſſorum bonorum ac proſecutionem ſuorum in judiciis hinc inde proceſſum ſupra inſinuatis amicis, vel quibuslibet aliis Catholicæ Religionis perſonis ordinanda, ac regenda omnia, tradere poſſe, ac licere, qua propte

propter nos clementissime ordinabimus, ac providebimus, ut expeditionem difficilium processuum, ad talia illorum debita consequenda, aliasque citius illorum lites exequendas active, & passive quamprimum venire valeant.

Verum enim vero cum tam pupillorum, quam etiam ecclesiarum, monasteriorumque cura, ipsorumque constitutio pro nostro posse consideranda nobis incumbat, & cum certo sciamus, aliquos, non nostro religionis provinciales, pupillorum tutelis esse provisos, & nonnullos Ecclesiasticis præfecturis, unde facile conjiciendum, illos fundationis, vel alias Ecclesiæ litteras, sicuti quoque aliquid de redditibus ecclesiasticis in ipsorum potestate habere.

Ideo mandamus, ut non solum aliquis suæ fidei commissos pupillos (ubi in specie innocentiores, quorum pater mortuus, licet victitet mater, intelligimus) secum extra provincias conducere, attentet, verum etiam illi ipsi sectarii provinciales similibus prospecti, tutelas quamprimum resignent, & ante eorum ex provincia discessum rationem reddant, residuumque plenarie persolvant, non minus sub sua existentes potestate ecclesiarum litteras reddant, si alia severiora media effugere, suaque bona non sequestrari ament. Sicut etiam potestate hujus nostri publicati mandati ulterius, & in particulari ordinatum ac mandatum volumus, ut omnes illi utriusque sexus, sive Barones, Equites vel alii nobiles aut ignobiles, cujuscunque tandem dignitatis, ex istis nostris interioris Austriæ Principatibus, ac provinciis, post elapsum illis constitutum terminum, ob insperatam ipsorum pertinaciam, & sic ordinatam Reformationem, si se ad Catholicam Religionem non converterint, nullam mansionem habeant, minus sua agere, aut do-

micilia figere possint: immo illis omnes hic, & illic in nostris hæreditariis regnis, Principatibus, Provinciis, præfectiones, absque nostro, nostrorumque Viceregentum habito speciali consensu, totaliter interdicantur.

Quare omnes, ac singulos religionis causa ex nostris provinciis discessuros, serio & clementissime admonitos volumus, ut tam in vendendis bonis quam in omnibus aliis nostris positis legibus: omnibus sub pallio collusionibus, vel aliis falsis sub prætextu verisimilibus actionibus, quocunque tandem modo fieri possent, ita abstineant, ne certa nos in contrarium severa punitione usuros sentiant, mandamus ideo præfato nostro plenipotentiario Gubernatori Duci in Cromavv, ac Principi in Eggenberg DD. & in ejus absentia nostris Grecii relictis Consiliariis intimis, ut T. D. D. & vos non solum in nostrum hoc generale mandatum, nostro nomine diligentissimam intendatis curam, verum etiam ad omnem possibilem hujus observantiam, ac executionem cunctos adstringatis, nec contra opinionem, ac clementissimam confidentiam nostram secus agatis, aut conniveatis, vel statuatis, sed contra illos, vel illas, sicuti etiam contra illorum bona, ipso facto stricte procedatis, & exequamini. Et ita quid faciendum ad nostram tam paternam admonitionem omnes mature consideretis, idque eo minus vos intermissuros speramus, quo minus illis ad ipsorum deliberationem, ac rei profundam perpensionem non brevem concesserimus terminum, ac simul ad omnem necessariam ipsorum instructionem, & informationem, optima commoditas apud omnes hinc, & inde ruri ecclesiasticæ personæ, & Catholici Parochi, & monasteria non sint defutura, in quo exequetur nostra clementissima voluntas, & finalis determinatio. Datum

tum in nostra civitate Viennæ, 1. Augusti, anno 1628. nostrorum regnorum, Romani nono, Hungarici undecimo, Bohemici duodecimo.

FERDINANDVS SECVNDVS.

REverende Princeps, Illustris, nobiles, perdocti, dilecti, & fideles. Cum Suæ Sanctitatis in nostra hac curia existens Nuntius, ad propositam in Austriæ interioris Principatibus Cisterciensium Monasteriorum Visitationem, brachii secularis auxilium petierit, atque nos hac in parte in nostra ante octavo Maji expedita, vobisque transmissa determinatione maneamus; vobis clementissime insinuare voluimus, ut vos ad electi Visitatoris intimationem, ulteriorem necessitatem ordinare, & bene conformare velitis, in quo exequemini nostram clementissimam voluntatem, & intentionem, vobisque juxta cum Cæsarea gratia affecti persistimus. Datæ in nostra civitate Viennensi, tertio Augusti, à Christi nativitate 1628, nostrorum regnorum Romani nono, Hungarici undecimo, Bohemici duodecimo anno.

Cõsiliariis à secretis Grecis ad prabendũ Suæ Sanctitatis Nuncio brachium seculare pro visitatione Monasteriu Cisterciensium.

FERDINANDVS SECVNDVS.

ILlustrissime, dilecte, fidelis, &c. A nostro devoto dilecto Methodio Terlecki Ordinis Sancti Blasii oretenus fusius percipies, qualiter de Ecclesiasticis superioribus in Croatensium, & Sclavoniensium fines dimissus, ibidem magis idonea, efficaciora q; media circumspecturus, quibus schismatenses VVallones de suo errore ad nostram solam salutiferam Catholicam religionem magis blandiori, securiorique modo allici, ac commoveri valeant.

Quod cum inprimis sanctum, Deoque plane gratissimum existat opus, nosque nostra ex parte in

Sclavoniensi Capitaneo de Trautmāsdorff. In simili, Croatensi Capitaneo Vt Methodio Terleki Ordinis S. Blasii

nullo defuturos prorsus simus deliberati; clementissime id tibi significare cogitavimus, ut tu præfato Methodio Terlecki Sacerdoti, Ordinis Sancti Blasii, in exequendo, quod illi commissum est, nostro diplomate, omni prorsus possibili modo, ac via, pro rei necessitate, tuam actualem assistentiam, auxilium, defensionem, & promotionem præstare non dedigneris: & ita quid dictante tuo cognito Christiano zelo faciendum scies. in quo exequeris nostram clementissimam voluntatem, & intentionem. Tibi de reliquo cum omni Cæsarea gratia optime affecti manemus. Datæ in civitate Enzerstorff, 19. Septembris, à Christi nativitate 1628. nostrorum Regnorum, Romani decimo, Hungarici, undecimo, ac Bohemici duodecimo anno.

in sua cõmissione omnem possibilem assistentiã præstent.

INDEX.

Reformationis Mandatorum, atque decretorum, quæ in Austria infra Onasum de annis 1621, 22, 23. 24, 25, 26, 27, usque 28 sunt expedita, & sunt sequentia, &c.

Domino

Domino Doctori Schaffler, ut sectariis civibus Eisenstat jus civile non concedatur, 10. Februarii, anno 1622.

Domino Ioanni Baptistæ, & Domino Petro Berda, ad sectarium prædicantem in Parochia Vunckendorff, Vunckel, & Strast dimittendum, 23. Octob. anno 1622.

Domino Melchiori Præposito in Turstain, & Danieli Zenoni comm. ob restaurationem ambarum Filialium VVeissenkurchen, & VVestendorff, 18. Maji, anno 1623.

Christophoro Perckhaimer, ob renovationem ad officium clavium pertinentium ad subditos, 14. Iulii, 1623.

Ioanni Andreæ de Stadel, ratione dimittendi prædicantem, ac sectaria exercitia intra arcis Capellam in Gravenvvorth 18. Aprilis, anno 1623.

Paulo Iacobo de Starnberg, ut prædicantem in TruebelsVVunckell expellat, violatamq; in Baden jurisdictionem integram restituat, 24. August. 1622.

Domino Ioanni VVilhelmo de Zelcking, ob restitutionem ambarum Filialium VVeissenkurchen, & VVessendorff, 18. Maji, anno 1623.

Paulo Ioanni Bairn, ut sectarium prædicantem in VVeslau, & per Parochum in Baden accusatum non differat dimittere, 24. Augusti, 1623.

Domino Præposito in Turnstain, ac Decano in Krembsteff, ut effectualem restitutionem ambarum Filialium VVeissenkurchen, & VVessendorff D. Prælato ad Sanctum Florianum statim procuret, 5. Decemb. 1622.

Ioanni Ioachimo Aspann Baroni, ut sectaria, in Fordtscoph instituta exercitia intermittat, 25. Iunii, 1623.

Ad belli curiam Viennæ, ob illius opinionem, quali, & quo modo Reformatio in civitate Raab

in Hungaria foret instituenda, 19. Iulii, anno 1623.

Ioanni Ioachimo de Aspann, ob dimittendum sectarium prædicantem ex Fortschoph, ac interdicenda inibi instituta sectaria exercitia, sicut etiam ob reversum, quod in perpetuos annos nulla velit amplius instituere, 21. Iunii, 1623.

Domino Doctori Schaffler, ob Religionis Reformationem oppidi Langenvveiss, 18. Augusti, 1625.

In simili, P. Rectori Societatis Iesu in Krembs, ut duos Patres in Langenvveiss ableget, 18. Augusti, 1625.

Casparo de Neuhauss, ob expellendum sectarium prædicantem ex oppido Langenvveiss. 18. Augusti, 1625.

Principi Carolo de Liechtenstain, ob expellendos ex Veldtsperg, aliisque locis degentes schismaticos, 27. Martii anno 1624.

In simili, Domino Cardinali de Dietrichstain.

Domino supremo Hoffmarschalko, mandatum inhibitionis, ob excursiones ad alias conciones, 8. Decembris, anno 1624.

Domino Berchtoldo, & D. Hildenbrando, ambobus Iuris Doctoribus, mandatum commissionis ob accipiendas de aliquibus civibus ex Baden præter Religionis informationem, inquisitiones, 12. April. 1625.

Archiduci Leopoldo, ob Reformationem Religionis in provincia supra Onasum, item consecrationem prophanarum Ecclesiarum Filialium, aliarumque capellarum, uti etiam altarium, cæterorumque ecclesiasticorum paramentorum promotionem, 9. Decemb. 1626.

VVolffgango Georgio de Botting, ut Reformationem apud subditos Dominii Hackenburgg instituat, 29. Decemb, anno 1626.

Domino

Domino N. Rectori, ac Vniversitati Viennensi, ut supplicationes pro civibus sectariis relinquant, & Reformationem Religionis apud eosdem incipiant, 26. Decemb. 1626.

Domino Christiano Schaffler Doctori, ob convertendum oppidum Langenvveiss, 15. Decemb. 1626.

Patri N. Guardino, ac conventui monasterii Franciscanorum in Langenvveiss. Item ob conversionem certarum mulierum, 25. Februarii, 1626.

Magistratui in Langenvveiss, ob continuationem in Catholica fide, 15. Decemb. 1626.

Casparo de Neuhaus, ut susceptionem discedentium sectariorum civium totaliter intermittat, 15. Febr 1626.

Domino Christiano Schaffler, & D. Martino Nafner Reformationis Commissariis in Prunn, Enserstorff, Nelzendorff, Erckerstorff, Laniz, Gissibel, & in Prielin, ut in Reformatione procedant, nec quidquam se impedire permittant, 11. Maji, 1626.

Credentiales litteræ pro Domino Schaffler, & Haffner, 11. Maji, 1626.

Patri Rectori in Krembs, ut Domino Præposito Hagenburg, ad informandos in sancta religione subditos, duo Patres adjungantur, 26. April. 1626.

Duobus Pollitiensibus supra Onasum statibus Augustanæ confessionis, ob replicatam Reformationis patentam, ut S. M. præcedenti inhæreant deliberationi, ad prosequendum hujus Reformationis opus, 9. Febr. 1626.

P. Rectori Viennæ civitatis, ad petitionem Ordinarii, ut ad reponendas Filiales omnem assistentiam præstet, 19. Octobris, anno 1627.

In simili, Dominicanorum Ordini ibidem.

Supremo Regiminis satelliti, ut sectarium præcepto-

ceptorem in Sinzendorff ipso effectu incarceret, 26. Octobris anno 1627.

Dominæ Kevenhillerin, ut ab hactenus exercitatis inconvenientiis in Prun, & aliis in locis suæ jurisdictionis prorsus abstineat, 30. Octobr. 1627.

Christophoro Arnoldo, Ioanni Eberhardo, ac Tobiæ Lundern, an sectarii Ludimagistri Suæ Majestatis determinationem ad plenariam emigrationem perceperint, percunctatio, 30. Octobr. 1627.

Domino Palatino in Hungaria, ut prædicantes in Forchtenavv commorantes expellat, 1. Octobr. 1627.

Officiali VVainerensi, ut idoneos, ac qualificatos Sacerdotes, ad petitionem sectariorum Provincialium procuret, 4. Octobris, 1627.

Interioris Austriæ Regimini, ut non nostræ Religionis pupillis tutores Catholicos constituat, & de sectariis locis in Catholicos locos transferat, 28. Febr, 1627.

Andreæ Kaindl Postilioni, &c. ut inquirat an in Prælenkurchen sectarii ludimagistri reperiantur, 28. Decembris, anno 627.

Interioris Austriæ Regimini, &c ut Bibliopolæ sectarii, qui de Lunz Presburgum iter constituere cogitant, transire prohibeantur, sed cum omnibus impressis suis operibus in Arresto ponantur, 28. Decemb. 1627.

Domino Palatino Hungariæ, &c. ut in memoria servet, quod sectarii in Hungaria degentes homines, unum Bibliopolam de Lünz ad se venire curarint, qui etiam viam suam illuc tendere cogitet, 28. Decemb. 1627.

In simili, Domino Vrbis Præfecto in Lünz.

Viennensibus intimis, atque deputatis Dominis Consiliariis, &c. ut scribant opinionem suam, quomodo, & qua forma Reformatio in Hunga-

ria

tia Altenburgi sit instituenda, 15. Ianuarii anno 1628.

Viceregentibus, &c. ut suis commissis Canzelistis brevem, ac peremptorium terminum dent illa cum annexione, ut inter talem se ad Catholicam Religionem convertant, aut licentiati, suisque officiis sint privati, 19. Iulii, 1628.

In simili, curiæ belli, &c.

In simili, Magistratui Viennensi, &c.

In simili, inferioris Austriæ Regimini, &c.

Domino Hoffmarschalcko administratori Viennensi, &c. ut in præsenti annotatione nominatas personas ad se citet, & quæ Catholicæ Religionis acceptationem renuerint, sua negotia occludat, libertatesque ipsorum exposcat, 6. Maji, anno 1628.

Viennensibus à secretis, ac deputatis Consiliariis, &c. ut opinionem suam declarent, quomodo, & qua ratione Sua Majestas ob discedentes in Hungariam Lutheranos, talium emigrationem ibidem quoque instituere possit, 20. Maji, an. 1628.

In memoriam reductio Domino urbis Præfecto in Lunz, Suam Majestatem statibus supra Onasum ipsorum terminum usque ad Dominicam Iudica prolongasse, & pro vendendis bonis sex menses concessisse, 15. Febr 1628.

Inferioris Austriæ Regimini, &c. ut consilium det, quomodo magis commode de Catholica re-religione prohibitos libros, & tractatus accipere possimus, pro primo, pro secundo, ut Consul in hac urbe se immisceat. Tertio ut ordinetur apud bibliopolas, ne libellos precatorios jaculatorios prohibitos vendant, 3. Maji, 1628.

Doctori Iacobo VVasserman, & Andreæ Kaindl, ut sectarium ludimagistrum in VValdthaussen una cum sua muliere cum satellitibus comprehendat, 24. Maji, 1628.

Infe-

Inferioris Austriæ Regimini, propter visitationem librorum, 6. Maji, 1628.

Inferioris Austriæ Regimini, propter excursiones ad alias sectarias animarum curas, 20. Maji, 1628.

Gubernatori in territorio Seefeldt, ut quamprimum Ecclesiæ claves Parocho in Hoders reddat, 20. Maji, 1628.

Domino Ioanni Iacobo de Kuffstain, quod Domini à secretis, atque deputati Consiliarii Iacobum VVasserman, & Andream Kaindl in VValdthausen ob ibi existentem prædicantem miserint, utq; Dominus de Kueffstain omnem assistentiam, si indigerent, præstet, 24. Maji, 1628.

Georgio Bickel Satelliti, ut ad dictum VVasserman proficiscatur, atque ibi existentem prædicantem in Arresto accipiat, 24. Maji, 1628.

Domino Georgio Teuffel, D. Ioanni Ernesto de Rueffstain, Christiano Schaffler, & Doctori Pacher, ut consultent an in Hungariam, quia adhuc nulla Reformatio incepta, proficiscentibus habitatio concedenda, an magis prohibenda, 27. Maji, 1628.

Andreæ Kaindl, propter affigenda S. Majest. generalia, 27. Aprilis, 1628.

In simili, Christophoro Arnoldt, Ioanni Egghardt, & Tobiæ Lundinern, &c.

D. Rodorico de Sontclier Baroni & Canonico Passaviensi, ut Parochiæ in Trautmandorff de aliquo docto Sacerdote provideat, 17. Ianuarii, 1627.

Consuli Viennæ civitatis, ut inquirat, quis iste Tranberger in Hungaria modo captus, cujus artis, aut conditionis sit, 26. Ianuarii, 1628.

D. Georgio Teuffel Baroni, D. Henrico de Salburg, D. Ioanni Paulo Spinellern, Doctori Haffnern, & D. Pacher, &c. ut consultent quomodo Reformatio in Hungaria aggredienda sit, 20. Ianuarii, 1628.

Christia-

Christiano Schaffler, & Martino Haffner, propter reformandam Prunn in Priel, 15. Iu it 1623.

R. P. Rectori Societatis Iesu Viennæ, ut duos exemplares Sacerdotes Doctoribus Schaffler, & Haffner ad reformandam Prun in Priel ordinet, 8. Octob. 1625.

In simili, D. Guardiano S. Hieronymi Viennæ, &c. Credentiale pro D. Commissariis missum est 28. Iulii, 1627.

D. Præposito in Herzoburg, ac Iudici apud S. Boldtin, ob reformanda Dominia Zacking, Prottebrun, & Haulmeck, 13. Iulii, 1627.

VVolffgango VVilhelmo Pavvicher, ut sectarium in pago ludimagistrum quamprimum dimittat, nec imposterum exercitia sectaria ulla constituat, 9. Iulii, 1627.

VVolffgango VVilhelmo Pannicher, ut suo in pago existentem prædicantem nobis sistat, interim tamen sua bona conservet, April. 1626.

Maximiliano Burlacher sectarii prædicantis filio, ut libros, ac scripta, sicut etiam scriptas conciones occlusas huc transportet, 20. Maji, 1626.

Domino Georgio Teuffel, & D. Christiano Schaffler, ut VVolffgangum Pavviger, ob suum prædicantem, audiant, narrata notent, illique injungant, ut dictum prædicantem huc portet, seque hic contineat, exercitiaque sectaria interim inhibeat, 4. Maji, 1626

Doctori Berchtoldo, ob pœnam Berchtoldstorffensis supremi auctoris, 28. Maji, 1623.

Petterstorffensibus, ut Iacobo Berchtoldo, & Ioanni Hittendorffer contra inibi rebelles cives benevolam monstrent assistentiam, 23. April 1623.

Viennensibus D.D. à secretis, & Deputatis Consiliariis contra rebelles cives in Petterstorff, quod si se impositæ pœnæ non traderent, ut in destinato processu

processu procedant, ac sententiam ad ulteriorem resolutionem suæ Majestati transmittant, 6. Maji, 1626.

D. Doctor Panzman, ut declaret, qualis constitutio cum rebellibus civibus in Petterstorff sit, 19. Febr. 1623.

Suæ Majestati constitutio rebellium in Petterstorff declaratur.

D. Iacobo Berchtoldo, & Ioanni Hittendorffer, ut resolvant de rebellione Petterstorffensium, & quid conveniat in specie contra Valentinū Scheñckerl tanquam rei auctorem, 23. Iulii, 1623.

Cæsarea determinatio ad factam Commissariorum relationem in causa rebellium civium in Petterstorff, 22. Septembris, anno 1623.

Ad S. Boldten credentialia pro D. Præposito in Herzoburg, & D. Doctore Schaffiern missa 12. Decemb. 1622.

D. Præposito in Herzoburg, & D. Christiano Schaffler, ut deliberatam Reformationem apud S. Boldten promoveant, 12 Decembr. 1622.

Præposito ad S. Boldten, ut propter informandos sectarios ibidem cives in Fidei articulis, duos Patres Societatis Iesu, de hypocausto, ac cistis provideat, 12. Decemb.

Ad Boldtenses, ob excursiones ad alias conciones, uti etiam ad notificandum illos, qui huic inhibitioni non obsequuntur, 16. Febr. 1622.

Iterum ad eosdem, ad exhortandum illos, qui Catholicam assumpsere Religionem, ad majus incrementum, & continuationem. 14. Septemb. 1623.

D. Præposito de Herzoburg, & D. Doctori Schaffler, ut cum dimissione Paschingeri civis in S. Boldten procedant. 21. Maji, 1623.

D. Præposito in Herzoburg, & Doctori Schaffler, ut cum Reformatione in S. Boldten progrediantur, & tres

& tres Senatores instruant, vel in contrarium de Senatus sessionibus suspensis, illorum negotia inhibeantur, 9. Febr. 1623.

Præposito ad S. Boldten, &c. ut Iesuitis, ut decet, omnem sustentationem reddat, illosque ad necessaria petenda alloquatur,

Præposito in Herzogburg, & Christiano Schaffer, propter reformandam civitatem S. Boldten, 2. Martii, 1623.

Præposito in Herzogburg, & Doctori Schaffler, ut Doctorem Hoffer ad S. Boldten admoneant, ne ullum à Catholica Religione detineat, 4. Febr. 1623.

Ad Boldtenses, &c. ut excursiones ad sectarios locos, & animarum curas interdicant, etiam nulli hæretico jura civilia concedant, 14. Maji, 1623.

In simili, ad Berchtoldtstorfenses, & Bruckenses juxta Leutha, &c.

Domino Georgio Teuffel, Domino Henrico de Salburg, D. Heggenmiller, & Domino Doctori Schafflern, &c. ut consultent, ob factam VVainerensis Officialis, contra Harnalserensem sectarium prædicantem, mentionem, 6. Martii, anno 1624.

Viennensibus, ut prædicanti hæretico suum exercitium in civitate inhibeant, 16 Martii, 1624.

Domino Casparo de Stadion, Capitaneo urbis militum, &c. ut ordinet apud suæ fidei commissos ut sub urbis portis advenientes sectarios prædicantes discedere faciant, 16. Maji, 1624.

Domino Præposito in Ardenkehr, & Parocho in Ibbs, propter reformationem civitatis Ibbs, 29. Maji, 1624.

Ad Magistratum ibidem, ob prohibendas ex-

ercitia-

cursiones ad alias civitates sectarias, etiam reddendos Parochiales redditus, 22. Febr. 1622.

VVolffgango Ernesto Facci, ut apud illos in H. excursiones severe inhibeat, 11. Iunii, 1622.

INDEX

Expeditorum Reformationis Mandatorum, & Decretorum in Archiducatu Austriæ supra Onasum, de annis 1624. 25 26, 27, usque 28, & sunt sequentia.

Electori in Bavaria, & urbis Præfecto Lunzii expulsio sectariorum prædicantium, & ludimagistrorum totaliter committitur, 20. Augusti, 1624.

Vrbis Præfecto in Lunz mandatur, ut intra octo dies sectarios prædicantes, & ludimagistros ex provincia supra Onasum expellat, 30. Iulii, 1624.

Cæsareum decretum, & generale mandatum propter expellendos sectarios prædicantes, & ludimagistros ex Archiducatu Austriæ supra Onasum, 4. Octob 1624.

Vrbis Præfecto Lunzii declaratur, Suam Majestatem, Dominum Prælatum in Gottvvain, & Ioannem Baptistam Spundleren, ipsi Præfecto ad Reformationem ordinasse, 27. Febr. 1624.

Vrbis Præfecto in Lunz declaratur Suam Majestatem ob insistendum Reformationi cito se deliberaturam, 30. Ianuar. anno 1625.

Domino Abbati in Krembsmunster, Domino Georgio Teuffel, Domino Henrico de Salmburg, Domino Ioanni Ruperto Heggenmiller, Domino Doctori Schaffler, & D. Doctori Haffner mandatur, ut consultent, quomodo Reformatio supra Onasum expulsis prædicantibus sit instituenda, & continuanda, 7. Ianuarii, 1625.

Refor-

Reformationis diploma,ad datam Commissariis instructionem,20. Augusti,1625.

Litteræ urbis Præfecto in Lunz, propter renovandum Magistratum ibidem ex Catholicis approbatis hominibus,&expellendos sectarios,25.Febr. 1625.

Vrbis Præfecto Lunzii, & suo Consilio committitur quibus inter Officiales,&servos prolongationem termini concedere velit.

Domino Prælato in Gotting, &c. ut quamprimum se in Austriam super Onasum ad exequendam Reformationem conferat,1.Septemb.1625.

Archiduci Leopoldo,&c.ut denominet eos, qui sparserunt,Suam Majestatem statibus supra Onasum liberum exercitium concessuram, vel ipse puniat,25.Martii,1625.

Vrbis Præfecto in Lunz, &c. ut in reponendis Ecclesiasticis Parochiis, & beneficiis de Passaviensi fundatione nihil præjudiciale immisceri permittat,sed omnes vacantes Parochias juxta proponendum aptum subjectum, Suæ Majestati declaret,14. Martii,1626.

Eidem urbis præfecto,&c.nunciatur,non nostræ Religionis status pro prolongatione termini se insinuasse,eamque Suam Majestatem totaliter denegasse Suamque Majestatem de reliquo instructione manere,6 Martii,1626.

Vrbis Præfecto in Lunz,&c. denunciatur, Suam Majestatem antiquioribus supra Onasum Provincialibus,& provinciæ statibus, absque instituendo ulla tamen exercitia,dilationem termini concessisse sicuti etiam civibus,si se sub Catholicas provincias sint collocaturi,de cætero provinciales ob reddendum censum ad Suam Majestatem mittat,& ad vendenda illorum bona duos annos constituisse declaret,hac tamen semper conditione,ut ante dis-

fessum

ſum & adventum, apud ſuos ſuperiores ſe inſi-nuent,30 Martii,1626.

Vrbis Præfecto in Lunz,&c.ut declaret,quomodo Reformatio ſuccedat,20.Decemb 1626.

Diploma, quod ſub urbis Præfecto in Lunz eſt promulgatum, cui duodecim diverſa puncta ſunt inſerta,23.Martii.anno 1626.

Vrbis Præfecto in Lunz,&c.ut ſuæ Majeſtati intimet, quid, & quomodo propter petitam Reformationis termini prolongationem de Antonio Eckhardten ſit determinandum,6.April 1626.

Adminiſtratori Paſſavienſi, &c. ut ordinet, ne Altaria,& Eccleſiaſtica paramenta diutius non benedicta,reconciliata maneant, ſed Decanis, & Parochis ſolitæ licentiæ dentur,6.Aprilis.1626.

Vrbis Præfecto in Lunz, ut cum militum, apud (ut dicitur) novum ferrum, Capitaneis pro commoditate Reformationis Religionis diſponat, 18. April.1626.

Godefrido de Salmburg, &c. ut expellat prædicantes in VValſen, apud S. Petrum, & ad Pagum, 28.Iulii,1627.

D. Georgio Acatio Comiti in Loſſenſtain, ut apud ſuum ſectarium prædicantem ordinet, ne ullus ad ipſius conciones admittatur, 26. Novemb. 1624.

Vrbis Præfecto in Lunz,ut omnes perſonas,conciones ſectariorum prædicantium tam acriter defendentes, Viennam intra quatuor hebdomadas ad ſupremam Auſtriæ Cancellariam tranſmittat.

Vrbis Præfecto in Lunz, ut cum Reformatione Religionis ſummo cum fervore procedat, & ſi ſectarii inhabitatores ſe non converterent, intra quatuor hebdomadas de provincia diſcedere faciat,4.Febr.1627.

Georgio Gundi Acker ſcribæ, &c. ut ableget, & prorſus

prorsus dimittat apud se in Hiderwalser existentem sectarium prædicantem,28.Iulii,1627.

Vrbis Præfecto in Lunz, ut dimissionem sectariorum prædicantium,scribarum,Præfectuum,Officialium suo nomine,solummodo tamen in Lunz, instituat,8.Martii.1627.

Commissariis supra Onasum, &c. ut de Ioanne Christophoro Deutlein pro debito censu sufficientem accipiant cautionem,2 Augusti,1627.

Vrbis Præfecto in Lunz,&c. ut Paulo Geyrman Suæ Majestatis determinationem insinuet, 15. Septembris,1627.

Diploma ratione dimittendorum omnium sectariorum præfectuum, scribarum, civium, servorum,qui se,durante rebellione, in provincia Onasi continuerunt,26.Martii,anno 1627.

Delegatis Confessionis Augustanæ declaratur, Suam Majestatē in incepta, & deliberata semel Reformatione persistere,5. Augusti.1627.

Instructio pro Domino Abbate in Krembsmunster,& D.Georgio Teuffel, quid apud Comissarios Augustanæ Confessionis illis sit peragendum, 29. Martii,1627.

Vrbis Præfecto in Lunz,&c.ut ordinet,in litteris patentibus sectariorum poni, illos ob Religionem discedere, Provinciales vero absque ullo dando censu liberrimi permittantur,30.Martii,1628.

Vrbis Præfecto in Lunz, &c. ut in Reformationis diplomata diligentissime attendat, illaque observanda serio præcipiat, & si fortasse accideret,ut quis aliquid ignominiosum contra loqueretur, similes bilingues acriter puniat, atque provinciales qui dilationem termini exposcunt, suæ Majestati insinuet,27.Iulii,1627.

Intimationis decretum D. urbis Præfecto Lun-

Bi,

zii. concessi non nostræ Religionis statibus usque ad primum diem Martii, termini, 17. Ianuar. 1628.

Statui Prælatorum supra Onasum declaratur, ut in suis conventibus idoneos Sacerdotes eligant, ut in finibus, & locis ubi necesse erit succurrere, atque auxiliari possint, 1. Febr. 1628.

Vrbis Præfecto in Lunz, &c. ut Catharinam Reichlern sine censu discedere permittat, 15. April. 1628.

Decretum concernens dilationem termini Provincialium supra Onasum, usque ad Dominicam Iudica, 12. Februarii, anno 1628.

Delegatis supra Onasum denunciatur, Suam Majestatem Augustanis in communi, terminum usque ad Dominicam Iudica prolongasse, 12. Febr. 1628.

Decretum pro Commissariis Augustanæ Confessionis, Suam Majestatem in ante concesso termino, sicut etiam huc illucque proficiscendo, demum de vendendis bonis totaliter persistere, 18. Martii, 1628.

EX

EX CANCELLARIA

Cameræ Aulicæ.

	Fl. Ct n.
MAlii, Boſtii, antea Houchhauſer nominatos ex conceſſione Cæſarea tenent.	10474.43.2.
R. R. Patres Dominicani ad Sanctam Mariam Magdalenam.	
Commorzanzkii antea Sturmb ſpectantia tenet.	
D. Abbas in Koningſaal, qui ſolvit ſupra ea.	2333.tal.
Milcko antea ad Germanos de Hodiegovva ſpectantia tenet.	20.ct
D. Abbas de Strohoff, vel monte Sion.	
Zicloro antea ad Carol. Iorger ſpectantia tenet.	
Dominus Abbas de Strohoff, ſupra quæ ſolvit	10000.
Zittenirn antea à VVilhelmo de Rupavv poſſeſſa tenet.	
Dominus Præpoſitus de VViſcherhadt.	
Rareroko antea ad Ioannem Griesbeckin ſpectantia tenet.	
Dominus Abbas de Plas.	
Karlovvitten antea ad Ioannem Griesbeckin ſpectantia tenet.	
Dominus Abbas de Plas.	
Chotez & Ibriſani antea ad Georgium Magel ſpectantia jam tenet.	
Pragenſe Capitulum ad omnes Sanctos in Pragenſi arce propria.	
Rochovvez Trezeniovves, mediam partem Auſch. & Liebeſchiz antea ad Fratres de Auſch pertinentia.	

Dominis Reverendis Patribus Societatis Iesu Pragæ à Sua Cæsarea Romana Majestate ad 400000. taleri donatæ fũdationis relicti per N.

Civitas Theim, quæ antea una Regia civitas fuit.

Ezervvne(quæ ante hac Ioanni de Neu Reichenavv) Krezvvian.

Rosenthal, antea ad Florianum Griesbeckin spectantia tenet.

Ista bona omnia Dominus Archiepiscopus Pragensis.

Hollostrzevvii, & Beneshavv, ante hac ad Ioannem Bartholomæum Schmudunger spectantia tenet.

Abbas de Kladravv, propter aliquos pagos ad Dominium Episcopi Teiniz, taxata. 11206. tal. 20. c.

Quæ, & quantæ pecuniæ Ecclesiasticis, & Religiosis Pragæ ad meliorem sui sustentationem elargiri concessæ sint.

Monasterio Sancti Iacobi, singulis septimanis concessi sunt 20. flor. facit per annum 1040.

Item singulis hebdomadibus unum dolium albæ cerevisiæ, unus saccus tritici per annum, facit 900.

Porro pro alendis duodecim Franciscanis juvenibus, per annum facit 1400.

Monasterio S. Annæ singulis annis gratis 116.40.

Monasterio Sancti Thomæ pro sustentando certo numero Religiosorum, singulis annis 1750.

S. Mariæ ad Nives, ex gratia singulis annis 944.40.

Reverendis D. Capucinis singulis annis 305.20.

S. Mariæ Magdal. nova additio singulis annis 3500.

R. R. Dominis Iesuitis per singulos menses

509

	Fl. Cr. n.
700 taleri pro ædificiorum necessitatē, per annum facit	7000.
Porro propter educandam, & instruendam juventutem singulis mensibus 200 taleri, per annum facit	2800.
Item illis ipsis Patribus, qui antea ex Dominio Chemez fuerunt soluti, jam vero per singulos annos concessi sunt	2333.20.
Porro Personis servientibus apud Pragensem arcem, utpote Sacristano, Vicario, sex Musicis, Præceptoribus, 2. Cappellanis, duobus Capellæ servis, Organistæ, ipsique addicti, item pulsatori, Discantistis, & duobus ceras portantibus, ex gratia concessi, singulis annis 858 flor. qui antea nunquam fuerunt expensi, id est,	858.
D Prælato, & Capitulo Pragensis Arcis Ecclesiæ per an. antea ab urbe soluti, nempe,	350.
Pauperibus in Hospitalibus supra Rothschin ultra annum deputatum singulis annis sunt concessi.	1274.
RR. Dominis Patribus Societatis Iesu Pragæ relicti à Domino Stephano Fabio Imperiali Quæstore 3000 flor. cum censu.	4035.
Reverendis patribus Capucinis Viennæ, ab aliis in testamento deputati	1400.
Beatissimæ Virgini in Eull. ratione antiquorum redituum	1201.
Dominis Iesuitis Pragæ, loco salarii	2121.

Pro sustentatione Ecclesiasticorum, & solutione fundationum.

In Ecclesiasticos, & fundationes apud Pragensem arcis Ecclesiam Cathedralem dati sunt	8301.49.1. 899.6.4.

Item

	Fl. Cr. n.
D. Franciſcanis apud S. Iacobum in antiqua urbe Pragæ	2617.23.3.
Item	1609.19.
Virginum Monaſterio apud S. Annam Pragæ, in antiqua ibidem civitate	165.6.4.
Dominis Franciſcanis ad S. Mariam ad Nives Pragæ in urbe antiqua	8819 17.4.
Item	1707.30.
Dominis Capucinis	1521 56.1
Item	1040.19.2.
Religioſis ad quatuordecim Auxiliatores in Kaadan.	1231.54.1.
Religioſis ad S. Agnetem in antiqua urbe Pragæ	180.50.
Item	35.
Parocho, Cantori, & Scholaribus in Cometavv	651.7.
Item	968.22.2.
Reverendis Dominicanis apud S. Mariam Magdalenam Pragæ in parva civitate	1899.20.
Item	3996 20.
Reverendis Patribus Ieſuitis ibidem	19366.40.
Reverendis Patribus Ieſuitis in Cometavv	11191.34.3.
Hoſpitali in Ratſchin	365.32.
Item	2198.
Dominis Auguſtinianis in parva urbe Pragæ	291.40.
Item	11.40.
Eleemoſinario	1246.40.
Item	600.
Item ſervientibus perſonis apud Cathedralem Pragenſem Eccleſiam	2347.40.

Variæ Expenſæ.

D. Præpoſito in VViſchetad, ratione acceptarum ad fortificandam urbem vindemiarum	1166.40.45.

ad 2.

	Fl. Cr. n.
Ad ædificium Ecclesiæ S Mariæ ad Nives	1934.20.1.
Religiosis S.Francisci strictioris observantię, ad Ecclesiæ ædificium in Pilsen.	116.40.
Cappellano ad Divam Virginem in Altenpurzel	116.40.
Ordinatis Vicariis, Sacristanis, Organis, atq; hujusmodi officialibus apud Pragensem Cathedralem Arcis Ecclesiam, quædam donatio ob eorum parvum solarium	593.20.
RR. PP. Iesuitis Pragensibus	583.20.
Pro Hospitalibus, & pauperibus, diversis vicibus	233.20.
Pro vestiendis aliquibus novitiis apud S. Iacobum in antiqua urbe Pragæ	116.40.
Patribus Cappucinis, pro ędificio Monasterii	175.
D. Patri Provinciali ad S. Mariam ad Nives, propter necessario adhibendam medicinam	100.
Monasterio S. Iacobi, donationis ergo	150.
Monasterio S. Agnetis	60.
Monasterio S. Thomæ	100.
DD. Capucinis in Prux, pro ædificanda Ecclesia, solutioneque unius parvæ domus	490.
Monasterio S. Annæ Pragæ	128.50.
Dominicani in Pilsen.	200.
RR. PP. Franciscanis apud S. Mariam ad Nives Pragæ, pro quadam donatione	200.
Ad ædificium Monasterii Capucinorum Viennæ	12000.
Abbati in Emaus novæ civitatis Pragæ	4233.20.
Decano & Capitulo arcis Pragensis Ecclesiæ	350.
Conventui apud S. Agnetem Pragæ, pro rogata per hebdomadam sustentatione	350.
Religiosis apud S Iacobũ pro emendis lignis	300.
Fr. Ioanni Baptistæ Savotanti Hospitalium Commissario in Bohemia, pro quadã additione	475.

	Fl. Cr. d.
RR. PP. Iesuitis profecturis in Thabor civitatem, pro viatico	140.
Magistro Andreæ Clementis Canonico S. Michaelis ad eandem Thabor civitatem proficiscenti, loco viatici	270.
Domino Patri Capucino Hiacintho nomine, pro aliquo faciendo itinere	240.
Reverendo Patri Alesio, pro infirmitate sua	385.20.
Ioanni Christophoro, pro ædificiis Ecclesiarum in Alten Punzel	3000.
RR. PP. Iesuitis, pro prætensionibus Stemmatis Fabrorum Pragæ	3000.
RR. PP. Capucinis Viennæ, traditi, & assignati sunt de Francisco Manzage	1389.40.
Abbati de Koningsaal, loco præstiti, & hactenus anni census 5000. flor.	97222.17 1.
D. Io Hernest Plateisen Canonico in Olmiz, ratione perpessæ persecutionis, ex gratia	12000.
Pro sustentanda Cleresia, & fundationis Cathedralis Ecclesiæ arcis Pragæ additione, aliis jam 1800. flor. habentibus, puta	9200.55 5.
Item	700.
Ordinatis Vicariis, Sacristanis, Organistis, similibusque Officialibus apud Pragensem Cathedralem arcis Ecclesiam, additio ob nimis leve salarium	1166.40.
Item	350.
RR. PP. Societatis Iesu Pragæ, ratione deputatorum annuorum 2000. fl. de Dominio Clumez, ante hac in illos collatorum, utpote	19366.40.
Pro solvendis illis testamento relictis à stirpe Fabrorum debitis	4055.
Varia illis assignata salaria	2121
Pro diversis interesse ratione summæ capitalis	27112.20.

Pro

	Fl. Cr. n.
Pro restantium capitalium interesse, ad pios usus	1423.54.4.]
Interesse illorum 15. m. imperialium taler. à defuncta Imperatrice Anna venerandæ memoriæ, pro alendis aliquibus alumnis, fundatorum	1575.
Item apud suam Majestatem habiti capitalis, illiusque interesse	14418.50.
Ratione Dominæ Salomenæ Gerstorffin	1916.40.
Munera	583.20.
Itinerum versus Thabor expensiones	140.
Pro faciendo Ecclesiæ vexillo	642.10.5.
Pro impressis quibusdam tractatibus	100.
RR.PP. Societatis Iesu in Cometavv, pro annuo deputato 1936. flor. 45. Crucig. 3. num. interesse	
Ob persoluta capitalia, & interesse	11191.34.5.
Interesse 20. m. Talerorum capitalis summæ	1551.40.
Reverendis DD. Franciscanis apud Iacobum in antiqua urbe Pragæ, pro solvendo illorum deputato annuorum 60. flor & 40. Crucig. & gratiis in septimana præstandis 20. floreni, una cum uno sacco tritici, & uno dolio cerevisiæ, uti etiam pro sustentandis 12. juvenibus Franciscanis, singulis mensibus solvenda summa 116. flor. 40 Crucig.	16300.
Capitalia & interesse ad pios usus	6226.52.3.
Religiosis D. Franciscanis apud S. Mariam ad Nives, novæ civitatis in Praga, pro sustentatione illorum hebdomadali, 18 flor.	523.30.1.
	5293.24.
Reverendo Patri Provinciali, ibidem pro recuperanda sanitate	252.20.
Capitalia, & interesse ad pios usus	1836.27.5.
De Andrea Hucber, cive, & mercatore in Ratschin illis Legatis, & ratione civitatis Glattavv solutis	5366.40.

	Fl. Cr. n.
Ad templi structuram	1934.
RR PP. Cappucinis Pragæ, pro hebdomadali illorum sustentatione, summa 11 florenorum, & 40. Crucig.	2562.15.5.
Ædificiorum succursui	1400.
Dominis Cappucinis Viennæ, ob ipsorum Monasterium	1400.
Item	12000.
RR. D. Cappucinis in Prux, pro solutione unius domunculæ ad ipsorum Ecclesiam	1934.20.1.
Dominis Dominicanis Pragę ad S. Agnetem, & Mariam Magdalenam, pro annuo 35. flor. deputato	215.10.
Pro censu Tabulę provincialis singulis annis, 16 R. 20 Crucig:	40.50.
Eleemosynæ	60.
Gratis loco petitæ hebdomadalis sustentationis	350.
Item	58.20.
Ratione illius, ad Cæsarea ipsi Bohemiæ Cameræ transmissa mandata, concessæ fundationis, sub dato Ianuarii 1623, pro summa annuorum 3000 Imperialium tal. singula enim hebdomada dati sunt 7. floreni pro deputato	5895.40.
Pro repertis Restibus	750.
Dominis Dominicanis in Pilsen, pro tenendis quibusdam Imperii personis, ex gratia	200.
RR. PP. Augustinianis apud S. Thomam Pragæ, pro sustentandis certis nonnullis juvenibus Religiosis, annui deputati 1500 flor.	303.20.
Interesse 200 taleorum ad tenendos certos pueros comitantes Venerabilissimum Sacramentum	70.
Item pro censu	34.
Census tabulæ Provincialis annuorum 34 flor. 36. Crucig. 4. num.	52.20.

Mo-

	Fl. Cr. n.
Monasterio Virginum Sanctæ Annæ antiquæ urbis in Praga, 23 floreni, 20 Crucigeri, tanquam annui deputati	328.26.4.
Provincialis Tabulæ census annuorum 11 florenorum, 40 Crucigerorum	17.30.
Item	17.30.
Religiosis 14. ad necessitatis succursum annui 246 flor. 27. Cruc & 3 num. insuper pro deputato oleo, vino, & tritico	1231.54.
Monasterio Carlshoff nuncupato, in nova civitate Pragæ interesse 1400. talerorum summæ capitalis	441.
Monasterio S. Michaelis in Leitmariz, pro annuo censu 50. flor.	150.
Fundationum S. Petri, & Pauli in Ideras novæ civitatis Pragensis, pro censu tabulæ provincialis, annuorum 23. flor. 20 Crucig.	70.
Religiosis S Francisci strictioris observantiæ in Pulsen ad ipsorum templi ædificium	116.40.
D. Patri Dominico de Mantua, Ordinis S. Dominici Viennæ	100.
Abbati in Emaus novæ civitatis in Praga	4233.20.
Pro reparanda devastata Beatissimæ Virginis Capella in Eiil	116.40.
D. Parocho, Cantori, scholaribus, Organistis, cerę, pro deputato annuorum 434. flor. 4 Cruc. 4. nummorum,	1619.29.2.
Pro D. Cardinale de Dietrichstein, ratione solvendæ ipsi donatæ domus Hencklensis	123333.20.
Domino Ernesto Plateisen de Plattenstain Canonico in Olmuz, ob expensas pensiones	1000.
Item ob illos de Lundtenburg ablatos	2000.
Propter constantem devotionem aliqua recompensatio, & satisfactio	12000.
Ad templum Beatissimæ Virginis in Altenpunzel	300.

	Fl. Cr. n.
Item	116.40.
Ad Templum Sanctorum Petri, & Pauli, in VVischradt, novæ civitatis in Praga, interesse 2000. talerorum Imper summæ capitalis	210.
Pro accepto ad fortificandam civitatē, Horto	1166.40.
Pro ædificio Ecclesiæ arcis Pragensis	12263.
Pro solvendis Archiepiscopi Pragensis, felicis memoriæ, derelictis famulis	107.20.
Triginta pauperibus personis in Hospitali supra Ratschin Pragæ, unicuique singulis hebdomatibus 1. cum dimidio Cruc. & pro aliis inibi factis Eleemosynis	2920 50.
Abbati in Koningsaal, loco præstiti hactenus annui census 5000 taler.	197222.17.1.
Domino Eleemosynario ad hebdomadalem distribuendam in pauperes Eleemosynam, 10fl.	1846.
Domino Decano, totique capitulo Ecclesiæ arcis Pragensis	700.
Item	583.
Choralistis ibidem	28.
Monasterio S. Iacobi, pro emendis lignis	300.
D. Abbati in Emaus Adamo Benedicto Barvvroski in coempta villa loco eleemosynę 4000 taleri donantur, id est,	4666.40.

Sequuntur ea quæ Religiosis, & Ecclesiasticis ad Cæsareas diversas Resolutiones fuerunt elargita.

Iubente Cæsarea resolutione de dato 5. Iulii, 1621. PP. Societatis Iesu ad reparandam Divæ Virginis Congregationis Capellam Viennæ, ex apprehensis rebellium bonis, 2000. flor bonæ monetæ sunt concessi, id est,	2000.

Volente Romana Cæsarea Majestate sub dato 5. Iulii, anno 1621, ex diversis Austriæ

tes-

Fl. Cr. n.

territoriis, ad templi Badensis structuram, 4000. flor. bonæ monetæ sunt expensi, id est, 4000.

Cæsarea resolutione mandante 26 Iulii, anno 1621, Ioanni Vgroczii, Præposito, & Canonico in Erlavv, pro summe necessaria sui sustentatione, ex suæ Majestatis Camera in Hedeliz fuerunt soluti 400.

Iubente Cæsarea resolutione, 31 Iulii, 1621, ad Monasterium Cappucinorum Viennæ, Hortus à Domino Ioanne Iacobo de Kuefferstain pro 2000 florenis fuit coemptus, & ex rebellium apprehensis bonis solutus, id est, 2000.

Ad resolutionem, & mandatum Cæsareum de dato 26 Novembris, anno 1621, Fratribus Misericordiæ Viennæ, ad ædificium ipsorum Hospitalis, hortus ex altera parte pontis Danubii, pro mille florenis fuit coemptus, & ex rebellium confiscatis bonis solutus, id est, 1000.

Mandante Cæsarea resolutione de dato 26 Novembr. anno 1621, Virginum Monasterio S. Claræ Viennæ pro complenda pecuniarum summa ad emendam domum, ex quæstoratu Viennensi elargiti sunt 300.

Ad mandatum Cæsareum 20. Decemb. 1621, Fratribus Misericordiæ ad partem Danubii pontis Viennæ, ob ipsorum beneficia in ægrotos, ad perficiendum ipsorum inceptum hospitale, partim ex territorio Harmestorff, partim ex futuris confiscationibus 2000 fl. sunt soluti, id est, 2000.

Poscente Cæsareæ Aulicæ Cameræ decreto, & jubente, sub dato 28 Decemb. 1621. Patribus Societatis Iesu Parochiam in Horn, una cum omnibus Ecclesiæ ornatibus, aliisque appertinentibus tradi ordinatum fuit, ad minimum taxatam 1000.

Resolutione Cæsareæ Aulicæ Cameræ jubente, de dato 15 Ianuarii, 1622, Virginum monasterio Presburgi, loco eleemosynæ ex Cæsareo Quæstoratu ibidem, 30 minora dolia vino repleta fuere elargita, taxata per 90.

Sua Sacra Cæsarea Majestas, jubente ipsius resolutione 21 April. 1622, clementissime concessit, ut Parocho in Droskirchen Ioanni Reinhardtin, ad reparandum à rebellibus ablatum Ecclesiæ ornatum, ex ipsorum rebellium apprehensis bonis 400 floreni accipiantur, id est, 400.

Annuente Sacra Cæsarea Majestate, D Abbati in Molck, sub dato 29. April. 1622, bona Starnbergensia Pilach pro 30282 flor concessa fuere 30282.

Item jubente Sua Majestate, illi ipsi Prælato Dominium Albreohtsberg possidere tamdiu concessum fuit, quamdiu non fuerit, ob 8450. florenos plus ultro solutos, contentatus 8450.

Poscente, & jubente Cæsarea resolutione 14 Iunii, 1622. Episcopo de Neutra D. Ioanni Thelegdino possessio defuncti Francisci Seres nobilis in Vngaria fuit tradita, taxata 5000.

Virtute Cæsareæ resolutionis, datæ 21 Iunii, 1622, D. Christiano Lorenzo decano apud S. Stephanum Viennæ pro ædificanda quadam Sacristia ad Divam Virginem in Bronn, ex venturis punitionibus à 6, usque in 800, floreni concessi fuerunt, id est, 800.

Aliisque jubentibus Cæsareis resolutionibus, 23 Iulii, 1622, pro continuandis ab Archiduce Maximiliano felicissimæ memoriæ fundatis Neostadii divinis servitiis, singulis annis ex Quæstoratu Neostadiensi, usquedum commodiora remedia repræsentaverint, sunt deputati

Volente 700.

Fl. Cr. R.

Volente sua Majestate, sub dato 7. Augusti, 1622, Capitulo in Erlavv, ad facienda Ecclesiæ ornamenta, ex Hungariæ Camera expensi sunt 300.

Ad Cæsareæ Aulicæ Cameræ mandatum Monialibus Presburgi, 25 Augusti, 1622, pro ipsarum monasterii necessitate, singulis diebus unum pondus salis concessum fuit 60.

Iubente Cæsarea resolutione 9. Sept. 1622, P. Matthiæ Beruth, Guardiano apud Stanislaum in Grossenglogavv, ad reparandum suum igne consumptum monasterium, ex futuris confiscationibus 500. tal. una cum 60. arboribus hic non taxatis, sunt concessi 500.

Item à sua Majestate illis ipsis monialibus 20 Septemb. 1622, centum currus lignorum, detrahendo ipsarum deputato, concessi, & taxati pro 200.

Porro sua Majestas virtute Cæsareæ resolutionis de dato 13. Octobris, 1622, Patribus Cappucinis in Marchionatu Moraviæ, ad recuperanda ipsorum Monasteria, & faciendos Ecclesiæ ornatus, ex rebellium apprehensis bonis 5000. flor. bonæ monetæ, concessi sunt, id est, 5000.

Iubente Cæsarea resolutione 14 Octob. 1622, D. Abbati in Strohoff Pragæ monasterium Milisko, quod ante aliquos annos Præmonstratenses possederant, traditum fuit, & ad minimum taxatum ad 2000.

RR. PP. S. Augustini Viennæ, virtute Cæsareæ resolutionis 24. Octobr. 1622, pro necessariis vestibus, & sustentatione, ex variis Suæ Majestatis territoriis 400. fl. bonæ monetæ fuere soluti, id est, 400.

Resolutione Cæsar. mandante 15. Decem. 1622

	Fl	Cr.
Patribus Societatis Iesu Pragæ, defuncti Capitanei in Melvile Iacobi de Levenez bona concessa fuere, taxata ad	4000.	
Virtute Cæsareæ resolutionis Sua Majestas Patribus Societatis Iesu in Lunz, 11. Febr. 1623. præter illos, ad emendas pro scholis domus cessos 900. flor. etiam alios 600. fl. donavit, faciunt simul	1500.	
Iubente Cęsarea resolutione 17. Martii, 1623, Dominis Franciscanis ad S. Hieronymum Viennæ ratione Molartensis legationis ex Imperiali bellico quæstoratu soluti sunt	5000.	
RR. PP. S. Francisci Ordin. Minorum de Observantia Viennæ, S. Majestas 1. Decembr. 1628, ad perficiendum ipsorum monasterium, ex Austriæ territoriis 15000. flor. solvi permisit	15000	
Virtute Cæsarei decreti 3. Maji, 1623. Patribus Soc. Iesu Pragæ media pars bonorum Pechinensium nomine Bernhardiz concessa fuit, taxata	8000.	
Volente Cæsarea resolutione 8. Maji, 1623, Conventualibus apud S. Iacobum Pragæ ad alios concessos 1200. flor. adhuc alii 800. flor. & 2000. flor. fuerunt concessi, & soluti, id est,	2000.	
Item ad Cæsaream resolutionem, & mandatum 13. Maji, 1623, VVenzelkinzki injunctum fuit, PP. Societatis Iesu Pragę, illos à S. Majestate supra dominium Elumez ante hac deputatos 2000. tal. diligenter persolvere, id est,	2000. tal.	
Iubente Cęsarea resolutione, 30. Maji, 1623, DD. Iesuitis in Brünn in Moravia, bona Rezkovviz tradita fuere, taxata	8000.	

Volente Cęsareo mandato 23. Iunii, 1623, Patribus Iesuitis Viennę, territorium, & arcem Eggenburg, de moderno possessore accipere, & illis

Fl. Cr. kr.

Illis ad perpetuos annos tradere concessum fuit, taxata 10000.

DD Franciscanis, & Monialibus Presburgi 10000. flor. de Archiepiscopo Colocensi deputati pro quoque ordine 500. jubente Cęsareo velle 10 Iulii, 1623, elargiti fuere, ideſt, 1000.

In simili, Franciscanis in Raab 1000. flor. à pręfato Archiepiscopo una cum uno dolio vini deputati, & ad mandatum Cęsareum 10. Iulii, 1623, soluti 1000.

Et dolium vini taxatum 60.

Sua Cęsarea Majestas 11. Iulii, 1623, virtute Cęsareę resolutionis Fratribus Misericordię ad alteram Danubii partem Viennę, ad perficiendum ipsorum inceptum ędificium, & meliorem sustentationem inibi cumulatim jacentium ęgrotorum ex confiscationibus 5000 flor. clementissime concedendos ordinavit 5000.

Volente Cęsarea resolutione 21. Iulii, 1623, monasterio S Thomę in Brunn loco eleemosynę 1000. flor. ex confiscationibus *Moravię* soluti 1000.

Iubente Cęsarea resolutione de dato 31. Iulii, 1623, Patribus Societatis Iesu Presburgi, ad illorum sustentationem singulis annis 300. flor. ad arbitrium, & Placitum tamen persolvendi, concessi sunt 300.

In simili Patribus Societ Iesu 31. Iulii, 1623, à Sua Majestate ad ipsius resolutionem, ex defuncti Archiepiscopi Colocensis bonis 300. fl. concessi fuerunt 300.

Non minus diversis ex resolutionibus de dato ejusdem Patribus Societatis Iesu in Tyrnavv, ex pręfatis Episcopi derelictis bonis 300.

Iubente Cęsarea resolutione 7. August. 1623, Fratri-

Fl. Cr. d.

Fratribus Minoris Observantiæ in Brunn, de tritico, in ipsorum monasterio pro militibus reservato, 2. facciclementissime concessi, taxati 26.

Patribus Societatis Iesu in Agram, virtute Cæsareæ resolutionis 14. Septemb. 1623, ad consequendum ipsorum inibi collegium singulis annis & donec magis idonea media se præsentarint, ex Quæstoratu Nedeliz 2000. flor. optimæ monetæ clementissime concessi, id est, 2000.

Mandante Cæsareæ resolutione 15. Septemb. 1623, Sua Cæsarea Majestate Priori, & Conventui S. Augustini Viennæ ad meliorem sui sustentationem & summa necessitate urgente, 1000. flor. bonæ monetæ ex bellico Quæstoratu clementissime concessos voluit, id est, 1000.

Iubente Cæsarea resolutione 19. Sept. 1623. Religiosis S. Dominici Pragæ ad S. Mariam Magdalenam, ad perficiendum monasterium, 750. fl. quos ad Quæstoratum Aulicum suis manibus se debere subscripserant, ex Quæstoratu Bohemico soluti fuere, id est, 750.

D. Guardiano apud S. Dorotheam in Bresslavv, ex jussu Cæsareæ resolutionis 5. Octob. 1623, annui 100 taleri, quos quinque annis non acceperat, soluti sunt, id est, 500. tal.

Decimoquarto Octobr. 1623, Viennæ Sua S. Cæsarea Majestas Patribus Societatis Iesu Pragæ pro mutuis datis 50. m. flor. Cæsaream obligationem expediri ordinavit 50000.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ resolutionis 2. Novembr. 1623, D. Abbatissæ ad S. Georgium in Pragensi arce territorium Barzanovviz pro 9219. tal. 55. crucig. & 5. num. tradi ordinatum est 9219. 55 5.

Iubente Cæsarea resolutione 10. Novembr. 1623,

Fl. Cr. n.

1623. Sua Majeſtas Patribus Societatis Ieſu Viennæ, pro finiendo Collegio, & univerſitate, Templo, & Scholis, ad placitum ſingulis annis 12. mil. flor. mediam partem ex Quæſtoratu HungaricoAltenburgico, mediam ex Viennenſi ſalis officio, per hebdomadam proportionaliter ſolvi ordinavit per annum 2000.

Item ordinante Cæſarea reſolutione 27. Novembris ad S. Crucem Viennæ certus numerus tritici, utpote media pars territorii Schvvarzenavv, per Præfectum ibidem, conceſſa fuit, taxata per 200.

Ex mandato Cæſareo 2. Ianuarii, 1624 Adamo Benedicto Barborofski Abbati monaſterii Emaus Pragæ, bona Miſcovviz per 9005. tal. 45. cruc. clementiſſime fuere conceſſa, id eſt, 9005. tal. 45. cr.

Monialibus ad S. Stephanum, & Ioſephum in Brunn, virtute Cæſareæ reſolutionis de dato 8. Februarii 1624. 4000. flor. ex gratia ſoluti ſunt 4000.

Conventualibus Ordinis S. Dominici Pragæ ad S. Mariam Magdalenam à Sua Cæſarea Majeſtate 24. Febr. 1624. annui 3000. taleri pro meliori ſui ſuſtentatione clementiſſime ad perpetuum conceſſi, id eſt, 3000. tal

Iuſſu Cæſareæ reſolutionis 15. Martii, 1624, minoribus Conventualibus ad S. Iacobum Pragæ, ad ſui meliorem ſuſtentationem, ſingulis annis 2000. taleri ex Majeſtatis propriis Bohemiæ territoriis ſolvi ordinati ſunt, id eſt, 2000. tal.

Volente Sacræ Majeſtatis reſolutione de dato 30. Martii. 1624. D. Prælato in Crembſmunſter Iorgerentia bona Schornſtainamenda clementiſſime conceſſa fuere, taxata per - - -

Dominis Cappucinis Viennæ, juſſu Cæſareæ reſolu-

Fl. Cr. n.

resolutionis de dato 17. April.1624. pro prosequendo incepto ipsorum ædificio, 4000. flor. ex Bohemicis confiscationibus ordinati sunt 4000.

Virtute Cæsareæ resolutionis 19. Iunii,1624. S. Cæsarea Majestas Dominis Franciscanis Presburgi, singulis annis pro eleemosyna, ultra 100, adhuc alios 100. fl. clementissime concessit, id est, 200.

Episcopo, & capitulo in Agram S.C.M.13. Iulii, 1624. ad restaurandum combustum templum, 1000. fl. clementissime ordinavit, id est. 1000.

Rursus jussu Cæs. resolutionis 18. Iulii, 1624. D. Abbati Monasterii Emaus Pragę 4000. taleri, quos ob coemptam quandam villam debebat, eleemosynę loco clementissime donati fuere, id est, 4000. tal.

Iubente Cæsarea resolutione 13. Septembr. 1614. Monasterio Monialium Presburgi, pro magna sui monasterii necessitate, sal ex gratia donati concessum fuit, taxatus 60.

Virtute Cęsareę resolutionis 1. Octob. 1624. Decano, & Capitulo S. Stephani Viennæ, pro meliori sui sustentatione, 2000. flor. ex Comitatibus, & Dominiis Forchtenstain, & Eisenstatt clementissime concessi 2000.

Volente resolutione 8 Febr. 1625. S Cæsarea Majestas Dominis Franciscanis, & Iesuitis in Neuss, convenientem sustentationem ex Episcopatu ibidem clementissime ordinavit.

Porro Sua Majestas potestate Cæsareæ resolutionis de dato 10. Febr. 1625, PP. S. Francisci Cappucinorum Neostadii, pro finiendo ipsorum ibi monasterio 2000 flor. ex triburis, & censibus Viennensibus clementissime solvi ordinavit 2000.

Iuben-

Fl. Cr. n.

Iubente Cęſarea reſolutione 12. Martii, 1625, Romanę Cęſar. Imperatricis à Camera famulę Leonorę, ad monaſterium Monialium cœli portę Viennę ſuſceptę. pro Eccleſiaſtica dote 500 flor. ex Cęſareo quęſtoratu ſunt ſoluti 500.

Ad Cęſar reſolutionem 13. Martii, 1625. D. Antonio Abbati in Crembſmunſter & ſuo monaſterio annuis ſexaginta curribus ſalis, adhuc aliis 60 fuere adjuncti, taxati per - - - -

Porro ad Cęſar. reſolutionem 15. Martii, 1625, Dominis Franciſcanis in Raab 1000. flor. ex ibidem quęſtoratu, qui ab aliis loco reſtuum donati fuere, ſolvi ordinatum fuit 1000.

Poteſtate litterarum Cęſarearum, 26. April. 1625. ordinatum fuit, ut Regię fundationi Viennę à defuncta Imperatrice Anna deputati annui 500. flor. ad magis certiorem ſolutionem ſupra quoddam confiſcatum bonum ponantur, hoc eſt, 500.

Mandante Cęſarea reſolutione 30. April. 1621. D. Abbati de Crembſmunſter donatam à Sua Majeſtate Helmhardti Iorgerenſis domum ipſo facto conſignari conceſſum fuit.

Dominis Cappucinis Viennę, jubente Cęſarea reſolutione 3. Maji 1624, ad totalem ſui monaſterii perfectionem, 4000 flor. ab Imperatrice Anna deputati ex Camera Bohemica ſoluti fuere, id eſt, 4000.

Iuſſu Cęſareę reſolutionis 14. Maji, 1625 Religioſis Prioratus S. Ioannis Hieroſolymitani ad B. Virginem ex parva parte Pragę, duę, utpote de Chriſtophoro Rodern, & Caſparo Luncken confiſcatę domus, pro extruendo alumnatu, ex gratia conceſſę, & taxatę per - - -

Virtute

Fl. Cr. n.

Virtute Cæsareæ resolutionis 2. Iunii, 1625, Sua Cæsar. Majestas D. Præposito Elvvacensi, summam debitæ ad circulum Sueviæ per 20. menses pecuniæ condonari ordinavit.

Iussu Cæsarei decreti, 13. Iunii, 1625. RR. PP. S. Augustini Viennæ, certis de causis, & rationibus, 1000. fl. ex inferioris, Austriæ dietæ consensu solvi ordinatum fuit 1000.

Volente Cæsarea resolutione 27. Iunii, 1625. Decano, & Capitulo Viennensi ad S. Stephanum de Helhardt Iorgerentum in Hemaldts jacentibus vinis 200. amphoræ fuere concessæ unaquaque amphora taxata per 5. flor. facit 1000.

Iubente Cæsarea resolutione de dato 28. Iunii, 1625. Monialibus ad S. Nicolaum Viennæ fundatæ annuę 40. avectiones salis ex officio salis concessæ fuerunt, una avectione taxata per 2. & dimidium flor. facit 100.

Non minus ad Cæsareum mandatum 1. Iulii, 1625. Fratribus Misericordiæ Viennæ ex altera Danubii parte de vinis Helmhardini Iorgerensis 100. minora dolia fuerunt concessa, & fuit unumquodque dolium per 5. fl. taxatum, facit 500.

Virtute Cæsareæ resolutionis, 17. Augusti, 1625. Religiosis S. Dominici ad S. Iacobum in in Leutmariz, juxta triticum, vinum, lignum, adhuc 2000. tal. assignati fuere 5000. tal.

Patribus Carmelitensibus Pragæ, volente resolutione Cæsarea 24. Augusti, 1625. ad inceptum ipsorum ædificium, 2000. floreni soluti, & eleemosynæ aliis Religiosis coęquales datę fuere, id est, 2000.

Patribus Societatis Iesu Lunzii bona, & arx Ottenshaimb in provincia supra Onasum, quę apprehen-

Fl. Cr. n.

apprehensa de superioribus duobus politicis statibus, tradita fuit, taxata per - - - -

Volente Cæsarea resolutione 4. Octobr. 1625. monasterio Gottwaii ad fundatum, & antea deputatum vinum, adhuc 40. currus, tantumque talis donatum fuit unoquoque curru taxato per 2 & dimidium flor facit 100.

Iubente Cæsarea resolutione 8. Octob. 1625. S. Majestas Domino abbati in Strohoff in Praga ad ædificandum templum Sancti Rocchi ibidem, flor 2916.40. Crucig. solvi ordinavit 2916.40.

Cæsarea resolutione ordinante, de dato 17. Octobr. 1625, Patribus Iesuitis, ad ædificandum Collegium in Principatu Silesiæ, Schonaichensis punitio clementissime concessa fuit, quæ si suam executionem non haberet, Calvinianas scholas, de Schonaichensibus fundatas, illis consignare coacti sunt.

Volente Cæsarea resolutione 18. Oct. 1625. PP. Franciscanis in Eldenburg, ad inceptum monasterium 400. floreni ex Quæstoratu ibidem concessi fuere 400.

Mandante Cæsar. resolutione 5. Novembr. 1625. D. Archiepiscopo Pragensi, à suo prædecessore ibidem relicta debita, & contributiones clementissime donata fuerunt.

Virtute resolutionis Cæsareæ de dato 12. Nov. 1625. ordinatum fuit, PP. Carmelitanis Viennæ ad promovendum ipsorum monasterium, ligna necessaria, materialia ex suæ Majestatis officio structuræ dati

Virtute ejusdem resolutionis 22. Novembr. 1625, pro amplificandis, & conservandis SS. Petri & Pauli scholis in Grosglogavv, de venditis bonis Thepla, 1000. tal. illuc adhiberi concessum fuit, id est, Volen- 1000. tal.

Fl. Cr. n.

Volente Cesarea resolutione 5. Decemb. 1625. monasterio Steirgarsten, ex Tanbergensi sylva ad antehac concessas adhuc 42. arbores clementissime concessæ fuere.

Cesarea resolutione jubente 28. Ianuarii, anno 1626. ordinatum fuit, ut patribus Societatis Iesu Viennæ summa 1000. florenorum à Breuneris relicta ex trigentario Hungarico Altenburgi solverentur 1000

Ex jussu Cæsareæ resolutionis de dato 31. Ianuarii, 1626. Fratribus Misericordiæ ex altera Danubii parte pro tenendo ægrotis medico, singulis annis 150. flor. ordinari fuerunt ex Vicedominio Viennensi, id est, 150.

Virtute Cæsareæ resolutionis, 8. Febr. 1626, Hieronymo Keck Decano in Glaz bona Eisferndorff donata fuerunt, taxata per 1000.

Resolutione Cæsarea volente, Dominis Franciscanis Presburgi, 5. Martii, 626 consuetum triticum, & vinum ex bonis S. Georgii & Posling in numero hactenus singulis annis ordinatum fuit

Ex jussu Cæsareæ resolutionis 17. Martii, 1626. VVenceslao Kulishock Decano in Radisch, aliquæ illi propriæ, & ad 2142. flor. taxatæ domus hac conditione clementissime collatæ, & concessæ, ut similes ad Ecclesiasticam fundationem applicare vellet 2142.

Volente Cæsarea resolutione de dato 24. Martii, 1626, Patribus Societatis Iesu in Glaz, commenda ibidem tradita, & concessa.

Virtute dictæ Cæsareæ resolutionis, illis ipsis Patribus, ad complendum ipsorum ædificium, supra aliam acceptam satis magnam pecuniarum summam, 12000 taleri ex variis confiscationibus concessi fuerunt, id est, 14400.

Iu

Fl. Cr. n.

Iubente Cæsarea resolutione, de dato 25. Martii, 1626. D. Cardinali de Harrach Archiepiscopo Pragensi, Bibliothecam in Honiggras concedi ordinatum fuit.

Ex jussu decreti 26 Martii, 1626. Patribus Societatis Iesu Viennæ, ad propositum, & inceptum Templi ædificium, ex Suæ Majestatis sylva prope Hurteldorff, usque in 50. robora concessa fuerunt.

Ex mandato Cæsareo 7. Aprilis, 1626 Patribus Societatis Carmelitanæ Discalceatorum Pragæ tam illos ad ipsorum ædificio deputatos 5000 flor. loco eleemosynæ, & pro sustentatione, 2000. flor. assignatos, quam alios de Comite de Alchaimb consignatos 2000 florenos, ex Cæsareæ Majestatis tributo Pragæ, solvi ordinatum fuit, facit 9000.

Patribus Societatis Iesu Viennæ Sua Sacra Cæsarea Majestas 20 April. 1626. ad incepta ædificia novi Collegii ex tributo Bohemiæ 6000 flor. clementissime solvi ordinavit, id est, 6000.

Porro Sua Cæsarea Majestas, virtute Cęsareę resolutionis 30. April. 1626. Religiosis Franciscanis Viennę apud S. Hieronimum. pro incepto ipsorum ędificio 5000. flor. deputatis Moraltensibus ex bellica Curia solvi ordinavit. 5000.

Virtute decreti de anno 1626. 11. Maji, illis ipsis Franciscanis apud S. Hieronymum; loco deputatorum per mensem 40. majorum panum, singulis annis unum saccum tritici dari concessum est taxatum 15.

Iubente Cęsarea resolutione, de dato 26. Maji, 1626, Patribus Societatis Iesu, pro finiendo incepto novi Collegii ędificio, ex quęstoratu Silesię 6000. flor. soluti fuere, id est, 6000

Sua

Fl, Cr. n.

Sua Sacra Cæsarea Majestas 27. Maji,1626. Dominis duobus Abbatibus in Henrichlavv, & Camenz,restantes reditus 18000. flor. à sua Celsitudine Archiduce Carolo venerandæ memoriæ sibi legatorum, condonari clementissime ordinavit,id est, 18000.

In simili,SuaMajestas de dato 28.Maji,1626, Dominis Abbatibus, utpote Pruckensi prope Znamib. 5000. & Obravviz,640.flor.restantes reditus clementissime condonavit,id est, 5640.

Virtute decreti 30. Iunii, 1626,Patribus Carmelitanis Viennæ ad alteram Danubii partem ex suæMajestatis propriis sylvis singulis annis, 30.currus concedi ordinatum fuit.

Volente Cæsarea resolutione de dato 1. Iulii, 1626, Monialibus in Regia Viennensi fundatione,deputati à defuncta Imperatrice Anna 500. flor. ex rebellium confiscatis bonis soluti fuerunt 500.

Iubente Cæsarea resolutione 4. Iulii, 1626, Cappucinis in Olmuz, necessitas pro duobus equis in ædificando, & restaurando ipsorum monasterio concessa fuit.

Patribus Societatis Iesu in Grosglogavv, à sua Majestate assignati sunt ill. 70. m. taleri ex Schonaichensi punitione accepti,id est, 70000.tal.

Volente Cæsarea resolutione,data 7. Augusti,1626. Choralistis capituli Pragensis singulis hebdomadibus 16. flor 30. concessi sunt, id est, 16.30.

Cæsarea volente resolutione de dato 11.Augusti 1626,Dominis Augustinianis discalceatis Pragæ 2000. flor. Modernensis cessionis, pro summa necessitate restaurandi sui monasterii, una cum aliquibus lapidibus in Regia Pragensi ar-

Fl. Cr. n.

& arce inveniendis, concedi ordinatum fuit, id est, 2000.

Sua Cæsarea Majestas, jussu Cæsareæ resolutionis, 22. Septemb. 1626, Patribus Societatis Iesu in Znaimb, & Iglavv, pro bono ipsorum Collegiorum, aliquas domus, & bona concessit.

Fratribus Misericordiæ ex altera Danubii parte Viennæ, virtute decreti 21. Octobr 1626, pro ipsorum necessitate, 50. mensuræ ligni ex Suæ Majestatis sylvis ordinatæ sunt, taxatæ 150.

Iubente Cæsarea resolutione 17. Novemb. 1626. Sua Sacra Cæsarea Majestas Dominis Franciscanis ad S Iacobum Pragæ, singulis hebdomadibus 20. flor saccum tritici, dolium cerevisiæ, uti pro fundato ibidem Cæsareo Collegio, per annum 2000. flor. dati consensit, facit per annos singulos 3040.

Insuper Sua Cæsarea Majestas Virginum monasterio ad Cæli portam Viennæ, Cæsaream obligationem expediri curavit sub dato 17 Decembris, 1626, concernentem 10350.

Ex jussu decreti, 5. Ianuarii, 1627, pro reparanda turri S. Petri Viennæ ad concessos 100. flor. adhuc 50. sunt soluti, facit 150.

Mandante Cæsarea resolutione, de dato 12. Ianuarii, 1627. collegio Ferdinandeo in Piegg, in punitionem Idizla Herzau, 4000. tal. tradi, ordinatum fuit, facit 4666.

Dominis Franciscanis Presburgi, virtute Cæsarei decreti, quinto Ianuarii, 1627, unum pondus salis singulis diebus concessum fuit, facit per annum 60.

Porro volente Cæsarea resolutione, de dato 8. Febr. 1627. de Sua Majestate, Fratribus Ordinis

nis S. Francisci de Paula necessitas lignorum ordinata fuit.

Mandato Cæsareæ resolutionis de dato 13. Febr. 1627. Franciscanis ad S. Hieronymum Viennæ, pro vestitu, & emendo panno, ex Cæsareo Vicedominio Viennæ 110. flor. soluti sunt. 110.

Volente Cæsarea resolutione, de dato 15. Martii, 1627. Sua Majestas Dominis Iesuitis in Kuttenberg, pro incepto ipsorum collegio aliquas confiscatas domus donavit, & assignandas curavit, taxatas - - -

Patribus Carmelitanis discalceatis, ex altera Danubii parte Viennæ, jussu decreti 9. Apr. 1627. ad inceptum ipsorum ædificium, & plantandum hortum, ex Viennensi porticu naves concessæ fuere taxatæ - - -

Ex jussu decreti 14. Aprilis, 1627. Virginum monasterio ad S. Claram Presburgi, pro ipsarum monasterio, unum pondus salis singulis concessum fuit, taxatum 60.

Iubente decreto, de dato 14. Aprilis, 1627. Fraternitati Beatissimæ Virginis apud Iesuitas, 100. taleros pro legato D. Matthiæ, ex trigentario in Hungaria Altenburgi solvi ordinatum fuit, id est, 150.

Virtute ejusdem decreti, de dato 4. Maji, 1627. Patribus Dominicanis Viennæ, ex Moserensi cessione 250. tal. Sua Cæsarea Majestas ex tributo Viennensi, & ex tributo Thabor solvi ordinavit, id est, 375.

Ex jussu decreti, dato 17. Maji, 1627. Dominis Cappucinis Viennæ, 150. arbores, ex Viennensibus Suæ Majestatis sylvis concessæ fuere, taxatæ per - - -

Mandante Cæsarea resolutione, de dato 20.

Maji,

Maji, 1627. D. Abbati Schattensi Viennæ, deputatas à Regina Elizabetha triginta mensuras salis à quatuor annis neglectas, solvi, & imposterum singulis annis concedi ordinatum fuit, taxatas per annum - -

Ex iussu decreti 21. Maji, 1627. Sua Cæsarea Majestas DD. Cappucinis Viennæ, loco eleemosynæ, 400. flor. ex Provincialium Quæstoratu ibidem clementissime ordinavit. 400.

Ex jussu decreti, de dato 29. Maji, 1627. de Sua Majestate Patribus Societatis Iesu Viennæ, pro fiuendo ipsorum Collegio ibidem, ex trigentario Hungarico Altenburgi, 2000. flor solvi ordinatum fuit, id est, 2000.

Item jussu decreti 31. Martii. 1627. Sua Cæsarea Majestas Patribus Carmelitanis discalceatis Viennæ, singulis annis ex sylvarum Quæstoratu 55 mensuras ligni concessit, taxatas 165.

Etiam pro restaurando, & amplificando Carmelitarum monasterio Pragæ in Parva urbe, de Sua majestate aliquas domus coemi, & ex proprio Quæstoratu solvi ordinavit, ad summam circiter - - -

Dominis Patribus Cappucinis Viennæ, ex mandato Cæsareo 17. Iunii, 1627, loco deputati ligni, 55. floreni ex Suæ Majestatis Vicedominio soluti sunt, id est, 55.

Virtute Cæsareæ resolutionis 1. Iulii, 1627, Sua Majestas PP. Dominicanis in Breslavv, annum deputatum adhuc in tres annos clementissime extendi concessit, per unum annum 100. flor. facit per tres annos 300.

Potestate Cæsarei privilegii, de dato 2. Augusti, 1627, sua Cæsarea Majestas Seminario Societatis Iesu Viennæ, domum in foro Himbergensi

genſi (vulgo domum Rimpelenſem dictam) una cum omnibus appertinentiis debitorum, cenſuum, tributuum, contributionum, aliarumq; poſtulationum, totaliter liberam, quamdiu præfatum Seminarium poſſederint, pronunciari juſſit.

Volente, & jubente Cæſareo decreto 11. Auguſti, 1627. PP. Carmelitanis, & Cappucinis Viennæ, ex certis confiſcationibus 36. dolia minora, pro unaquaque parte 18. elargita fuere, taxata 432.

Volente Cæſarea reſolutione, de dato 28. Auguſti, 1627. pauperibus hoſpitalibus ſupra Ratſchin Pragæ pro ſuſtentanda vita, ſingulis hebdomadibus 21. taleri conceſſi, & ſoluti fuere, id eſt, 24.30.

Patribus Carmelitanis diſcalceatis Viennæ, virtute decreti de 16. Septembris, anno 1627. pro monaſterii neceſſitate ſingulis annis ex mandato Cæſareo 35. menſuræ ſalis conceſſæ, ſolutæ, taxatæ 10.30.

Iubente Cæſareo decreto, de dato 16. Septembris, 1627 Dominis Cappucinis Viennæ, pro monaſterii neceſſitate, ex Cæſareo Vicedominio ibidem aliquis numerus lapidum conceſſus, & taxatus per - - -

Sua Cæſarea Majeſtas de dato 25. Septembr. 1627. pro finita, & fundata fundatione Matrum de Ieſu Viennæ, pro meliori ſui ſuſtentatione per annum, & ad perpetuum, ex Imperiali quæſtoratu ibidem, 600. flor. ſingulis tribus menſibus 150. ſolvi ordinavit, facit per annum 600.

Reſolutione Cæſarea mandante, de dato 16. Octobr. 1627. Patribus Franciſcanis, & Carmelitanis

litanis Viennæ, ex confiscationibus, unicuique parti 200. flor. loco eleemosynæ concessi 400.

De dato Cæsareæ resolutionis 4. Ianuarii 1628. Patribus Franciscanis ad Cœli portam in Pulsin, ad erigendum & restaurandum funditus in rebellione devastatum monasterium, loco eleemosynæ dati sunt 1000.

Resolutione Cæsarea, de dato 19. Ianuar. 1628. Patribus servorum Beatissimæ Virginis Pragæ, pro incepto, & finiendo monasterio, 1000. flor. ex Bohemicis territoriis solvi concessum fuit intra spacium quinque annorum 10000.

Cæsarea volente resolutione, de dato 21. Ianuarii, 1628. Patribus Eremitanis Camoldolensibus, pro suo in monte Kalemberg incepto ædificio, ex inferioribus Austriæ dominiis 1000. flor. clementissime fuere concessi, id est, 1000.

Administratori, Decano, Seniori. Scholastico, aliisque capitularibus Cathedralis Ecclesiæ Budissin, virtute decreti 9. Febr. 1628. pro confiscatis, & impignoratis ejusdem fundationis recuperandis bonis, 12000. flor ex superiori Marchionatu Lusatiæ ex gratia concessi fuere, id est, 12000.

Ex jussu Cæsareæ resolutionis, de dato 10. Feb. 162 , Religiosis Dominicanis Sancti Ægidii Pragæ, ratione defuncti Francisci Commengha da Saubole, 8900. flor, ex Bohemicis quæstoratibus solvendos de tempore in tempus, donec finitus numerus, ordinatum fuit, id est, 8900.

Virtute Cæsareæ resolutionis, de dato 12. Febr. 1628. Patribus Societatis Iesu Viennæ, ad ipsorum Collegium, Templum, & scholas, una & altera vice, 6000. flor ex Bohemicis, & 6000.

 flor.

Fl. Cr. n.

flor. ex Silesiensibus redditibus, ex gratia solvendos jussit, & ordinavit 12000.

Volente Cæsarea resolutione, de dato 16. Februarii, 1627. Capitularibus, & Ministris arcis Ecclesiæ Pragæ, pro ipsorum sustentatione, 2225. tal. concessi, id est, 2595.50.

Ex mandato Cæsareo, 1. Martii, 1628. ad reparandas campanas in Fridersbach, ex tributu Stainensi, loco auxilii, 300. flor. solvi concessum fuit 300.

Cæsarea resolutione, de dato 1. Martii, 1628. Patribus Eremitanis Camaldolensibus, pro ipsorum sustentatione, singulis septimanis 18. floreni ex Austriç territoriis ordinati, id est per annum, 936.

Item ipsa volente Resolutione, iisdem Patribus Eremitanis in monte Kalemberg, necessitas lapidum ex ipsis Suç Majestatis dominiis, etiam inhabitatio ad interim unius loci concessa fuit.

Porro virtute primum dictę Cæsareæ resolutionis, Dominis Iesuitis, ad ædificandum Collegium, & scholas in nova civitate Pragæ, Templum Corporis Christi ibidem, una cum vicinis domibus, consignatum fuit, taxatum ad minimum - - -

D. Archiepiscopo, & Cardinali de Harrach, virtute Cæsarei decreti de dato 11 Martii, 1628, pro meliori sui sustentatione, 2000. fl. ex confinibus, & territoriis Bohemię soluti fuere, id est, 2000.

Volente Cæsar. resolutione, de dato 13. Martii, 1628. Domino Ioanni CziborkotvvaCanonico Pragæ, & Pręposito in Altenpurozel, ex Suç Majestatis Bohemiæ redditibus, pro meliori sui sustentatione, 1000. taleri ex gratia ordinati, id est, 1166.40.

Resolu-

Fl. Cr. n.

Resolutione Cæsarea de dato 24. Martii, 1628. Sua Majestas ad restaurandam fraternitatem corporis Christi Pragæ, in parvo oppido ad S. Thomam, per annum 400. flor. partem mediam ex salis Viennæ, & partem aliam ex Bohemiæ redditibus solvendos ordinavit 400.

Resolutione jubente Cæsarea, de dato 31. Martii, 1628 Religiosis Reverendissimæ Virginis in monte albo Pragæ, ad inceptum ipsorum Templi, & monasterii ædificium, necessitas lignorum ex suæ Majestatis propriis sylvis concessa fuit.

Religiosis S. Francisci de Paula Pragæ, virtute Cæsareæ resolutionis, de dato 8, Aprilis, 1628, ex Suæ Majestatis tributis in Bohemia, loco eleemosynæ, 3000. flor. solvi ordinavit 3000.

Ex mandato Cæsareo, de dato 14. April. 1628, PP. Soc. Iesu Pragæ, pro sustentandis aliquibus alumnis, ex vini, & cerevisiæ redditibus in terris Podibroth, & Partovviz. singulis annis 900 taleri fuerunt concessi, facit per annum 1050.

Collegio Ferdinandeo ad S. Iacobum Pragæ, virtute Cæsareæ resolutionis, de dato 17. April. 1628. ex futura quadam confiscatione, 5000. solvendos ordinatum fuit, hoc est, 5833.20.

Ex Cæsarea resolutione, de dato 22. April. 1628 reformatis Dominis Augustinianis Pragę, ex futuris punitionibus, loco eleemosynæ, 1000. tal. solvendos ordinatum fuit, id est, 1166.40.

Resolutione Cæsarea volente, de dato 23, Maji, 1628. Congregationi cunctarum animarum fidelium in templo S. Spiritus Pragæ, ad amplificandam eandem congregationem, ex Bohemico Quæstoratu 500 flor. expensi. 500.

Resolutione Cæsarea volente, 23 Majii, 1628.

Fl. Cr. n.

Congregationi Flagellantium Pragæ, pro emendo, & providendo commodo loco ad propositæ Cappellæ ædificium, & melius perficiendum suum exercitium, ex Bohemicis Quæstoratibus 600. flor. fuere concessi, id est, 600.

De sua de. n Majestate, quædam domus Viennę coempta; & Matribus de Iesu ibidem donata fuit, quam antea D. Hoggen Miller possederat, taxata per - - -

Virtute Cæsareæ Resolutionis, de dato 24. Maji, 1628, Augustinianis ad S. Thomam in parva civitate Pragæ, ex Bohemicis Quæstoratibus 4000. flor. soluti fuere: 4000.

Ex dono Cæsareo, de dato 13. Iunij, 1628. Ecclesiasticis in Bohemia, pro meliori sui auxilio, ad aliam salis cariorem venditionem concessorum, nempe 45. Crucig. adhuc supra quodvis dolium 15. Crucigeros addere, & Archiepiscopo, & Cardinali Pragensi concedere ordinatum fuit, & concessum.

Virtute decreti de 18. Iulii, 1628. Sua Cæsarea Majestas Dominis Franciscanis in Znamib Moravię, ad ipsorum monasterium ibidem pro auxilio 500. flor. ex Moravię contributionibus concessit, id est, 500.

Cæsarea volente resolutione, de dato 26. Iulii, 1628. Sua Majestas DD. Franciscanis in civitate Moguntina, ad inceptum templi ædificium, 100 tal Imp. ex Bohemiæ redditibus solvendos ordinavit, id est, 150.

Ex Decreto Cæsareo 4. Augusti, 1628 PP. Eremitanis Camaldolensibus, pro ædificando ipsorum monasterio, Suæ Majestatis propria terra, vulgo Dhienberg dicta, concessa fuit.

Resolutione Cęsarea volente, de dato 7. Augusti,

gusti, 1628. ad emendum Ecclesiæ ornatum ad S. Rocchum Pragæ, ex Bohemiæ Quæstoratu 1500. taleros ex gratia solvendos ordinatum fuit, id est, 1750.

Ex Cæsareo mandato, de anno 1628. 14. Augusti, Matribus de Iesu Presburgi. ex Hungarica Camera, 400. floreni clementissime solvendi fuere. 400.

Cæsarea jubente resolutione, de dato 17. Aprilis, 1628, monasterio S. Annæ in Praga, ex redditibus Bohemiæ salis, 500. flor. solvi ordinatum fuit 500.

Iussu Cæsareæ resolutionis, de dato 18. Augusti, 1628. Typographo in Neuss. pro præstito Patribus Iesuitis labore, 571. tal. 20. Crucig. 6. nummi ordinati fuerunt, hoc est, 685.32.6.

Resolutione mandante Cæsarea, de dato 25. Aug. 1628. DD. Iesuitis Pragæ in domo professionis, singulis septimanis 8. taleri concessi, facit per annum 416. tal. id est, 624.

Item Sua Sacra Cæsarea Majestas illis ipsis Patribus, ex unoquoque Bohemiæ Dominio, singulis annis 2. saccos tritici, & 2. farinæ assignandos ordinavit.

Iubente porro Cæsarea resolutione, de dato 30. Augusti 1628 D. Episcopo in Erla Ioanni Biber 2000. flor. fuere ordinati, id est, 2000.

Item illi ipsi annue, pro prætensis quibusdam decimis, quas Princeps Bethlehem Gabor in Sibenburga possidet, solvi 1500. flor. ordinatum fuit, & ad vitam ejusdem Episcopi annue 500. flor. ex Vngarica Camera tradi, hoc est, 2000.

Porro Cæsarea volente resolut. de dat. 12. Septembris, 1628. de S. Majestate Patribus S. Francisci Ordinis Minorum 1500. flor. & Patri-

Fl. Cr. x.

bus Camaldulenzibus 10500. flor. solvi ordinatum fuit, id est, 12000.

Iubente Cæsarea resolutione, de dato 16. Septembris, 1628, Sua Sacra Cæsarea Majestas Patribus Societatis Iesu Viennæ, pro meliori sui sustentatione, ex diversis Austriæ territoriis, annue, & unoquoque in particulari anno, 1200. flor. solvendos ordinavit, id est, 1200.

F I N I S.



